


VE RI
TAS



M. TULLII CICERONIS

PARADOXA.

AD CODD. MSS. PARTIM RECENS COLLATORUM
EDITIONUMQUE VETERUM FIDEM RECOGNOVIT,
PROLEGOMENA, EXCERPTA SCHOLARUM
D. WYTTENBACHII,
ANNOTATIONEM VETERUM ET RECENTIORUM
INTERPRETUM SELECTAM SUAMQUE,
EXCURSUS ET INDICEM RERUM VERBORUMQUE

ADIECIT

GEORGIUS HENRICUS MOSER,
PH. DR. GYMN. ULM. RECTOR ET PROFESSOR.

GOTTINGAE,
SUMPTIBUS LIBRARIAE DIETERICHIANAE.
MDCCCXLVI.


HA RD
UNIV RSITY
LIBRARY

VIRIS

CLARISSIMIS, HUMANISSIMIS, AMICISSIMIS,

AUGUSTO BOECKHIO,

PRAECEPTORI OLIM IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI
DILECTISSIMO:

HENR. EDUARD. DIRKSENIO,

STUDIORUM QUONDAM HEIDELBERGAE SODALI
CARISSIMO:

CAR. FREDER. HERMANNO,

COMMUNI LITTERARUM AMORE ET CULTU
CONIUNCTISSIMO:


HUNCCE LIBELLUM,

GRATI ANIMI, AMICITIAE, OBSERVANTIAE

TESTEM,

D. D. D.

GEORGIUS HENRICUS MOSER.


HA RD
UNIV RSITY
LIBRARY

VIRIS

CLARISSIMIS, HUMANISSIMIS, AMICISSIMIS,

AUGUSTO BOECKHIO,

PRAECEPTORI OLIM IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI DILECTISSIMO:

HENR. EDUARD. DIRKSENIO,

STUDIORUM QUONDAM HEIDELBERGAE SODALI CARISSIMO:

CAR. FREDER. HERMANNO,

COMMUNI LITTERARUM AMORE ET CULTU CONIUNCTISSIMO:

HUNCCE LIBELLUM,

GRATI ANIMI, AMICITIAE, OBSERVANTIAE

TESTEM,

D. D. D.

GEORGIUS HENRICUS MOSER.

PRAEFATIO.

Quindecim sunt anni, ex quo, quum Tusculanis edendis me accingerem, edendorum simul Paradoxorum consilium cepi. Cuius consilii causa non una fuit. Offerebantur mihi eodem tempore a Creuzero meo tres Codices manu scripti, non illi quidem pervetusti, sed saeculi, ut videtur, quinti decimi, chartacei, sed nondum collati et primo adspectu spem facientes fore ut aliquid inde bonae frugis a nobis excerpi posset: quae spes non plane fefellit. Accedebant aliquot editiones veteres, ab iis, qui adhuc ediderant Paradoxa, non inspectae, quum in meis libris, tum aliunde mihi, praesertim ex bibliotheca Heidelbergensi, liberaliter oblatae, quibus pro re nata uterer. Sed alia erat eaque gravior causa, qua permotus iunctos edere constitueram libros, quos dixi: eadem, opinor, quae eos coniungere iussit Schützium et Orellium, et hunc quidem non seorsim modo editos, sed etiam, quod item fecerat Schützius, in operum Ciceronis omnium editione. Argumenti nimirum erat quaedam quasi cognatio, qua motus iam trecentis fere abhinc annis scripsit Iason Denores Cyprius, in *Institutione in M. Tullii Ciceronis Philosophiam de vita et*

PRAEFATIO.

Quindecim sunt anni, ex quo, quum Tusculanis edendis me accingerem, edendorum simul Paradoxorum consilium cepi. Cuius consilii causa non una fuit. Offerebantur mihi eodem tempore a Creuzero meo tres Codices manu scripti, non illi quidem pervetusti, sed saeculi, ut videtur, quinti decimi, chartacei, sed nondum collati et primo adspectu spem facientes fore ut aliquid inde bonae frugis a nobis excerpi posset: quae spes non plane fefellit. Accedebant aliquot editiones veteres, ab iis, qui adhuc ediderant Paradoxa, non inspectae, quum in meis libris, tum aliunde mihi, praesertim ex bibliotheca Heidelbergensi, liberaliter oblatae, quibus pro re nata uterer. Sed alia erat eaque gravior causa, qua permotus iunctos edere constitueram libros, quos dixi: eadem, opinor, quae eos coniungere iussit Schützium et Orellium, et hunc quidem non seorsim modo editos, sed etiam, quod item fecerat Schützius, in operum Ciceronis omnium editione. Argumenti nimirum erat quaedam quasi cognatio, qua motus iam trecentis fere abhinc annis scripsit Iason Denores Cyprius, in *Institutione in M. Tullii Ciceronis Philosophiam de vita et*

moribus, quae prodiit Patavii 1572. deinde denuo edita est ab I. Meiero, Lipsiae, 1721 (p. 25.): „Quae *Paradoxa* nominantur a Cicerone, nihil aliud „sunt, quam ceu index quidam brevior et quasi quae„dam appendix *Tusculanarum Quaestionum*: quam „coniunctionem et similitudinem Paradoxorum cum „Tusculanis significat Cicero in eorum Praefatione ad „Brutum. — In utroque autem opere agere Tullium „de perfecti sapientis officio, ea, quae in his libris „disputanda proponuntur, clarissime ostendunt *): „omnem sapientem esse liberum, omnem stultum ser„vum, solum sapientem esse divitem et his similia." Sed quum in maiorem, quam existimaveram, excrevisset molem nostra Tusculanarum editio, addi non potuit hic libellus, qui nunc decem demum annis post illud multarum vigiliarum opus prodit. Consilium si quaeris libri edendi, idem est, quod erat illius operis: quod qui probent futuros esse scio haud paucos harum rerum iudices idoneos: qui reprobent non deerunt: quibuscum in certamen non magis descendam, quam cum iis, qui prioribus nostris librorum Ciceronis editionibus litem moverunt, eam scilicet causam interserentes gravissimam, quod ipse aliter idem erant facturi, quos penes solos, ut sibi persuadent, arbitrium est et ius et norma loquendi. Qui attente inspicere volent, quae mihi agenda visa sunt, reperient,

*) Quid enim aliud sunt, nisi Paradoxa Stoica, quae probantur in Tusculanarum libris, veluti: *Mortem non esse malum*, *dolorem non esse malum*, *in sapientem non cadere aegritudinem*, *vacare sapientem omni animi perturbatione*, denique *virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam*. Mr.

me operam dedisse, ut, quae ad lectionem, ad rationem grammaticam et ad argumentum facerent, afferrem, quantum quidem in hoc terrarum angulo fieri posset, ut ne quid praetermissum videretur vel incuria vel festinatione vel operosi laboris taedio: quamquam nihil, quod operae pretium sit addere, deesse equidem praestare minime ausim. Quodsi vero aliquid sive omissum sive commissum videbitur, ne id solum tribuant iudices adiumentorum penuriae (quamquam ne iis quidem uti licuit omnibus, quae haud procul abesse scirem:) sed etiam muneri scholastico duplici, quod quum merito sibi deposcat curam primariam, eamque ne minima quidem diei parte intermissam, permultorum hominum interpellatione auctam, vix unam alteramve horam curis plane liberam concessit, ut saepissime in medio opere aliorsum avocatus, vix, quae inchoata reliquissem memoriâ revocare ac supplere liceret. Quae quum ita sint, fieri potuit, ut, quum ne relegere quidem librum sine interpellatoribus liceret, quaedam non satis perpolita, nonnulla non suo loco posita, aliquoties etiam, quae superius essent dicta, repetita, denique, quae sunt similia, non satis constanter tractata appareant. Cuiusmodi rebus veniam dabunt iudices aequi: quam non peto, nisi item apparuerit pleraque esse sic administrata, ut cum assiduitate accuratum studium et iudicium cautum adhibitum esse videatur. Quod superest, nimirum ut gratias agam viris humanissimis, qui meam qualemcunque operam libris et scriptis et editis itemque animadversionibus variis adiuverunt, id feci in Indice Apparatus Critici suo cuique loco, quo eius beneficia

professus sum. In singularibus autem, si qua sunt editioni meae, ornamentis pono excerpta scholarum D. Wyttenbachii, quo viro immortali per integrum fere annum praeceptore usus sum Leidae. Cuius viri memoriam quum recolo, animus dulcissima illius temporis recordatione suaviter commovetur, quo nulli rei, nisi litteris, vivere mihi licuit, quo florebat et iuvenum liberalissimis studiis et hominum existimatione antiquitatis disciplina, quo humanitati sua constabat laus, sua dignitas, suum pretium, quo ne suspicio quidem erat fore aliquando, ut, quae toto amplexi essemus pectore, plerique fastidirent, eorumque interitum ii quoque animo et ore praesagirent, qui ea per multos annos ipsi coluissent. Ex illis igitur scholis excerpsi, quae e re fore existimabam, memor eorum, quae scripsit Creuzerus in praefatione editionis maioris librorum de Natura Deorum: „Quo magis gaude-„mus posse lectorem, distentum defatigatumque insuavi „tractatione nostra, in scholarum Wyttenbachianarum „et beata ubertate et amoenitate acquiescere." Sed in his nobis quoque acquiescendum erit, ne illius temporis cum nostro comparatione instituta in verbis male ominatis desinat haec praefatio.

Scribebam Ulmae, Kalendis Sept. a. MDCCCXLV.

INDEX APPARATUS CRITICI
AD
PARADOXA.

I. CODICES MANU SCRIPTI.

1. *Codex Creuzeri primus.* Chartaceus est, forma maxima, foliis decem constans, seculi, ut videtur, quinti decimi ineuntis. Non est integer: desinit post medium Paradoxon sextum in verbis: *de me silebo, de te loquar*, quae sunt c. II. p. 265. Multa habet singularia. Primum scholia, et marginalia, quae dicunt, et inter lineas, nec vero admodum docta, nonnunquam tamen ideo memorabilia, quod, si qua est in contextis lectio prava vel inepta, supra lineam adpicta est interpretatio lectionis probae. Non desunt tamen loci, quibus proba lectio inepte plane explicatur, iique sunt frequentiores: plurima autem sunt eiusmodi, ut synonyma tantum adscripta reperias, vel voces, quae, consulto omissae a scriptore, facile intelliguntur nemine monente. Alterum illud est, quod non Graecae solum inscriptiones omissae sunt omnes, sed etiam, quae in orationis serie leguntur voces, Latinis litteris exaratae reperiuntur, quamquam pessime habitae. Sic v. c. in Praefatione pro θετικὰ scriptum est *anticoya*, supra lineam *vel thectica*, et huic voci superscriptum: *Graecum est.* Denique inscriptiones Latinae nonnunquam plane sunt singulares: veluti Parad. II, ubi editur: *In quo virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum*, hic Cod. exhibet: *Dolores non esse formidandos demonstratur.* Ceterum e bono videtur descriptus libro: saepe cum optimis facit, aliquoties fere solus ad veritatem accedit. Inscriptio est: *Marci Tulij Ciceronis Paradoxa.*

2. *Cod. Creuzeri secundus.* Item chartaceus, quaternis. Habet folia undecim: integer est, nisi quod aliquoties pauca, in contextis omissa, in margine ab alia manu adpicta reperiuntur. Inscriptio est: *Marci Tullij Ciceronis liber de Paradoxis incipit:*

in fine legitur: *Marci Tullij Ciceronis Liber de paradoxis explicit feliciter Erffordiae In Vigilia Mathie apli* Anno MCCCCLXII. Habet solas inscriptiones Latinas, Graecae desunt. Vocabula Graeca depravata, et ita quidem, ut scriptor litteras Graecas pro Latinis corruptis habuisse videatur, a se corrigendas: sic quod Graece scriptum videbat *θετικά*, fortasse perperam exaratum *ΘΗΤΙΚΑ*, scripsit *ONOYNA*. Ceterum nec Latinae inscriptiones plane cum editis consentiunt. Aliquoties reperiuntur *διττογραφούμενα*, sed colore rubro oblita. Vestigia antiquae scriptionis, quam *ὀρθογραφίαν* vocant, habet multa: quare ex codice admodum vetusto descriptus videtur. Neque contemnendas habet multis locis lectiones: valde autem diversus est a Cod. Crz. 1.

3. *Cod. Creuzeri tertius*, item chartaceus, octonis, scriptus a. MCCCCLXXXIV. nec tamen videtur descriptus (ut multa eius temporis exempla librorum minorum) ex libro typis exscripto: cum nulla enim ex multis, quas habeo, Editionibus veteribus plane convenit. Habet lacunam inde a medio Paradoxi primi capite primo usque ad capitis secundi medium, ut folium excidisse appareat. Graecas inscriptiones non habet. In eo vocabulo, de quo ad Codd. 1. 2. locuti sumus, hoc habet singulare, quod litteris Latinis recte scribitur *thetica*, sed addita in orationis serie glossa: *id est possessiva*, unde apparet, ea conversione pravam multorum scriptionem *κτητικά* esse redditam. Inest in hoc Codice etiam *Somnium Scipionis.* Non praestat duobus antecedentibus, adeoque iis inferior videtur. Inscriptionibus Paradoxorum Latinis praecedunt hae: *prima propositio: secunda propositio*, rel. —

Hos ego Creuzeri libros ipse contuli cum Ed. Gernhardi.

4—8. *Codd. Dresdenses quinque.* — Quum tribus abhinc annis legerem F. G. Ottonis (cui debemus editiones librorum Ciceronis de Senectute et de Finibus, quae prodierunt a. 1830 et 1831.) *Commentarios Criticos in Codd. Bibl. Gissensis*, (f. m. Gissae, Heyer. 1842. LVII et 322 pp. cum 2. tabb. lithogr.) incidi in locum aliquem (p. 17.), quo dicitur exstare in ea Bibliotheca Codex *Paradoxorum* Ciceronis, isque pessimae notae: „Non melius (haec sunt „verba Ottonis, V. Cl.) quam de Codicibus Laelii et Catonis Maio„ris, iudicium ferri potest de eius Codicis exemplo *Paradoxorum*, „quem supra N. III, 4. descripsimus, in quo hic libellus Ciceronis „lit. d. fol. 142—151. tam foede interpolatus exstat, ut vix Cice„ronem in eo agnoscas. Quare exempla variarum lectionum afferre, „id vero est chartam perdere. *At quum ipse ego huius libelli Tul„liani varias lectiones e quinque Codd. Dresdensibus longe meliori„bus habeam, gratis eas offero, siquis eis uti velit.*“ Haec ego

quum legissem, adii per epistolam Fredericum Osannum, V. Cl. Professorem Gissensem, in cuius notitiam mihi venire contigit Mannhemii a. 1839. in Philologorum conventu, quum ipsum Ottonem nondum nossem, ut meis verbis hunc virum rogaret, quod ego ipse rogare non auderem. Is vero perhumaniter litteris ad me datis mense Iulio a. 1843. transmisit illas Codicum Dresdensium collationes accuratissimas, iisque addidit haec: Contulisse eos iuvenem, litteris nostris praematura morte ereptum, amicum sibi et familiarem, doctrina diligentiaque insignem, Ferdinandum Schmidtium, Soraviensem. Eum nostrarum litterarum amore ductum, per feriarum otium Dresdae commorantem, contulisse eos libros, rogatum a se, qui nostrum huncce libellum dudum in deliciis habuisset. Sibi autem ex his quinque Codicibus *primum* et *quintum* prae ceteris videri memorabiles. Quod mihi quoque ita visum est. Secundus autem et quartus ita sunt similes inter se, ut, quamvis non in omnibus conveniant, eiusdem tamen familiae esse videantur. Accuratiorem autem eorum librorum notitiam exhibere non possum: neque scio, utrum membranacei sint, an chartacei libri, neque aetatem novi, qua scripti sunt. Sed utut est, summam viro humanissimo gratiam debeo habeoque *).

Primus habet in fronte numerum 120. d., inscriptionem autem hanc: *M. T. Ciceronis liber paradoxorum incipit. Prologus.* — Graecae Paradoxorum inscriptiones desunt. In fine legitur: *Expliciunt paradoxa.*

Secundus habet numerum 106. g. Inscribitur: *M. Tullii Ciceronis de Paradoxis.* Desunt item inscriptiones Graecae: Latina etiam Paradoxi tertii et sexti. In fine est: *Hic finem paradoxa Stoicorum habent.*

Tertius numerum habet 118. c. Incipit: *M. T. Ciceronis ad Brutum parado sa* [sic] *incipiunt.* Graecae inscriptiones desunt: Latina item Paradoxi tertii. In fine: *M. T. C. Parado sa ad Brutum feliciter expliciunt.*

Quarti numerus est 119. d. Inscriptus est: *M. Tullii Ciceronis ad M. Brutum libellus parado xarum* [sic] *feliciter incipit.* Graecae inscriptiones desunt: Latina item et Graeca paradoxi tertii. In fine scriptum est: *M. Ciceronis paradoxa expliciunt. Amen.*

Quinto adscriptus est numerus 121. d. Inscriptiones Graecae

---

*) Quod si sunt hi Codd. Dresdenses, ut ex numeris suspicari licet, quos adhibuit Otto in edendo Catone maiore (1830.), habes eos descriptos (excepto eo, qui habet N. 118.) in eius editionis praefatione p. XXVIII sq.

desunt omnes: item Latina Paradoxi tertii. Neque in principio libelli est inscriptio, ante praefationem: in fine autem est: *Explicit Tulius de paradoxis animi.* Fortasse hoc *animi* ortum est ex voce *amen*, in qua quartus Dresdensis desinit, perperam lecta.

9—11. *Codices Gudiani* tres: A. B. C. Et eum quidem, quem notavimus litera A., descripsit C. Heusingerus in Praefatione Ed. Cic. de Off. mai. p. XVI—XVIII. (Ed. Zumpt. p. XXI sq.). Membranaceus est, exscriptus circa annum 1300. Huius duae exstant collationes typis descriptae; prima edita est in G. Seebodii *Bibl. Crit.* (Kritische Bibl. f. das Schul- und Unterrichtswesen, 1823. 8.) p. 800—805: altera ad calcem libri, qui inscribitur: *M. Tullii Ciceronis Paradoxa Graece versa et explicata ab Io. Morisoto, Medico. Accedunt variae lectiones duorum Codicum Guelferbytanorum, Paradoxa continentium, ed. G. F. Wensch, Halanus.* (Halis Saxonum, in libr. Orphanotr. 1840. 8.) Habet hic Codex in Gudianis numerum 150. Nonnunquam verbis Ciceronis superscriptae sunt glossae: multis locis apparent scriptionis (ὀρθογραφίας) veteris vestigia, non raro voces sunt omissae, saepe ordo verborum a vulgato recedit.

Gud. B. est alter eorum, quorum collatio inest in libro a Wenschio edito. In Gudianis habet numerum 2. Ille (A.) apud Ebertum notatus est N. 275; hic (B.) N. 272, estque seculi XIV. Saepius discedit a lectione vulgata, raro tamen meliorem exhibet: prope finem, cum aliquot aliis, admodum disiecta habet verba Ciceroniana. Neuter habere videtur Graecas Paradoxorum inscriptiones. In principio prioris scriptum est: *Liber de Paradoxis Marci Tulii* [sic] *Ciceronis;* posterioris: *M. tullii Ciceronis incip˜ paradoxa stoicorum.*

Gudianum C. appellamus eum codicem Guelferbytanum, cuius collationis specimen (Prooemii et Parad. I. capitum 1 et 2.) ad me in epistola, data Gottingae d. 5. m. Decembr. 1829, transmisit F. G. Schneidewin, V. Cl., nunc Professor Gottingensis, tunc, ut nomini subscripsit, philologiae studiosus, cui ego viro trium etiam Codicum Guelferbytanorum collationes, qui habent *Disputationes Tusculanas*, acceptas refero accuratissimas. Non optimae notae eum librum dixit Schneidewinus. Non est integer: initium deest; ubi incipit, statim glossa Ciceronis verbis intrusa apparet: *eoque hos locos scripsi lubentius.* Membranaceus est, in Italia scriptus. Refert Schn. esse ibidem etiam quattuor alios, nondum collatos: quorum ego collationes qua ratione mihi faciendas curarem viam non reperi: quod item accidit in Vindobonensibus, et aliquot aliis.

12. *Codex Suerinensis.* Collatio eius exstat, facta a Schillero, Philos. Doctore Suerinensi, in libro menstruo, qui inscribitur: *Neue Jahrbb. f. Philol. u. Paedagogik. Herausgeg. v.* G. Seebode, I. C. Iahn, *u.* R. Klotz. III. Suppl. Bd. 2. Hft. (1835.) p. 260—264. Descriptio Codicis non inest. Neque aetatem novimus, neque materiam, cui inscriptus est, neque formam eius. Collatus est cum Ed. Orelliana. Inscriptiones Paradoxorum Graecae desunt: tertii etiam, ut in multis, Latina, cuius loco litteris maiusculis leguntur scripta haec ipsius contextus verba: *Parva inquit est ut magna culpa*, mutila, ut in plurimis. Habet Codex multa veteris scriptionis, sed multa etiam ignorantiae scriptoris vel negligentiae vestigia: est tamen, ubi in locis dubiis conspiret cum libris melioribus.

13. *Codex Duisburgensis.* Universitatis litterarum Duisburgensis Codices Latinos descripsit H. A. Grimmius, Th. Dr., Bibliothecae academicae praefectus. Codex ille, qui quattuordecim variorum scriptorum libros continet, Ciceronianos habet sex, in his Paradoxa, Orationem Milonianam, Laelium, Catilinarias, Invectivam in Sallustium (spuriam); de Officiis, de Senectute, Tusculanas. Est Collatio in libro, qui inscribitur: I. H. Withof *Krit. Anmerkungen üb. Horaz u. andere Roem. Schriftsteller.* III. Stück. (Düsseldorf. 1792. 8.) p. 155—172. Scribit Grimmius, Codicem esse membranaceum, f. m., seculi, si non tertii decimi, certe quarti decimi ineuntis; pictas eum habere litteras initiales, quum caeruleas tum rubras: primam cuiusque libri inauratam etiam. Summa cum diligentia codicem esse scriptum: esse in margine eadem manu scriptas annotationes, easque prodere virum multae lectionis, nisi forte una cum scriptoris ipsius libris descriptae fuerint ex codice vetustiore: Graecae linguae eum fuisse plane imperitum: Graecas inscriptiones ita mendosas esse, ut eum ne litterarum quidem Graecarum ductus cognitos habuisse appareat. Semel in aliquo Lactantii libro (de Vero Cultu) adscriptum esse: „*Hic debent esse verba graeca.*“ Addit Grimmius, varii generis esse annotationes: habere alias lectionis varietatem; aliis laudari scriptores vel locos similes, sive ad res sive ad personas; aliis argumenta significari, vel hominum clarorum nomina prodi, aliis denique explicari verba difficiliora: nonnullas manu recentiore esse scriptas. Est liber non contemnendus, quamquam neque ex hoc, neque ex alio quoquam, ipsius Ciceronis manum restituere poteris.

14—20. *Codices Oxonienses septem.* Eorum lectiones exhibentur in Gernhardi Editione p. 275—292, et in Supplemento Ed. Ernestianae minoris, Part. posterioris Vol. I (Halae 1827.)

p. 1180—1192. De his pauca dixit Gernh. in Praefatione ad Cat. mai. et Parad. p. v sq.

21. *Codex Erlangensis.* Exstat Programma litterarum universitatis Erlangensis, a viro docto, nescio quo, scriptum a. 1809, quod habet „*De memorabilibus quibusdam Bibliothecae Academicae Erlangensis*" Commentationem nonam. Est ibi Cod. Chartaceus nr. XXXVIII. f. m. cuius lectiones aliquot (non plures, quam sex) exhibentur.

22. Vetus Caroli Stephani, in Ed. ej. Operum Cic. T. IV. p. 479, non contemnendus.

Vix necessarium videtur addere, respexisse me etiam varias lectiones ab Ursino, Lambino, Aldo Nepote, Grutero, Graevio, Gronovio, in marg. Editionum Lambinianarum (post Ed. 1566.) ex Codicibus allatas, item in C. Langii ad Ciceronem Annotationibus (ad calcem A. Schotti *Observationum Humanarum.* Ed. Hanoviae, Wechel. 1615. 4.), in Ed. Borgersii, Gernhardi, Orellii.

II. EDITIONES PARADOXORUM:

a) *Singulares:*

1. *Editio sine loco et anno:* quaternis: seculi sine dubio quinti decimi. Desunt Graeca omnia, eorum loco, ubi debebant esse in contextis, lacuna est. Desunt etiam litterae initiales Prooemii et singulorum Paradoxorum: deest item inscriptio Latina paradoxi tertii. Prima pagina vacua habet inscriptionem *Marci Tullii Cice|ronis Paradoxa.* Libellus est duodeviginti paginarum. Litterae sunt Gothicae quas dicunt. Lectiones haud paucas habet memorabiles. Insignivi eam litteris *Hdlbg.*, quia eam debeo Bibliothecae Academicae Heidelbergensi.

2. Editio *Parisina,* sine anno: quaternis: seculi quinti decimi: est duodecim foliorum. Inscriptio est: *Paradoxa Ciceronis. — M. Anthoine Denidel.* In fine: *Parisiis impr. per anth. den. in artibus magistrum ante collegium de coquerel in intersignio cathedre commorantem et nuper summa cum diligentia correcta et emendata feliciter expliciunt.*

Qui non assuescit virtuti, dum iuvenescit;
A vitiis nescit discedere, quando senescit.

Est haec editio item Bibl. Acad. Heidelberg. Notavi eam *Par. s. a.*

3. *M. T. Ciceronis Paradoxa. παράδοξα. Impressum Daventrie per me Albertum paffraed, Anno incarnationis domini M.*

D. XV. — Has tres Edd. ego ipse contuli, cum plerisque omnibus, quae sequuntur. Haec autem Editio collata est a me Heidelbergae.

4. *M. T. Ciceronis Paradoxa VI. ad M. Brutum cum Hieronymi Wolfii Oetingensis annotationibus. Basileae* (off. Herwag. per Eus. Episcopium:) M. D. LXIX. f. m. Saepe lectiones, quae sunt in lemmate annotationum, non conveniunt cum verbis in contextu receptis. Editio minime est contemnenda.

5. *M. Tullii Ciceronis Paradoxa ad M. Brutum. Mit historischen und philosophischen Einleitungen und erläuternden Anmerkungen für — Gymnasien bearb. v.* J. D. Büchling. Berl. u. Stralsund, 1797. 8. Ad criticam et grammaticam rationem nihili fere aestimanda: ad interpretationem utilis, sed pleraque aliunde sunt excerpta, et nimis quidem verbose.

6. *M. Tullii Ciceronis Paradoxa ad M. Brutum. Recensuit et animadversionibus instruxit* H. I. Borgers., Phil. Theor. Mag. et Litt. Hum. Doctor. — Lugd. Batav. et Noviomagi. 1826. pp. 79. 8. Est haec editio sua laude non fraudanda, quamquam sunt, quae quum ad orationem et ad lectionem, tum ad rerum explicationem desideranda videantur. Quam nos proprie, ex hodierno loquendi usu, dicimus recensionem contextus novam, non exhibet editor: sed utilissimam tamen libello nostro edendo navavit operam, collata non tantum multis locis editione principe Moguntina, anni 1465, sed totidem etiam locis Codicibus Vossianis duobus, qui sunt in Bibliotheca Academica Lugduno-Batava, unde excerpsit complures lectiones non contemnendas, unum etiam locum difficillimum probabiliter restituit. Contulit idem multos Ciceronis locos, quos dicunt, *παραλλήλους*, qui nonnunquam vel stabiliendae lectioni vel sententiae explicandae inserviunt. Est etiam, ubi de sententia scriptoris intelligenda utiliter praecipit. Ceterum vid. Orell. Onomast. Tull. T. I. p. 364.

7. Adhibuimus etiam lectiones *Editionis seculi quinti decimi*, quas excerpsit I. G. Hutten, Gymnasii Spirensis Rector. Est in Bibliotheca eius, quod diximus, Gymnasii. Accurate descripsit eam Editionem vir doctus in libro, qui inscribitur: *Historisch-litterarisch-bibliographisches Magazin, herausg. von* J. G. Meusel. (VI. Stück; Chemnitz, 1792. p. 118—126.) Existimat Huttenus, eam esse circa a. 1480. typis exscriptam. Mihi quidem, quum Editionem, quam dixi Heidelbergensem, quae in manibus est, nunc confero cum Hutteni descriptione, quamquam aliquot lectiones in illa reperi, quae non notantur in collatione Spirensi, eadem plane esse videtur, quum et operarum errores et chartarum forma et foliorum numerus conveniant, neque aliqua lectio sit ab Hutteno an-

notata (quamvis, ut dixi, nonnullae omittantur), quam non exhibeat editio, de qua supra diximus primo loco. Quod si prius animadvertissem, non duas esse dixissem: nunc, quum non amplius in manibus sit meus liber, sed iam ad bibliopolam transmissus, hic ingenue dicere, quam silentio premere malui *).

b) *Editiones Paradoxorum aliis Ciceronis libris additae:*

1. *Tullius de Officiis cum commentariis Petri Marsi eiusque recognitione.* — Insunt praeterea *Paradoxa: de Amicitia: de Senectute:* cum interpretibus suis. — In fine: *Impressum Venetiis per Bernardinum de Choris de Cremona summa cura ac diligenti studio Anno domini MCCCCXCII. die XXIIII. Mensis Martii.* f. m. Complectuntur *Paradoxa* septem folia. Post quintum Paradoxon videtur esse finis: legitur enim: *Explicit Liber de Amicitia et de Senectute et Paradoxarum. Registrum* etc. Sed sequentibus paginis duabus additur *sextum*, sine commentario, quasi post absolutum opus repertum. Tum demum sequuntur ea, quae nos in fine libri esse diximus. Habuit hanc editionem etiam C. Beierus, quum ederet libros de Officiis. Vid. eius Ed. T. II. p. 448. N. 14. **) Ceterum et hanc editionem, et omnes, quas non aliunde me accepisse dixi, quum in meis sint libris, ipse inspexi et per totum libellum contuli.

2. *Marci Tullij Ciceronis Opera de Officiis: de Amicitia: de Senectute: eiusdem Paradoxa. Cum suis commentariis una cum familiari explanatione ipsius Iodoci Badii Ascensii: adiuncta eiusdem Ascensii in Paradoxa nova expositione nuperrime absoluta, nec alias aut antehac usquam impressa.* — *Parrhisiis* 1507. f. m. — Latinae Paradoxorum inscriptiones desunt: Graecae Latinis litteris exaratae, sed admodum mendosae. Sic inscriptio quarti est: *Oti pandes i mori apinissonde.* Conf. Beier. l. c. p. 449. N. 19.

3. *Officia et de Amicitia: de Senectute et Paradoxa. M. T. Ciceronis: a Desiderio Erasmo Roterodamo diligenter adnotata.*

---

*) Accedit, quod illi libello Heidelbergensi, separato et peculiari titulo, nullis paginarum numeris, sed plagularum litteris additus est libellus *de Senectute*, decem et septem foliis constans, quod plane ita esse in libro Spirensi refert Huttenus: nos vero in eo quoque easdem varias lectiones enotatas reperimus, quas Huttenus in suo: nisi quod item nonnullas ab eo non animadversas deprehendimus.

**) Deesse etiam refert Paradoxon sextum I. I. G. Schellerus (*Obss. in priscos scriptores*, p. 248.) in Edit. Ven. 1498.

Venundantur Parrhisius (sic) *in vico divi Iacobi a Gaufrido de Marnef, sub signo Pellicani.* — In fine: *Ex aedibus Ioannis Barbier, decima die mensis Iullii* (sic) *Anno dñi millesimo quingentesimo Duodecimo.* 8. Non noverat C. Beierus hanc editionem, neque Orellius.

4. *Tullius de Officiis* etc. *nec non Paradoxa eiusdem: Opus Bened. Brugnoli studio emaculatum additis Graecis quae deerant — — adiunctis praeterea commentariis Franc. Omniboni Ascensiique in ultimum Paradoxon. quod latinorum nullus ad haec usque tempora ausus est enucleare.* — In fine: *Impressum Venetiis — sumptu miraque diligentia Ioannis de Tridino alias Tacuini* anno — M. D. XIIII. *die ultimo Februarii.* f. m. Graecas haec editio habet Paradoxorum inscriptiones, sed accentibus carentes. Vid. C. Beier. l. c. p. 449. N. 25.

5. *M. T. Ciceronis. De Amicitia. De Senectute. Paradoxa.* — In fine: *Argentorati. Ex aedibus Schurerianis. Mense Maio.* Anno M. D. XV. 4. Non paucas habet lectiones probas, a posterioribus neglectas.

6. *Cicero cum commento Marsi. Maturancii et Ascensii. In M. T. Ciceronis de off. amic. sen. et paradoxis libros perquam familiaris explicatio. — Jaques. Maillet.* In fine: *Absolutum hoc preclarum opus Lugd. exactissima cura — et nitidissimis excussum carateribus: anno domini M. CCCCC. XV. mensis Iulii.* f. m. — In hac quoque Ed. Graeca litteris Latinis sunt expressa; v. c. Paradoxi quinti inscriptio est: *Oti monos hosophos eleutheros kepantes hi mori duli.* In Commentariis, ubi Graecae debebant esse voces, lacuna est.

7. Aldina: *In hoc volum. continentur: M. T. Ciceronis Off. Cato mai. s. de Sen. Laelius s. de Amic. Somn. Scip. ex VI. de rep. excerptum. — Παράδοξα.* (Adduntur Θεοδώρου περὶ γήρως ἑρμήνεια. Ὄνειρος Σκιπ.) In fine: *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri. M. D. XVII. Mense Iuni.* 8. Vide de ea Ed. Orell. Onom. Tull. I. p. 343.

8. Aldina: *M. Tull. Cic. Off. de Amic. de Sen. — Paradoxa, interprete Ascensio,* Venetiis, MDXLVIII. f. m. Elegantissima editio, ab aliarum Aldinarum lectionibus multis locis admodum discrepans. De ea Ed. haud frequente vid. Orell. Onom. Tull. T. I. p. 349.

9. *M. T. C. Officia diligenter restituta. Eiusd. de Am. et Sen. Dialogi singuli. Paradoxa et Somn. Scip. Cum ann. Erasmi Rot. et Phil. Melancthonis: Item ann. Barth. Latomi in Para-*

doxa. Parisiis ex off. Sim. Colinaei, 1543. 16. Editio nitida, accurate correcta.

10. *M. T. C. Off. opera Wolfg. Anemoecii ex vetustiss. Cod. plus quam in centum locis castigati et restituti, de Amic. de Sen. Paradoxis atque Somn. Scip. una cum dialogo Anemoecii, in quo reddit rationem, cur illos locos mutaverit. — Cum ann. Des. Er. Rot., Phil. Mel. et Barth. Lat. adspersis Conr. Coclenii scholiis — adi. variis lectionibus.* — Basil. Nicol. Bryling. M.D.LX. 8. Conf. Beier l. c. p. 450. N. 29. Dicit hanc Ed. Orellius Onomast. Tull. T. I. p. 351. Pseudo-Anemoecianam.

11. *M. T. C. Off.* etc. *Paradoxa — Ex castigatione Io. Boulierii.* Lugd. ap. Ant. Vincentium. 1562. 8. et ib. 1568. 12. Prior ed. in margine habet multas lectiones memorabiles: posterior, minore forma, non habet. Sed nec eadem habent in contextis. Sic maior in Praefatione extr.: *Sed tamen, ut ex eadem officina exisse appareat:* in marg.: *tale tamen est, ut — exisse videatur:* ed. min.: *sed tamen est tale, ut — appareat.* Ceterum notum est, Boulierium operam non contemnendam navasse Ciceroni edendo ante Lambinum: factum autem esse, ut eius editio, posteaquam Lambiniana prodiit, ita obscuraretur huius praestantia, ut multa, quae a Boulierio tacite accepta in suam transtulisset editionem Lambinus, Lambini ingenio tribuerentur.

12. *Cic. de Off.* etc. *Et in his animadversa quaedam post Dionysii Lambini omnium accuratissimam editionem ab Io. Cauchio, Corn. Valerio et Gulielmo Cantero, Ultraiectinis de studiis humanitatis bene meritis. Annot. P. Manutii in marg. adscr.* Access. *D. Lambini annot. — Colon. Agripp. ap. Io. Gymnicum* 1576. 8. Decem annis post Lambinianam prodiit haec editio, quae ex posterioribus fere sola, ut videtur, Lambini textum, qui est in Ed. a. 1566., fere integrum exhibet, et vix uno alterove loco ab eo recedit.

13. *Audomari Talaei Praelectiones in Ciceronem* [Academica, de Oratore, Top., Paradoxa, de Partit. or.] etc. cum Indice Francof. haered. A. Wecheli. M. D. LXXXIII. 8. Insunt etiam Ciceronis verba.]. Erant, qui dicerent, Audomarum Talaeum esse ψευδώνυμον, et sub eius nomine latere Petrum Ramum, Adriani Turnebi adversarium. Sed alia docet Joecherus v. *Talaeus*, v. *Taleus*, cuius nomen Gallicum fuisse dicit *Talon:* isque mortuus esse dicitur a. 1562. Commentarii eius hodie quoque habent, quo se commendent, in primis aliorum scriptorum veterum commoda collatione.

14. *M. T. Cic. Off. Cat. M. Lael. Paradoxa, Somn. Scip. ex rec. I. G. Graevii: cum ei. notis et integris animadvv. Lambini,*

Ursini, *Langii*, *Frc. Fabricii Murcodur.*, *Aldi Manutii* et all. selectis. Amstelod. 1688. 8. Hac editione ut nulla est uberior, ita in Batavorum editionibus, quod ad annotationes, paucae sunt magis inquinatae operarum vitiis et correctoris negligentia. Quare commode accidit, quod non tantum eam editionem ad manus habui, sed etiam commentarios fere omnes eorum, ex quibus sua hausit Graevius, unde saepissime eorum sententias et verba restitui. Orell. l. c. p. 356.

15. *M. T. Cic. Off.* etc. *Paradoxa — cum selectis variantibus lectionibus. Patavii, MDCCLXI.* 8. *min.* Videtur sequi Olivetum. Lectiones variantes unde excerpserit editor, non dixit.

16. *M. T. Cic. Off.* etc. *Paradoxa. Adi. sunt breves ad calcem annotationes.* Patavii. Typis Semin. MDCCXX. 8. Est haec Ed. Iac. Facciolati prima (vid. C. Beier. l. l. p. 454.): quamquam eius nomen non additum est. Annotationes nullius sunt pretii: nihil docent, nisi quod lector, vel non monitus, ipse animadvertit.

17. *Ed. Iac. Facciolati* altera, ita inscripta: *M. T. C. de Officiis libri III. De Sen. De Amic. De Somn. Scip. et Paradoxa. Acc. Q. Fratris Commentariolum Petitionis. Ex rec. Iac. Facciolati.* Venet. *MDCCXLVII. Ex typogr. I. B. Albritii.* 8. Admodum discrepant Gernhardi et Beieri iudicia de annotatione Facciolati, quam quidem ille laudat, hic reprehendit. Cum vero uterque de Officiorum potissimum loquatur libris, lectores ad eos remittere malo, quam excerpere eorum ac diiudicare sententias. Mihi quidem certum est, nisi alias ob causas bene meruisset de nostris litteris Facciolatus, huius editionis merito eum id non fuisse consecuturum, quamquam ea suis non caret laudibus, et priori multum praestat. Vid. Orell. Onom. Tull. T. I. p. 358.

18. *M. Tull. Cic. Cato mai. et Lael. — et Paradoxa*, *perp. annot. et excursu illustravit I. C. F. Wetzel. Lignitii* 1792. 8. et Ed. *altera* correcta et aucta ib. 1808. [Quae prodiit editio a. 1817, nihil differt ab altera, nisi novo indice, qui habet item in fronte significationem editionis *secundae.*] Commendatur haec editio suis laudibus, quamquam Gernhardianam non aequat.

19. *M. T. Cic. Cato mai. s. de Sen. et Paradoxa* rec. et *Scholiis Iacobi Facciolati suisque animadversionibus instruxit A. G. Gernhard.* Lips. 1819. 8. Editio praestantissima. Novos quidem codices conferre non licuit viro doctisssimo, sed paratis aliunde copiis optime usus est et ad verba emendanda et ad res explicandas. Est quidem, ubi aliorum testimoniis, qui errarent, confisus, ipse in errorem inductus apparet, est ubi aliam ob causam meam ab eius sententia disiungendam existimavi; sed plurima nitent; quare

paucis offendi maculis iniquum sit. Conf. Orellii Onomast. Tull. T. I. p. 318.

20. Non est nobis praetereunda editio *Cic. de Sen. de Amic. et Paradoxorum*, quae prodiit Lipsiae a. 1830. apud B. G. Teubnerum. Quisquis est, qui curavit hanc editionem (nescio, quisnam ille fuerit), is probe rem gessit, et aliquoties, quantum equidem animadverti, emendationes intulit contextis haud spernendas. Sic I, 2.: *Sed haec videri possunt obscuriora, quum limatius disputantur.*

21. *M. T. Ciceronis Cato maior seu de Senectute et Paradoxa. Zum Gebrauche für Schulen neu besorgt u. mit deutschen Wort- u. Sacherklärungen versehen v. L. J. Billerbeck. Dritte verbess. u. vermehrte Aufl. — Hannover*, 1837. *Hahn.* 8. Discipulis scripsit editor, non viris doctis. Nota est eius viri ratio, quae habuit, quo se multis commendaret, quia utilia multa et ad orationem et ad argumentum congerere solebat B., quae multis locis sunt dispersa, neque a discipulis, qui privatâ operâ legere cuperent libros Ciceronis ab eo editos, comparari possunt.

c) *Editiones Operum Ciceronis omnium.*

Non videtur necessarium accuratius disputare de singulis *Operum Ciceronis* editionibus, quas ad manum habui, quasque, ut videbis ex annotationibus, omnibus locis inspexi: quamquam hoc necessarium non fuit in iis, quae uni alicui editioni primariae ita se applicarent, ut nihil novi, nihil proprii exhiberent: veluti Bipontina et ea Ciceronis Operum editio, quae Mannhemii prodiit*), vel alterutra Lambiniana, (nimirum ex iis, quae non Lambini textum, sed eius tantum annotationem exhibent, textum autem prius vulgatum, lectionibus Lambini, cum aliquot aliis, margini adscriptis,) quarum duae sunt in meis, ex quarum comparatione illud tamen commodi cepi, ut, quae altera nonnunquam haberet operarum errore depravata, altera exhiberet mihi mendis vacua et correcta. Erant igitur in manibus.

a. Ed. Ascensiana. IV. Voll. f. m. Parisiis, 1511: de qua vid. Orellii Onomast. Tullian. T. I. p. 197.

b. Ed. Cratandrina. IV. Voll. f. m. Basileae, 1528. Vid. Orellii Onomast. l. c. p. 198.

---

*) Utraque haec editio ideo etiam ad criticam rationem omni auctoritate caret, quia, quid Codicum auctoritati, quid correctoribus debeatur, non apparet.

c. Ed. Hervagiana. IV. Voll. f. m. Basileae, 1534. Loquitur de ea Orellius l. c. p. 198 sq.

d. Ed. Rob. Stephani, ex P. Victorii Codd. maxima ex parte descripta, cum Victorii Explic. suarum in Cic. castigationum. V. Voll. f. m. Parisiis, 1539. vid. Orell. l. c. p. 200 sq.

e. Ed. Io. Camerarii, cum ei. annott. et P. Victorii castigatt. IV. [V.] Voll. f. m. Basileae ap. Hervag., 1540. Vid. Orell. l. c. p. 201. Eam nonnulli item appellant Hervagianam, non distinguentes ab Ed. a. 1534.

f. Ed. Aldina. IX. Voll. 8. Venet. Aldi filii. 1550—1552. In multis differt a duabus Aldinis supra laudatis.

g. Ed. Caroli Stephani. IV. Voll. f. m. Parisiis, 1555. De eius praestantia vid. Orell. l. c. p. 202.

h. Ed. Io. Sturmii. IX. Voll. 8. Argentor. 1564. v. Orell. l. c. p. 201 sq.

i. Ed. Lambiniana, vera. IV. Voll. f. m. (cum ancora Aldina) Lutetiae, ap. Bernard. Turrisanum 1566. [1565.] De eius Ed. auctoritate vid. Orell. l. c. p. 203 sq.

k. Ed. Gryphiana. X. Voll. 12. Lugduni, 1570: quae habet I. M. Bruti annotationem. Vid. Orell. l. c. p. 204.

l. Edd. ψευδο-Lambinianae, cum annott. Lambini. IX. Voll. 8. [Genevae] ap. Petr. Santandraeanum, 1580. — Eadem XI. Voll. Argentorati: imp. Ribelii et Dupuys, 1581: v. Orell. p. 205.

m. Ed. Sylburgiana. X. Voll. 8. Francofurti, Wechel. 1590. Iudicat de ea Orellius l. c. p. 206.

n. Ed. Alex. Scoti, cum annot. Lambini. 12. Lugd. 1610. VIII. Voll. Huius repetitionis non facit mentionem Orellius.

o. Ed. Blaeviana. X. Voll. Amstelaedami, Io. Blaev. 1656. 12. vid. Orell. l. c. p. 208.

p. Ed. D. Gothofredi. IV. Partes. 4. Genevae, Chouët, 1660. De Ed. Goth. v. Orell. p. 206. *Huius* repetitionis nulla fit mentio.

q. Ed. Schreveliana. IV. Tomi. Amstelod. Elzevir. et Lugd. Bat. Hack. 1661. 4. Conf. Orell. l. c. p. 208.

r. Ed. I. Gruteri. IV. Tomi, cum Indd. f. m. Londini, Dunmore etc. 1681. De ea vid. Orell. l. c. p. 207. coll. p. 208.

s. Ed. Iac. Gronovii. IV. Tomi. Lugd. Bat., Pet. v. d. Aa. 1692. 4. Vid. Orell. l. c. p. 209.

t. Ed. Is. Verburgii. III. Voll. f. m. Amst. Wetsten. 1724. et XII. Voll. 8. ib. eod. De ea vid. Orell. l. c. p. 209.

u. Ed. Ios. Oliveti. IX. Voll. 4. Patavii, I. Manfré. 1753. Conf. Orell. l. c. p. 210.

v. Ed. I. A. Ernesti: (minor dicta) *XV. Voll.* [Opera Vol. I — VII, (IV. Tomi)] [T. V. Vol. VIII. Scripta ab A. Maio reperta]. Vol. X. Clavis Ciceroniana. Voll. XI. XII. [Praefationes et notae. (Supplem. Editionis min.)] Voll. XIII — XV. [Variae Lectiones ex Edd. Oxon. et Neapolit. descriptae. Annot. Garaton. Collatio Ed. Ern. cum Olivetea]. 1772 — 1830. Halis Orphanotr. 8. De ea loquitur Orell. l. c. p. 211.

w. Ed. C. G. Schützii. XX. Voll. (28. Partes). 8. Lips. G. Fleischer. iun. 1814 — 1823. Vid. de hac Ed. Orell. l. c. p. 213.

w.*. Ed. Bipontina. XIII. Voll. 8. Bip. 1780 — 1787. Vid. Orell. l. c. p. 212.

ww.*. Ed. Mannhemiana. XX. Voll. 8. Mannheim. 1783. 8.

x. Ed. I. C. Orellii. VII. Voll. (13. Partes.) Turici. 1826 — 1837. 8. maj. Idem etiam edidit Paradoxa in Ed. Tusculanarum peculiari. Turici, 1829. 8. maj.

y. Ed. C. F. A. Nobbii. Opp. Cic. uno volum. comprehensa. Lipsiae, Tauchn. 1827. 4. Vid. Orell. l. c. p. 214.

III. CONVERSIONES.

(a) *Graecae:* α.) D. Petavii, β.) A. Turnebi, iunctim: ed. P. C. Hess (M. T. C. *Cato mai. Somn. Scip. Lael.* et *Paradoxa* etc. Halis. 1833. 8. γ.) M. T. C. *Paradoxa* Graece versa et explicata ab Io. Morisoto, medico. Ed. G. F. Wensch. Hal. Sax. Orphanotr. 1840. 8. [Insunt Io. Morisoti annott. crit. ad textum Latinum, et Collationes duorum Codd. Guelferbytanorum.]

(b) *Gallica:* Les livres *de Cicéron* de la Vieillesse, de l'Amitié, les *Paradoxes*, le Songe de Scipion. Lettre politique à Quintus avec le texte latin revu, par M. de Barrett. à Paris, 1809. 12.

(c) *Germanicae:* 1) C. G. Tillingii: cum libris de Finn. Vratisl. 1789. 8. 2) (Ioerdensii) cum Somn. Scip. — Berol. 1791. 8. 3) C. A. G. Schreiberi. Halis. 1799. 8. 4) I. Gauppii: cum Somn. Scip. Glogaviae 1811. 8. 5) I. F. Schroederi [in *Cicero's philos. Schriften*, in dtschn. Uebertragungen: herausg. v. R. Klotz. T. II. p. 89 — 116. Lpzg. 1841. 8. mai.]

IV. COMMENTARII ET ALIA EXPLICANDI ADIUMENTA.

1. *In Ciceronis Paradoxa Francisci Sylvii, Ambiani, Commentarius.* [In libro qui inscribitur: *In Philosophicos aliquot M. T. Ciceronis libros doctissimorum virorum Annotationes.* Basileae per Io. Oporinum. M. D. XLIIII. 4.]
2. *Xysti Betuleii, Augustani in M. T. Ciceronis Paradoxa Commentarii.* Basileae per Io. Oporinum (M. D. L.) 8.
3. *Fulvii Ursini in omnia Opera Ciceronis Notae.* Antverpiae. Plantin. 1581. 8.
4. *Ioach. Camerarii, Pabergensis, in M. Tull. Cicer. annotationes.* Lugd. I. Frellon. 8. 1560.
5. *Car. Langii, Gandensis, in Ciceronem annotationes.* anno MDCXV. [In *Andr. Schotti Observationum Humanarum libris*, quibus etiam adiecti sunt *Schotti Nodi Ciceroniani* ect. Hanoviae, Wechel. 4.]
6. *I. N. Lallemandi Adnotationes ad Ciceronis Paradoxa*, excerptae in meum usum ex Ed. Lallem., quam mihi inspicere non licuit, a V. Clar. G. H. Bardili, cuius humanitati et doctrinae alia debeo multa. Ceterum de Lall. editione vid. Orell. Onomast. Cic. T. I. p. 210.
7. *Io. Iac. Hottingeri Progr. Gymn. Turicensis* a. 1790. 4. [in quo tentatur locus Parad. V, 2.] Vid. eandem scriptionem in *I. I. Hottingeri Opusculis philologicis, criticis atque hermeneuticis.* Lips. 1817. 8.
8. *Car. Morgensternii in Ciceronis Paradoxa Prolegomena.* (Progr.) Dorpati, 1819. f. m. Repetita sunt haec Prolegomena in Seebodii Miscellann. Critt. I, 1. p. 386 sqq.
9. *Scholarum MSS. Dan. Wyttenbachii excerpta.* Quod fecimus in Ed. *Ciceronis de Nat. Deorum* maiore, idem feci in hoc libello, ut partem scholarum, quas ipse ex ore viri immortalis excepi, quum a. 1810. Leidae versarer, excerperem in editionis meae usum: reliqua in schedis retinui. Commendabant se illae scholae illis virtutibus, in quibus ipse Wyttenbachius praecipuam scribentis laudem esse volebat: perspicuitate, suavitate, gravitate.

Plurimos autem praeterea me inspexisse et libros et libellos, veteres et recentiores, in quibus aliquid inesset, quod commentario nostro prodesse posset, quem, quantum possem, ad modum mei in Tusculanas commentarii, ita comparatum volebam, ut nihil magnopere, quod ad rem facere posse videre-

tur, deesset, id videbunt, qui libellum hunc paullo accuratius inspexerint.

Erat etiam, quum sperarem, magnam fieri posse accessionem apparatui meo critico, eoque huic nostro libello, si contigisset nancisci collationem Codicis alicuius Ravennatis Paradoxorum vetustissimi atque optimi, qui fuisse dicitur Nicolai Ferretti, cuius mentionem fecit Blumius, V. Cl., ICtus, in *Itinere Italico*, qui T. IV, p. 253. scripsit: „*Der Philologe zu Ravenna*, Niccolo „Ferretti, *gestorben* 1554, *als Besitzer der berühmten Hand-* „*schrift von Cicero's Paradoxa.*“ Adii igitur, a Bardilio meo monitus, virum illum litteris ante hos tres annos datis, exploraturus, si fieri posset, utrum collationis accipiendae spes aliqua affulgeret. Blumius autem, mox litteris perhumaniter rescriptis, neque se vidisse illum Codicem respondit, neque ipsum Ravennae fuisse: audivisse se eam rem a Kronio relatam, cuius viri a se ipso nondum visi, ipse fecisset mentionem in tomi quarti praefatione. Ubinam autem Kronius, qui Vindobonae egisset, nunc commemoretur, id sibi parum esse compertum. Quod quum legissem, vidi spem, quam conceperam, irritam esse factam.

Restat, ut moneam a me etiam in enumerandis lectionum auctoritatibus allata esse ea adiumenta, quibus usi sunt Orellius, Gernhardus, Borgersius *), non ut ea in meis fuisse contenderem, sed ut uno exhiberem conspectu, quicquid sive ad stabiliendam aliquam lectionem faceret, sive testimonio esset nihil opis esse in libris ad eos locos sanandos, qui in hoc libello videntur desperati.

Erunt fortasse, qui mirentur a me non esse adhibitos plures etiam libros MSS., quorum certe ad meam notitiam venerit sedes: ut sex Vindobonenses (quos recenset *St. Endlicher* in Catalogo Codd. Philolol. MSS. Bibl. Palat. Vindob. 1836. 4.), Parisienses, alios. Ii sciant, varias esse causas, quibus impediri possit homo scholarum in umbra delitescens, stipendio fruens modico, otio fere nullo, quo minus manus porrigat ad ea, quibus abunde uti possunt, quorum est alius locus, alia conditio.

---

*) Ab Orellio sumpsi lectiones Codd. Bern. Bas. Guelph., Edit. prc., Excerpt. Eyb., Edd. Victor., Magnoli, Suffr. Petri, Manut. 1555, Huberi 1748; Gernhardus laudavit Ed. Venetam 1487, Ascens. 1520., Anemoecianam 1563 (quae item, ut nostra, est Pseudoanemoeciana: vid. l. c. ap. Orell. p. 351 sq.) Borgersius contulit duos, quos dixi, Codd. Voss. et Ed. prc. Mogunt. 1465. sed minus accurate.

PROLEGOMENA
AD
CICERONIS PARADOXA.

Editurus hunc libellum eo consilio, ut haberent lectores optima quaeque uno quasi oculorum obtutu spectanda, quae adhuc a viris doctissimis essent vel reperta vel coniectando prolata, facere non potui, quin etiam inquirerem in ea, quae dudum ab aliis de *Paradoxorum* libello universe prolata essent, et nunc cum maxime pro veris haberentur, addito meo qualicunque iudicio. Quod dum facere instituo, temporum ordinem sequi libuit, ita quidem, ut totius disputationis quasi fundamentum ea praemitterem, quae a Wyttenbachio in scholis essent posita elegantissime, hisque annecterem, quae de *nomine* libelli, de *tempore*, de *consilio*, denique de *argumento* et de *inscriptionibus*, vel aliena vel nostra, ad rem facere viderentur. Ita igitur Wyttenbachius: „E Ciceronianis libris hic unus omnium brevissimus idemque quasi sapientiae eloquentiaeque delibatus flos est: quippe illud in eo agitur, ut philosophiae moralis decreta maxime sublimia et supra vulgarem hominum sensum captumque posita, orationis commendatione probabilia reddantur. Sed de *tempore* et de *genere* libelli nondum satis est expedita ratio. Ac primum quidem de *tempore*, quo hic libellus scriptus est, non est dubitandum, quin tunc adhuc vixerit Cato, quippe de eo diserte Cicero, ut de vivo, loquitur. Porro, quum Cicero scribit, se paullo antea maius opus ad Brutum scripsisse, idque „*in Bruti nomine*“ comparuisse, profecto non alium significat librum, nisi *Brutum* s. *de Claris Oratoribus* *). Atqui scriptus est hic liber, Brutus, a. U. c. 707, Ciceronis sexagesimo primo, ineunte anno, quum Caesar adversus Scipionem, Petreium et Iu-

*) Iason Denores, in Institut. in Ciceronis Philosophiam de Moribus (Lips. 1721. 8.) p. 25 sq. aliter sentiebat, dicens: „*Paradoxa* nihil aliud sunt, quam ceu index quidam brevior et quasi quidam appendix Tusculanarum. Hanc coniunctionem et quasi similitudinem esse Paradoxorum cum Tusculanis tacite significat Cicero in eorum praefatione dicens: *illud maiorum vigiliarum munus*, quo intelligi vult *Tusculanas*, pariter *ad Brutum* de iisdem rebus iam scriptas, et hoc Paradoxorum opusculum alterum alterius summam quandam esse breviorem asserere videtur.“ Sed de Tusculanis, quamquam ad Brutum scriptis, non poterat dicere, eas *in Bruti nomine comparuisse*. Scripsit tamen etiam Facciolatus ad verba *maiorum vigiliarum opus*: „Tusculanas Quaestiones, libros de Finibus et de Natura Deorum.“

bam regem in Africam bellatum traiecisset, et paullo antea M. Brutum Galliae Cisalpinae praefecisset. Victo Scipione, Petreio et Iuba rege mense Aprili, Cato vel eodem mense vel Maio Uticae sibi mortem conscivit. Atque hoc circiter tempore, quum de Caesaris victoria et morte Catonis nuntius Romam nondum venisset, Cicero hunc Paradoxorum libellum scripsisse videtur. Quod vero Parad. II. nonnulli putant M. Antonium significari, ac proinde hunc libellum post Caesaris obitum, dominante Antonio, scriptum esse, hoc igitur plane a ratione et veri similitudine alienum est: siquidem scribente hunc libellum Cicerone Cato aut vivebat aut modo mortuus erat, et in illo Paradoxo II. non Antonium, sed Clodium, significari credibile est. Fuerunt in isto errore duo doctissimi viri, qui ceterum accuratissime de rebus Ciceronis prodiderunt: Sebast. *Corradus* in Quaestura secunda p. 270, eumque secutus Franc. *Fabricius Marcoduranus*, in Vita Ciceronis per consules digesta, p. 200: quamquam hic dubitanter pronuntiat *). Sed veram esse nostram rationem, quivis facile intelligat, qui eam cum rebus Ciceronis anni U. c. 707. comparaverit: quas res, excepto hoc de Paradoxis tempore, diligenter exposuit idem Franc. Fabricius p. 179. Ceterum Cicero huius a se scripti libelli in aliis, qui quidem supersunt, suis libris nullam mentionem facit. — De *genere* libelli item dubitari potest, utrum sit, ut vulgo putatur, philosophum, an oratorium. Est quidem materia philosophiae: sed forma et consilium sunt oratoria. Singula Paradoxa sunt singulae declamationes, quasi ex schola rhetoris, i. e. orationes fictae eum in finem, ut quasi rhetorico exercitio decretum philosophiae per eloquentiam ad communem captum accommodetur, et ad popularem sensum fidemque commendetur. Igitur Cicero hunc libellum maiori rhetorico libro, de Claris Oratoribus, ad eundem Brutum scripto, brevi temporis intervallo subiecit, ut item rhetoricum et ad eloquentiae institutionem referendum: quod ipse in prooemio significat. Et, quod non minimum est argumentum, Cicero ipse, de Divin. II, 1. ubi libros suos *de philosophia* scriptos enumerat, hunc non nominat."

---

*) Fuit in hac sententia iam Erasmus Roterod. et nostra aetate Wetzelius, Xystus etiam Betuleius ad verba Par. II.: *eum tu hominem* „Hinc, inquit, colligo, Paradoxa post Philippicas esse scripta, propter quas *Antonius* Ciceroni necem minatus est (Phil. 5, 7.) et tandem etiam occasionem nactus intulit." Cautius Franc. Sylvius: „Hoc, inquit, ad M. *Antonium* referri potest, ut nonnulli putant. Sed quum in communes locos haec Paradoxa Cicero coniecerit, veri similius est sermonem infinitum esse, id est, ad nullam certam personam et definitam directum, sed ad quemlibet."

Iam videamus deinceps de iis, quae supra tractanda posuimus, posita **Wyttenbachii** disputatione quasi fundamento. Et de *nomine* quidem Paradoxorum, cuius auctor fertur Zeno Cittieus, primum monet **Franc. Sylvius**, fuisse etiam Hecatonis Stoici libros de Paradoxis, eiusque operis librum tertium laudari a Diogene Laërtio, L. VII. [124. p. 443. ed. Meibomii: laudatur vero ibi non liber tertius, sed tertius decimus]. De nomine autem ipso **H. Wolfius** et **C. Morgenstern.**, quod dicitur de rebus, quae sunt *παρὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν*, laudant Suidam (ed. Kusteri, Vol. III. p. 30), qui explicat *ἀπροςδόκητον*, *θαυμαστόν*, prorsus ut ipse Cicero in Prooemio Paradoxorum (conf. de Finn. IV, 27, 74.) *quae — sunt* ***admirabilia*** *contraque opinionem omnium*, et Acadd. II, 44, 136: *mirabilia.* *Δόξαν* autem interpretatur Suidas *ὑπόνοιαν*, *ὑπόληψιν*, *τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον*, *εἰ δὲ τῶν πολλῶν*, *τῶν οὐκ εἰδότων*: item *εἰκασμὸν* et *δόγμα*, unde etiam Epicuri *κυρίαι δόξαι.* Explicat autem *ὑπόληψιν* Aristoteles Magn. Moral. I, 32. p. 38. ed. Sylburg. *ᾗ ὑπὲρ ἁπάντων ἐπαμφοτερίζομεν πρὸς τὸ εἶναι ταῦτα οὕτω καὶ μὴ εἶναι.* Mirum est autem, quod in Paradoxorum nomen conveniunt iudicia ipsius Ciceronis, quae primo adspectu inter se videntur plane contraria: uno enim loco *prima*, ait, *specie ea admirationem*, *re explicata risum movere* (de Finn. IV, 22.), altero, *prima specie videri ridicula vulgo: si respicias sapientem*, *qualem sibi Stoici informaverint*, *haud absurda.* — *Ridicula* enim dicas, si Stoicos respicias, ut homines, qui novo verborum usu aliquid plane novi dicere sibi viderentur: *probabilia*, si consilium respicias significandi, quid summum sibi proponere debeat homo consequendum. Volebant enim Stoici primum extenuare opinionem de corporis et fortunae bonis, deinde amplificare existimationem de veris, i. e. animi bonis. Idque volebat etiam Cicero Paradoxis suis. Contemnebant Stoici, iis prolatis, vulgi de bonis opinionem: et eodem tempore alio, sed veriore, sensu eadem se paraturos omnibus promittebant, quae illi frustra plerumque et saepius peccando appeterent. Aliam vero vocis *παράδοξα* habes apud Quinctilianum Inst. Or. IX, 2, 23 conversionem, *inopinata* *), quod ipsum respondet Suidae explicationi *ἀπροςδόκητα.* Quod autem ait **Xystus Betuleius**, Ciceronem, qui tantum se exhibuerit ubique linguae suae assertorem et vindicem, non videri librum editurum fuisse Graeco inscriptum titulo: mutaturum autem fuisse, si de huius operis editione cogitasset unquam: esse autem Bruto ita dicatum, ut *ne in* ***apertum proferatur***: eam

---

*) *Inopinata omnibus* dicit etiam Seneca *παράδοξα*, Epist. LXXXI. p. 326. Ed. Gronov.

vides suspicionem ortam esse ex prava multorum librorum lectione in Prooemio, ubi nunc recte legitur *in acceptum ut referas.* Accedit, quod in eodem prooemio significat ipse Cicero, proferri se velle in lucem id, quod hoc libello scribendo tentaverit. Ipsorum autem Stoicorum de his paradoxis sententias laudat in Manuductione ad Philosophiam Stoicam L. III. Diss. II. p. 750. ed. Vesal., quarum duas Graecorum, unam hominis Romani addam. Chrysippi enim ibi haec affert de *παραδόξοις· Διὸ καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τε μεγέθους καὶ τοῦ κάλλους πλάσμασι. δοκοῦμεν ὅμοια λέγειν, καὶ οὐ κατ᾽ ἄνθρωπον καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν*: Cleanthis autem: *παράδοξα μὲν, οὐ μὴν παράλογα.* Ex Senecae autem de Beneficiis libro II, 35. haec: *A consuetudine quaedam, quae dicimus, abhorrent: deinde alia via ad consuetudinem redeunt.* Ceterum longe maiorem fuisse Paradoxorum Stoicorum numerum, quam quae libellus noster exponit, notum est. Pauca tantum, neque ea praecipua, tractavisse Ciceronem, idque non philosophi sed oratoris modo, dicit Lipsius l. c. p. 749 *). Hieronymus autem Wolfius contendit, *haec* potissimum delegisse Ciceronem, quia, *his* probe cognitis, reliqua existimaret faciliora esse omnia et ad intelligendum expeditiora **). Disputat autem I. Lipsius de viginti quinque amplius Paradoxis, non omissis iis, quae Cicero tractavit, omniumque et sedem et sententiam exponit l. c. Diss. II — XXI. p. 613 — 821. Et de *primo* quidem ac *secundo* loquitur L. II. Diss. XX. p. 729 — 732. L. III. Diss. X. p. 778 — 779; de *tertio* L. III. Diss. XXI. p. 806 — 808; de *quarto* ib. Diss. XX. p. 803 — 806, de *quinto* Diss. XII, p. 783 — 785; de *sexto* denique ib. Diss. XI,

---

*) Morgensternius, contra Lipsii sententiam, potiora contendit Ciceronem elegisse: quod mihi quoque videtur.

**) Refert idem Wolfius, scripsisse, ad imitationem Ciceronis, doctum quendam Italum, Brandolinum Lippum [qui fuit Florentinus, Romae mortuus a. 1498, peste absumptus] septem *Paradoxa Christiana*, quorum tria priora sunt: *Diligendos esse inimicos. Mortem flagitio esse anteponendam. Nullam in hac vita esse felicitatem.* Addit idem, duos viros doctos contra Ciceronem scripsisse *Antiparadoxa*: Vitum Amerpachium [qui scripsit etiam Enarrationes librorum de Officiis, Basil. Oporin. 1548. 8.], brevius illum quidem et adstrictius, sed nervosius et efficacius: et M. Antonium Maioragium, fusius et copiosius, sed magis ad ingenii ostentationem, quam ad tantae controversiae explicationem diligentem. [Amerpachii *Antiparadoxa* prodierunt Argentorati a. 1541. 8., Maioragii autem Lugduni, a. 1546. Hic vero eo nomine graviter reprehensus est a Mario Nizolio in Epistola, quam lege sis in *Collectione Epistolarum Marq. Gudii et Claudii Sarravii*, quam edidit P. Burmannus, Hagae Com. 1714. 4. p. 132 — 137.] Ego neutra vidi.

p. 779—783. Ex aliorum autem numero satis magno haec excerpsimus: *Sapientes omnes pares esse. Virtutes esse individuas. Sapientem semper esse in gaudio. Sapientem vel in tormentis beatum esse. Sapientem esse ἀπαθῆ. Sapientem non opinari: non ignorare: non fallere: non mentiri. Sapienti nihil praeter opinionem evenire. Solum sapientem regem esse. Sapientem deo esse parem. Sapientem omnia recte facere, maxima minima. Sapientes solos inter se amicos. Sapientem solum pulchrum esse, solum nobilem, solum civem, solum magistratum, solum rhetorem, poëtam doctum, vatem, sacerdotem, iudicem. Sapientem non affici iniuria. Sapientem non ignoscere, non misereri. Sapientem sumere aliquando mortem posse, decere, debere* *).

Iam ut de *tempore*, quo scriptus fuisse videatur libellus, loquamur, videndum erit, utrum, qui in eam rem accuratius inquisiverunt, cum Wyttenbachio faciant, an ab eo dissentiant. Et priores quidem praeter ea, quae supra posuimus, argumenta nihil admodum protulerunt, quod ad alterutram sententiam vel stabiliendam vel refutandam faceret. Et primus quidem, qui rationibus allatis impugnaret eam sententiam, qua uno tempore et uno quasi tenore scriptus existimatur liber, eique absoluto statim additum creditur prooemium, fuit Schützius, qui decem fere annorum intervallum inter inchoatum absolutumque opusculum statuit, ut a. U. c. 697. scripta sint Paradoxa tria, secundum, quartum, sextum, postremum certe non post a. 698: Prooemium autem cum tribus reliquis anno tribuatur post Urbem conditam, ut a plerisque, 707. Cuius quidem sententiae has attulit rationes:

Maiorum vigiliarum opus, de quo loquitur Cicero in Prooemio, aliud esse non potest, nisi liber *de Claris Oratoribus*, quod in nomine *Bruti* ipse scriptor comparuisse dicit. Brutus autem, ut constat, scriptus est a. U. c. 706, extremo. Quum ante hunc annum scripta esse non possint Paradoxa, in Prooemio autem M. Catonis, Bruti avunculi, mentio fiat ut vivi [quod apparet ex verbis *sentit*, *est*, *solet*,], Cato vero Uticae mortem sibi consciverit mense Aprili a. 707, necesse est, Prooemium scriptum sit ante, quam de eius morte nuntius Romam perferretur, i. e. verno eius

*) Unum addo *Aristonis Chii* Paradoxon: *εἶναι ὅμοιον ἀγαθῷ ὑποκρίτῃ τὸν σοφόν*: de quo exstat liber doctissimus I. B. Carpzovii, qui inscribitur: *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii ὅμοιον εἶναι κ. τ. λ.* Lipsiae 1742. 8. ubi vid. in primis Sect. II. Cap. 3. 4. p. 239—276. Cap. 6. p. 327—367. Cap. 7. p. 397—427. et universe de natura Paradoxorum Stoicorum ib. Sect. II. Cap. 1. p. 169—198.

anni tempore. *Secundum* autem Paradoxon, quod habet in *Clodium*, quamvis non nominatum, convicia, certe ante Clodii mortem, quam ex Ciceronis verbis ne suspicari quidem licet, scriptum est, vel ante exilium Ciceronis, vel post reditum, quum is etiam tum adversus Ciceronem furere pergeret, quod item apertius etiam cadit in Paradoxon *quartum*, quo plane significat, se post reditum ab exilio scribere: iis autem utitur verbis, quae recentem prodere videntur dolorem, de morte adversarii tacent. Colligit inde Schützius ea scripta esse a. U. c. 697. in quem incidunt illi, in quos invehitur, Clodii furores. *Quintum* autem Paradoxon, quamquam vel L. Lucullum vel Q. Hortensium tangere videtur aliquot locis, quominus tamen anno 707. scriptum esse putemus, nihil impedit. Quum vero dubitari non possit, quin Paradoxon *sextum* M. Crassum, divitem illum perstringat, quia refert eius dictum, *neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere possit suis fructibus* (conf. de Off. I, 8.), nec vero de Crassi morte, trans Euphratem bellum cum Parthis gerentis, fiat mentio, quae mors obtigit a. 700, item illud in annum post reditum ab exilio reiiciendum erit, vel in eum, quo Crassus cum Pompeio alterum gerebat consulatum, a. U. c. 698. Diversum igitur esse ait et decem annorum intervallo distare tempus, quo scripta sint secundum, quartum et sextum, a trium reliquorum et Prooemii scriptione. Neque in aliam abeunt sententiam F. Handius in libro, qui prodiit a. 1827: Ersch. u. Gruber. Allgem. Encyklop. T. XVII. p. 237. et vir doctus, qui curavit editionem Teubnerianam.

Contra Schützii sententiam primus exortus est Gernhardus dicens, Ciceronem, si vixissent ii, quos alloqui videretur, Clodius et Crassus, cautius declamitasse: si mortuis iis scripserit, nihil posse ex istorum hominum descriptione et simulata allocutione ad temporis, quo scripserit, definitionem exquiri. Cur enim, inquit, irae in istos, dum viverent, satisfacturus, exilem hanc Paradoxi opportunitatem quaesiverit, quasi Stoicorum demum argumentis convinci tanta scelera possent, aut gravius notari apud prudentissimos (§. 3.) loquendo, quam in foro Clodii, et vivi et mortui, aliorumque hominum flagitiosorum scelera, nullo factionis metu territus, descripserit? Cur forma declamandi uteretur, quae perstringendorum sceleratorum nomina taceri sive iuberet, sive pateretur? Si decem demum annis hoc tam parvum opusculum absolvit, quomodo scripserit Cicero *lucubratum esse his iam contractioribus noctibus?* Quod si quaeras, cur de Clodii Crassique interitu nihil dixerit? id ipsum, respondet, ne decuisse quidem, in quos tanquam vivos praesentesque inveheretur, eorundem interitu enar-

rando illusionis vim tollere, praesertim quum ex isto fonte ad iustam facinorum castigationem ne opus quidem esset argumenta haurire. Notavit Cicero vitia hominum qualis fuit Clodius, Crassus, Lucullus: qui si mortui erant, in eiusmodi scriptione notari poterant minore cum invidia, et tamen gravissime. „Ita (sic Gernh. intro-„ductione extrema) quodammodo dici de hac vitiorum vituperandorum „ratione, quae in Paradoxis deprehenditur, illud potest, quod ipse „Cicero de tempore sermonum de Finibus scribit ad Atticum (XIII, „19.), cur ita confecerit quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. „Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni daret: ἀζη-„λοτύπητον, inquit, *id fore putabam, quod omnes illi decesse-„rant.*" Eodem fere, quo Gernhardus, tempore Morgensternius scripsit sua in Cic. Paradoxa Prolegomena. Is vir primum se ab H. Wolfio dissentire ait, qui Paradoxa scripta existimabat dominante Caesare, post Catonis interitum, nimirum ut Brutum, monstrata honestatis et virtutis excellentia, ad caedem Caesaris animaret atque armaret. Scriptum esse libellum vivo Catone ex Prooemio cum plerisque aliis certum esse contendit: nec vero necesse ait esse, ut *secundum* Paradoxon cum Schützio in annum 697. reiiciamus, in quem Schützius dicat incidisse furores Clodii. Etiamsi enim vel maxime Clodium significaret, potuisse tamen animi commotionem Ciceroni res repraesentare praeteritas. Nec magis audit Schützium, a. U. c. 698. scriptum esse contendentem Paradoxon *sextum*, quo Crassus cum Pompeio secundum consulatum gereret. Melius consultum iri existimat Ciceronis gloriae, si statuamus, illud parvum opusculum lucubratum contractioribus iam noctibus, quod non esse dicat ut in arce poni possit, perpaucis noctibus esse profligatum, quam si libelli particulas diversis annis, iisque satis distantibus, esse elaboratas sumamus, rationibus parum firmis moti: praesertim quum verba „*his iam contractioribus noctis lucubratum*" rem plane conficere videantur.

Neque Borgersius ab ea sententia alienus est, additque, Ciceronem videri mores magis suorum hominum ac temporum, quam certos quosdam viros, perstrinxisse: hinc etiam effici, ut *decennium* illud (est haec vox apud B.), quod secundum Schützium inter *quartum* Paradoxon et Prooemium effluxerit, plane tollatur. Qui post Borgersium de tempore loquuntur, quo libellus noster scriptus videatur, plerique, Nobbius etiam et hoc ipso anno Baehrius (Hist. Litt. Romm. T. II. p. 443 sqq.), non magis Schützio suffragantur, quam Gernhardus et Morgensternius, ita tamen ut Baehrius scripta dicat Paradoxa paullo post libros de Officiis, post Caesaris interitum, scriptamque orationem Philippicam secundam. Mihi

quidem, quae disputaverunt Gernhardus et Morgensternius, ad veritatem, quantum fieri potest, proxime accedere videntur *).

Progredimur ad *consilium*, quo motus Cicero hunc libellum scripsisse existimandus sit. Hieronymi Wolfii sententiam iam partim a Morgensternio non tam refutatam, quam reiectam vidimus. Accuratius exposita sic habet: „Volebat *primum* consectari eloquentiae laudem in re a forensi usu aliena; *deinde* docere volebat, fortunae munera non nimium esse admiranda; *tum* commendare studebat se suasque res pro re publica gestas; *praeterea* consolari se ipsum cupiebat et munire adversus calamitates et insectationes inimicorum; armare *denique* Brutum ad Caesaris caedem, quem tyrannum saepe vocat, proposita honestatis et virtutis excellentia." Vix opinor, erit, qui haec omnia Ciceroni fuisse proposita existimet, minime vero id, quod ultimo loco posuit. Unum hoc sibi Ciceronem habuisse propositum ait Xystus Betuleius, ut ingenii lusum exhiberet, nec vero, ut quemquam doceret, quum ipse ab Academicorum partibus steterit. At quis nescit, Ciceronem nunquam ita plane a Stoicorum doctrina abhorruisse, ut eorum praecepta sperneret tanquam inepta. Quamquam enim ea locis supra allatis (pro Murena c. 29 sq. de Finn. IV, 27.) irridere videtur (quod dedit opinioni populari); certum tamen est, eum in doctrina de moribus Stoicos potissimum esse secutum, et magis etiam progrediente aetate ad eorum de honesto sententiam se applicuisse. In Oratione pro Murena illud quoque animadvertendum, quod quum Murenam Cicero defenderet contra accusatorem Servium Sulpicium, in cuius accusationis subscriptoribus erat Cato, ea ipsa res Ciceroni ansam dedit reprehendendae philosophiae Stoicae, quam profitebatur Cato, qui in subscriptoribus erat: quamquam, ut ait Ernestus in istius Orationis argumento, molli Catonem articulo tractabat Cicero **). Sed nostram plane facimus Morgen-

*) Addo iudicium Orellii, V. Cl., ex annotatione ad Franc. Fabricii Marcodurani Hist. Ciceronis per Consules descriptam, quam edidit in Onomast. Tulliano P. I. p. 88: „Ad annum a. U. c. 707. ante auditum Catonis mortem vel ad praecedentem referunt Ciceronis *Paradoxa*. — Res tamen prorsus incerta, cum nihil impediat, quo minus paullo ante Crassi interitum (a. U. c. 700. Capitol.) scribi potuerint illae declamatiunculae. Conf. Fabricium infra in A. 709." [p. 98.]

**) Bruckerus in Hist. Crit. Philosophiae T. II. p. 45: Ciceronem ait scripsisse Paradoxa magis eloquentiae ostentandae quam erudiendi lectoris causa. Non admodum discedit ab hac sententia C. Beieri iudicium in Censura libri de Ciceronis in philosophiam meritis scripti a R. Kühnero, quae est in Iahnii Annall. Philo-

sternii de consilio Ciceronis sententiam, qui in hanc fere sententiam disputat: Volebat Cicero tentare, utrum, quae ex intima Stoicorum disciplina essent petita, dici possent oratione populari, ita ut vulgo etiam probarentur. Id ut efficeret, exemplis magis utitur, quam argumentis certis et firmis, oratorem potius agit, quam philosophum. Ceterum haud simulate contendit ea sibi maxime videri Socratica longeque verissima: quippe qui, quamvis in ceteris Academiae potius rationem sequeretur, in morali philosophiae parte propius ad Stoicorum sententiam se applicaret, ab Epicureorum autem disciplina, qualis quidem ea tempestate multis placebat, longe abesset, ab eaque amplectenda abhorreret. Insolitum igitur verborum usum in hoc libello a Stoicis mutuatus est: sententiam, si quis recte intelligeret, demonstrabat a Socratis praeceptis nihil admodum differre. Videbat sui temporis homines ad vitia esse maxime propensos, quod nimis cupidi essent bonorum corporis et fortunae. Videbat rei publicae proceres pessimo exemplo praeire civibus, pro veris bonis et laudabilibus ea sectantes, quae, ut sunt splendida aspectu, ita a merito expetendis animum avocant *). Eam ob causam in eos suaque tempora invehitur. Quam in proxima annotatione exposui Handii sententiam de Ciceronis consilio, ea *argumentum* quoque tangit, quam *quartam* disputationis nostrae partem fore diximus. Quod quum reputo, illa mihi sententia vera videri non potest, nisi existimare velis, Ciceronem ipsum secum dissentire, vel ficta oratione quasi illudere iis, qui libellum essent lecturi. Qui enim id tantum sibi proposuit, ut monstraret Stoicis, qua ratione populo etiam, quae a plerisque irriderentur ut absurda, possent fieri probabilia vitaeque utilia, ipse tamen ab iis probandis admodum abhorrens: quo modo, quaeso, is ex animi sui sententia (I, 1. prc.) scribere potuit: *Vereor, ne cui — non ex meo sensu deprompta videatur haec oratio: dicam tamen, quod sentio,*

---

logg. 1826. I. 2, qui laudat etiam Heumann. Actt. Philoll. T. III. p. 694 sqq. Prope accedit Baehrius l. c. qui non tam erudiendi lectoris causa ait scripsisse Ciceronem, quam certa aliqua propriaque causa motum, quam ex argumento suspicari liceat.

*) Handius l. c. existimat rhetoricam hanc locorum ex philosophia exornationem a Cicerone scriptam esse, non, quod eos probaret, sed ut reprehenderet vitia aliorum, sui temporis mores castigaret, Clodii nequitiam, avaritiam Crassi, ut improbitatis exempla, describeret, ita tamen, ut non tam philosophi partes ageret, quam oratoris, argumenta afferret, quae non ad rationem et veritatem lectores convincerent, quippe quarum infirmitatem aliis locis demonstravisset, (Fin. IV, 19, 52. III, 10.) nimirum Stoicis exemplum probandi exhibiturus eorum, quae ipse ex animi sententia reprobaret.

et dicam brevius, quam t a n t a r e s *dici poscit —?* Quare iam ad propositum redeamus, inquiramusque de argumento libelli ipso, *primum*, utrum singula Paradoxa ita probaverit Cicero, ut certe ad persuadendum nihil magnopere deesse videatur? *deinde*, num ita se excipiant hi loci, ut non casu potius, quam certo ordine certaque ratione dispositi appareant? *tum*, qualis, si qua est, sit causa locorum ita disponendorum, et quinam sit earum nexus? *denique*, num sex illae sententiae ita videantur delectae ex numero longe maiore, ut totum aliquod efficiant et unum idque absolutum plenumque argumentum pertractent? Pauci in hanc rem interpretes inquisiverunt, quique eam attigerunt, in varias abeunt atque admodum diversas partes. Et H i e r o n y m u s quidem W o l f i u s sibi, dixit, vix operae pretium videri quaerere ordinem et connexionem Paradoxorum. Illa quidem [I et II.] non male cohaerere: „*si solum honestum bonum sit, virtutis compoti nullum deesse bonum*": sed ea cum his „*Peccata esse aequalia* et *omnes stultos insanire*" connectere iubet alios: reliqua duo non multum ait abhorrere a primis: si servitus et egestas res mala est, vir autem bonus et sapiens, malorum expers, bonis abundat; et liber et dives idem erit, stulti autem et improbi contraria utique ratio est. Quod Chr. M e i n e r s i u s in opusculis *(Vermischte Schriften* I. p. 297.) imperitius quam verius, ne dicam calumnia utens, in hunc Ciceronis libellum scripsit, non moramur. Operae autem pretium est legere, quae dixit B a r d i l i u s in libro a C. V. H a u f f i o edito *(Philologie* II. p. 9 sqq. Stuttg. 1803.)*). Sed audiamus S c h ü t z i u m, qui ut acute nonnunquam, imo saepe, iudicavit, ita tamen non raro praepropere egit. Oratorie magis, ita ille, quam subtiliter disputavit Cicero. *Primo* quidem Paradoxo omnia honesta bona esse satis probatur: siquidem res omnis redit ad boni definitionem. Sed *solum* bonum honestum esse non probatur. Neque magis probatur in *secundo*, eum non beatius vivere, qui, *una cum virtute*, fruatur etiam omnibus, aut multis certe, fortunae bonis, quam cui praeter virtutem cetera desint omnia. *Tertium* ipse Cicero suaviter risit pro Mur. 30. 31, nimirum coronae aliquid dandum existimans: sed tamen ambiguitate vocis *aequalia* nos ludi fatetur, serio de ea re et contra Stoicos loquens de Finn. IV, 27: quamquam aliquid

*) Meretur etiam inspici T i e d e m a n n i liber qui inscribitur *System der stoischen Philosophie:* (Lips. 1776. III. Voll. 8.) T. III. Cap. 1. p. 1—164., ubi universe de doctrina Stoicorum de moribus disputatur: de Paradoxis in primis ib. p. 151—156. coll. p. 270.

insit veri in ea sententia. *Quarto* autem Paradoxo plane non probari ait sententiam praepositam, sed aliud quid, neque hoc ad veritatem et rationem certam: *quintum* vero et explicari acutius et certius confirmari concedit; in *sexto* denique, quod *solum sapientem divitem esse* vult, ludimur, inquit, in ambiguitate vocabuli *dives*. Ipsorum Paradoxorum inter se coniunctionem et quasi copulationem non quaesivit, non vidit.

Gernhardus, ponderatis Schützii rationibus, non existimavit in omnibus ei esse assentiendum. Et primum quidem *ordinem*, ait, in Paradoxis quendam apparere servatum: *primum* et *secundum* posse haberi pro reliquarum thesium aut totius disciplinae fundamento, quamquam, quae utrique opposuit Schützius, non refellit: *tertii* autem quamquam non omnibus numeris absolutam contendit esse argumentationem, explicatius tamen hoc loco de eo paradoxo loqui dicit Ciceronem et probabilius, quam Catonem loquentem fecerit libro de Finibus tertio et quarto, eumque suscepto Stoicorum patrocinio acutius adeo et verius causam exponere. Confert praeterea ad sententiam Horat. Sermon. I, 3. in primis v. 75 sqq. [debebat laudare v. 96 sqq. ubi nunc vid. ed. Heindorfii, auctam a Wüstemanno, p. 122 sqq.]. *Quartum* quidem *(omnem stultum insanire)* non tam ex ipsius stultitiae notione demonstrari, quam aliquem adversarium, Clodii similem, insanum esse argui, quippe qui Ciceronem ne civitate quidem pellere potuerit, quoniam tum non civitas fuerit, cum leges in ea nihil valerent: sed cum omnes animi perturbationes sint morbi; qui in morbo sint, sanitate careant, quae sanitate careat mens, insana possit dici: sic a verbis Latinorum duci a Cicerone argumenta stultitiae ab insania non distinguendae: itaque thesin illam, *omnem stultum insanire*, ferri posse, si verbum hoc latissimo sensu intelligatur omnia vitia continere. *Quintum* paradoxon commode probari et prope desiisse a nostrae certe philosophiae usu loquendi abhorrere, cum rationis vel potius voluntatis libertas in morum disciplina proprie dicatur, opposita eorum servituti, qui parent libidinibus. *Sextum* denique Paradoxon, *solum sapientem esse divitem*, eo firmari, quod sapiens sit suis rebus contentus, contentum autem rebus suis esse, non maximae solum, sed etiam certissimae sint divitiae: sequi idem etiam ex secundo Paradoxo *(virtutem sufficere ad beatam vitam)*, cum solus sapiens virtute sit praeditus, ergo beatus, beatus autem sit felicissimus; felicissimum cum dicamus frui bonis omnibus, in bonis autem referantur ab omnibus divitiae; divitias veras solus habere possit sapiens, inde igitur nihil impedire significat, quo minus sequatur, ut solus sapiens dicatur dives, etiamsi careat iis rebus, quibus vulgo divitiae cen-

seantur. Vides Gernhardum, quamquam dixerit, apparere quendam in Paradoxis ordinem servatum, non tamen hunc ordinem liquido et disertis verbis demonstravisse, qui, etiamsi reperiri possit, non tamen ita in aperto est, ut eum demonstrare supervacaneum esse videatur. Restat igitur, ut, quae nobis prae ceteris probatur, Morgensternii sententiam addamus, qui diligentius ceteris in hanc rem inquisivisse videtur, quamquam neque Gernhardum sua laude fraudatum volo. Neque vero ad verbum nobis describendum visum est, quod scripsit vir ille in libello, quem diximus, sed ad sententiam exhibemus, quae excogitavit probe ponderata: Non ita (haec est dictorum summa) Cicero tractat haec Paradoxa, ut in tota libelli continuatione agnoscas, quae in Stoicis laudantur de Finn. III, 22: *admirabilem compositionem disciplinae*, *incredibilemque rerum ordinem:* ita tamen, ut non plane nullus appareat nexus adeoque primum Paradoxon non eodem iure ultimum locum tenere potuisse videatur. Posteaquam *primum* posuit: *Quod honestum sit*, *id solum bonum esse*, facilis erat transitus ad *alterum: In quo virtus sit*, *ei nihil deesse ad beate vivendum:* si modo interposueris, quod non poterit non concedi: nil nisi bonum esse expetendum, quod autem expetendum, hominem beatum reddere. Ad *tertium* deinde ita poterat accedere, ut significaret, vel levissime peccando perire virtutem, i. e. solam ad beate vivendum viam, vel potius vitam beatam ipsam: quod si levissimo fiat iam peccato, gravioribus item fieri debere; ergo *aequalia esse peccata:* quod si firmiter esset persuasum hominibus, eos maxime a peccando deterritum iri. Quoniam vero vere bono nihil potest esse melius, sponte etiam sequitur, quae bona sint *bene*que *facta esse aequalia**). Quod si vero concesseris, peccata a vere beata vita abducere, facile concedas, stultum adeoque insanum esse, qui volens sciensque a virtute recesserit, i. e. peccaverit, itemque concedes, quod est in *quarto*: *omnes stultos insanire.* Quamvis vero non hoc probaverit Cicero eo loco, sed *solum sapientem esse civem*, id tamen cum illo ita cohaerere recte dixeris, ut, qui insano rerum fortuitarum et externarum amore teneatur, servus sit cupiditatum suarum, ita ne liber quidem appellandus *solum*que igitur *sapientem* esse liberum, solum item, quum servus civis esse non

*) Alia est huius Paradoxi forma in libro Plutarchi de Stoicorum Repugn. p. 1038. C. D., ubi dicitur probasse Chrysippus *μήτε κακίαν κακίας, ἢ ἁμαρτίαν ἁμαρτίας ὑπερέχουσαν εἶναι, μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς, ἢ κατόρθωσιν κατορθώσεως.* Conf. F. N. G. Baguet de Chrysippo (Lovan. 1822. 4.) p. 161 sq.

possit, *civem*. Quo probato vel concesso licebat etiam addere, quod sponte sequebatur, *quintum: solum sapientem esse liberum, omnem stultum servum.* Tum vero nihil impediebat addere, ut vere consequens, *sextum: Solum sapientem esse divitem.* Servus enim quum non possit esse civis, nisi civis autem nemo dives (ex iure Attico et Romano), sapiens vero solus sit civis, solum etiam sapientem et esse posse et re vera esse divitem non poterat non effici, quando quidem solus sapiens vera possidere possit bona, quae autem vulgo perperam dicantur bona, divitem non faciant, quia non beatum. Et plane in hanc sententiam Cicero de Finn. III, 22: *Sapiens, quum ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse est beatus, vereque omnia ista nomina possideat, quae irrideri ab imperitis solent.* — Haec ego, ex Morgensternii quidem sententia, sed meis verbis, et auctiora exposui, ut, quemadmodum ille brevius, nec tam dilucide, sententiam suam significavit, qua ratione omnia cohaereant, meum ipse iudicium interponens, monstrarem.

Sed iam ad ultimam quaestionem, quae est de Paradoxorum *inscriptionibus* Graecis et Latinis, progrediendum est, de qua nihil fere monuerunt editores et interpretes, unus autem Morgensternius in libello supra laudato suam latius explicuit sententiam: qua proposita meoque addito qualicunque iudicio nihil his Prolegomenis addendum restabit. Et ille quidem primum ad magnam inscriptionum et in Codicibus et in Editionibus varietatem *) animum advertere nos iubet: deinde ad id, quod in *quarto* ne tractetur illud quidem, quod est in inscriptione (*ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται*): inscriptionem enim, si argumentum species, debere esse: *ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πολίτης*, ita ut inscriptionem vulgarem rei haud accommodate excogitaverit aliquis, qui eam ad sola verba, quibus incipere putaret argumenti tractationem, conformavisset. Graeca etiamsi *ἀξιώματα* posuit Cicero, Latinam conversionem adiecisse eum non videbatur probabile atque veri simile Morgensternio, quam suspicionem valde firmabat Caroli Langii testimonium, in annotatione dicentis, Latinas inscriptiones nullas exstare in veteribus exemplaribus: quod testimonium ab omnibus fere editoribus neglectum esse mirabatur,

*) Addere poterat, in multis libris non esse Graecas, in multis deesse Latinas; varietatem autem esse tantam, ut non ex librariorum errore orta esse possit, quum nonnunquam ne unum quidem vocabulum cum aliorum scriptione conveniat: sic, quod proxime laudatur: *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται*, in aliquot libris est *ὅτι πάντες οἱ μωροὶ ἀπινύσσονται*. Tertii autem Paradoxi in multis libris neque Graeca inscriptio est, neque Latina.

quum tamen id ad eam suspicionem ducere et potuerit unumquemque et debuerit, ut fieri posse existimaret, neque Graecas neque Latinas inscriptiones a Cicerone esse adiectas, sed omnia sex Paradoxa continuo esse legenda. Id certe magna inscriptionum et Latinarum et Graecarum discrepantia, Latinarum etiam absentia, in multis etiam Graecarum suadebat. Quodsi Grammaticis deberi dicas inscriptiones utrasque, verius dictum erit: *Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea, quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus:* i. e. Degustabis hoc libello illud exercitationum genus, quo enuntiationes generales, cuiusmodi sunt Stoicorum Παράδοξα (θετικά enim cum Turnebo Adversarr. XX, 20. interpreteris ea, quae de toto aliquo genere disserantur, nullis circumscriptis personis, locis, temporibus, quum θέσεις in rhetorum scholis proprie sint quaestiones *infinitae*, oppositae hypothesibus, i. e. quaestionibus *definitis:)* quo igitur etiam philosophorum enuntiationes generales transferantur ad oratorium dicendi genus apte includendae in forenses orationes et in senatorias sententias, atque ineruditis etiam hominibus probandae. At ipsa thesium forma, qua *nuda* ista ponuntur *), per suam naturam propria est scholis, aliena ab oratorio genere, ad quod θετικά in hoc libello Cicero transfert. „Iam „uno mihi tenore, inquit Morgensternius, lege totum Ciceronis li- „bellum, missis singulorum Paradoxorum titulis et Graecis et Lati- „nis. Senties oratorium illud, quod Tullius sequebatur, artificium „auctum, nexumque continuum, singulis thesibus non interruptum: „non multo magis certe desiderabis, quam in sermone Damasippi „apud Horatium **), ubi oratio ab alio disputationis capite ad aliud „transcurrens, etiam satis saepe est abrupta."

In plerisque mihi quidem verum vidisse visus est vir doctissimus: in hac vero de *inscriptionibus* disputatione, quamvis acuta illa et docta, in totam certe eius sententiam pedibus ire non possum. Libens accedo ei, Latinam Graecorum Paradoxorum conversionem dicenti non videri a Cicerone adiectam. Brutus certe et quicunque homo Romanus lecturus erat hunc libellum, non tali egebat auxilio. Non fuisse additas a Cicerone inscriptiones Latinas, quum ex earum absentia vel omissione, tum ex earum varietate recte suspiceris: eandem vero suspicionem non probari posse in Graecis, ut dicas, Graecae quod in multis libris desunt a Cicerone

---

*) Respicit ad verba Parad. III, 2: *Nuda ista si ponas, iudicari, qualia sint, non facile possunt.*

**) Intelligit Horat. Serm. II, 3.

non sunt additae, id quidem concedet, qui reputaverit, descriptos esse Ciceronis libros ab hominibus, qui fere omnes Graeca non intelligerent, adeoque ne litteras quidem nossent, earumque figuras a Latinis saepissime distinguere non didicissent. Cuius ignorantiae vestigia quot appareant v. c. in Epistolis ad Atticum, dici vix potest: neque, qui Ciceronis codices manu trivit, negare quisquam poterit. Sed alias quoque attulit rationes Morgensternius, quibus nobis persuadere voluit, nullas plane fuisse a Ciceronis manu additas inscriptiones, neque Graecas, neque Latinas; quibus ego non moveor, ut cum eo faciam, omniaque sex Paradoxa continuo esse scripta, continuo legenda existimen. Nam primum quod ait, si hoc sumas, verius dictum iri *Degustabis genus hoc — ad nostrum — transfero dicendi genus*, id probatum ivit contorta quadam ratione, quae obscurior etiam fit iis, quae iusto longiore *παρενθέσει* addit: nec verius dicta apparent, quae sunt in verbis *Degustabis* rel.: nam etiamsi Graecas interponas sententias, non minus ad oratorium dicendi genus translata videbuntur, quam si uno legas tenore. Illud vero plane videtur negandum, non magis desiderari *θέσεις* istas, si omittantur, neque iis interrumpatur nexus continuus, quam in sermone Damasippi apud Horatium, ubi item oratio ab alio disputationis capite ad alterum transcurrens, item satis saepe sit abrupta. Iam vide mihi Damasippum Horatii, cuius huc utrum recte trahatur comparatio, admodum dubito. Est ibi colloquium Damasippum inter et Horatium: in iis autem, quae Damasippo tribuuntur, item sunt diverbia, ab ipso narrata. Difficile est legentibus, fateor, non permiscere colloquentes: sed, si attendas, deprehendes satis perspicua, quae obscura vel confusa videntur primum legenti. In Paradoxis non est colloquium, sed aliquot locis *ἀποστροφή*, qua usus scriptor aliquoties etiam respondentem facit eum, quem allocutus est, nec vero ita, ut per totam disputationem (sicut est apud Horatium) quasi fabulae senicae personae sese excipiant. Qua tandem ratione legi totus libellus possit ut una quasi declamatio continua: quum lacunae, quae inter secundum potissimum et tertium, inter tertium et quartum, inter quintum et sextum apparent Paradoxon, non explentur aliqua argumenti significatione, quae subitum explicet et plane inexspectatum transitum ad aliud argumentum, quod quomodo cohaereat cum antecedentibus a nobis quidem magis perspicue, quam a Morgensternio declaratum est, ex Ciceronis autem abrupta et commotiore oratione non tam facile percipias. Quodsi vero magnam inscriptionum Graecarum varietatem in Codd. MSS. ut iustam suspicionis causam, qualem in Latinis concessimus esse, eo valere velis, ut existimemus, Graecas quoque, ut Latinas, spurias esse, eius ego varietatis aliam plane, quam varietatis Latinarum, causam esse dixerim. Latinarum nimirum varietatis causa est eorum hominum sedulitas, qui Graeca, quorum conversio Ciceroni nequaquam videri poterat necessaria, in eorum usum Latine addenda existimarent, quorum doctrina non ultra Latinae linguae scientiam ascendisset. Quod quum plures pro sui ingenii modulo fecissent, factum est, ut existeret illa varietas, quam adeo non maiorem esse merito mireris. In Graecis alia res est. Non equidem contendo, omnes plane, ut ego cum aliis edidi, inscriptiones easdem plane esse, quas Cicero praeposuerit suo Paradoxorum ex-

ponendorum probandorumque quasi specimini: sed proxime eas, plerasque certe ad veram, quam Cicero delegerit, formam accedere existimo. Quae vero est varietas, ea mihi inde orta videtur, quod essent viri docti, qui scirent, uniuscuiusque fere Paradoxi sententiam aliâ ab aliis formâ exhiberi. Sic supra in annotatione Paradoxi tertii sententiam plane aliis vides esse expositam verbis, quam quibus est prodita in libello nostro. Similiter, quod est apud Ciceronem *tertium*, reperitur Graece dictum apud Plutarchum de Stoicorum Repugn. *μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς ὑπερέχουσαν εἶναι, μήτε κατόρθωσιν κατορθώσεως*, alibi *μηδὲν ἀγαθὸν μηδενὸς ἀγαθοῦ μεῖζον ἢ ἔλαττον* *). *Secundi* forma alia est: *τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι*: *sexti: ὁ σοφὸς οὐ πλούσιος ἀλλὰ πάμπλουτος*, et *τῶν σοφῶν πάντα εἶναι*: *quinti: μόνον σοφὸν ἐλεύθερον, τοὺς δὲ φαύλους δούλους*: *quarti: πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι, οὐ γὰρ φρονίμους εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἴσην τῇ ἀφροσύνῃ μανίαν πάντα πράττειν*, ut est apud Diogenem Laërtium VII, 124. p. 444. Meibom. *primi: καλὸν τὸ τέλειον ἀγαθόν*, ibid. Segm. 100. p. 426. Quales si aliae etiam multae erant varietates, noli mirari, si a viris Graece doctis ad marginem, quasi explicandi causa, adiectae sunt Paradoxorum formae apud alios obviae, adeoque nonnunquam inter se permutatae et permixtae.

Sed iam finem imponamus huic prooemio, ne atrium et vestibulum domus maius etiam quam domus ipsa esse videatur **).

---

*) Sive, ut est apud Diog. Laërt. VII. Segm. 101. p. 427. Meib. *πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι, καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἐπ᾽ ἄκρον εἶναι αἱρετὸν, καὶ μήτε ἄνεσιν μήτε ἐπίτασιν δέχεσθαι.* Et ib. Segm. 120: *ἀρέσκει αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, καὶ Περσαῖος, καὶ Ζήνων. εἰ γὰρ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ψεῦδος ψεύδους· οὕτως οὐδὲ ἀπάτη ἀπάτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος.*

**) Absolutis iam his Prolegomenis, quum iam in eo essem, ut ea librario traderem, contigit mihi legere I. F. Schroederi, qui nuperrime Germanice convertit libellum nostrum (vid. Appar. Crit. extr.), prooemium, ex quo haec paucula excerpsi. In plerisque a nostra sententia non discrepat. Paradoxa, eo sensu, ut a communi sententia plane abhorreant, proprie dici non posse haec Ciceroniana, ait, exceptis quarto et quinto. [Mihi quidem etiam tertium eiusmodi videtur.] De aetate Gernhardo potius, quam Schützio, assentit: certo quidem demonstrari annum non posse, quo sint scripta Paradoxa; maxime esse veri simile, ea (sed simul) esse scripta a. U. c. 707, Ciceronis sexagesimo primo: minime autem ei placet Schützii suspicio de decem annorum inter scribendum intervallo. Rationibus ab aliis allatis hanc addit: „Si diversis temporibus, nec vero uno eodemque anno, nec paucis adeo diebus, scripsisset hunc libellum Cicero, sine dubio ipsum id in Prooemio dicturum fuisse: cuius nunc diversitatis vel intervalli temporis significaverit ibidem contrarium verbis: „*his iam contractioribus noctibus lucubratum.*“ Discedit etiam Schroederus ab eorum iudicio, qui *maiorum vigiliarum opus* non Brutum, sed Tusculanas esse voluerunt, iisdem, quibus nos, rationibus motus.

M. TULLII CICERONIS
PARADOXA
STOICORUM
AD
M. BRUTUM.

PROOEMIUM.

Animadverti, Brute, saepe Catonem, avunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico; sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Quod eo majus est illi, quam aut tibi, aut nobis: quia nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam, et in qua dicuntur ea, quae non multum discrepant ab opinione populari: Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus, et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis inter-

rogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione et tamquam excolatur. Quod cum ita putarem, feci etiam audacius, quam ille ipse, de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae, Stoice solet, oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. Ego vero illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. Quae, quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur; tentare volui, possentne proferri in lucem, id est, in forum, et ita dici, ut probarentur, an alia quaedam esset erudita, alia popularis oratio: eoque scripsi libentius, quod mihi ista, παράδοξα quae appellant, maxime videntur esse Socratica longeque verissima. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit: et degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, cum ea, quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in acceptum ut referas, nihil postulo: non est enim, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiae: sed tamen, ut ex eadem officina exisse appareat.

Paradoxa] Admodum variant ut fere fit, libri et scripti et editi in inscriptione libelli. Sic Cod. Cr. 1. habet: *Marci Tulii Ciceronis Paradoxa;* Cr. 2. *Marci Tullii Ciceronis liber de Paradoxis incipit;* Cr. 3. Drsd. 2. 5. carent inscriptione; Drsd. 1. exhibet: *M. T. Ciceronis liber Paradoxorum incipit;* Drsd. 3. *M. T. Ciceronis ad Brutum Paradosa incipiunt;* Guelph. *Liber de Paradoxis Marci Tulli Ciceronis;* Gud. B. M. *tullii Ciceronis incip˜ paradoxa stoicorum;* Duisb. *Ciceronis Paradoxa.* In Edd. plerisque inscriptis est *M. T. C. Paradoxa;* in multis *M. T. C. Paradoxa ad M. Brutum;* in paucis *M. T. C. Paradoxa Stoicorum ad M. Brutum*, ut edidit Gernhardus, quem nos sequimur. Mr.

Paradoxa] „Sicut Pythagorici symbola quaedam habuerunt atque aurea praecepta: sic Stoici παράδοξα sua dogmata nominarunt, quae Cicero non uno loco *admirabilia* interpretatur, sicut etiam Graeci θαυμαστά et ἀπροσδόκητα, eo quod sint opinione et exspectatione maiora. — Stoicos, opinor, Epicurei sunt imitati, qui sua dogmata κυρίας δόξας appellare sunt ausi: *titulo*, ut Plinius inquit, *propter quem vadimonium deseri possit.*" Xyst. Betuleius.

Paradoxa] Scripta videntur intra biennium, quo Cicero vixit post Caesaris necem. Παράδοξα, quae sunt praeter omnium opinionem, et admirationem movent. Exponuntur a Cicerone ad quamdam veluti senilem declamationem, ut ipse eam vocat in Tuscul. 1. cap. 4. Itaque scribit Suetonius de Clar. Rhetor. c. 1. Ciceronem seniorem quoque declamasse. Facc. Cic. de Fin. IV, 27, 74. *Nam ex eisdem verborum praestigiis et regna nata vobis* (Stoicis) *sunt et imperia, et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis: solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem: stultorum omnia contraria, quos etiam insanos esse vultis. Haec παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cum prope accesseris? conferam tecum, quam cuique verbo rem subjicias, nulla erit controversia.* et Acad. III, 44, 136. *sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quae παράδοξα nominantur.* Mr.

Paradoxa] „A Stoicis vocantur decreta philosophiae, quae eius imperitis παρὰ δόξαν i. e. praeter opinionem, ab eorum sensu captuque aliena sunt. Sic in Arriani Commentt. Epictet. 1, 25 est: τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ πολλὰ τῶν ἀληθῶν παράδοξα φαίνεται τοῖς ἀπείροις; Seneca Epist. 81: *Hoc aliquis inter illa numerat, quae videmur inopinata omnibus dicere: παράδοξα Graeci vocant.*" Wytt. Quod autem ait Plutarchus in libro de Communn. Notitt. adv. Stoicos (περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς) II, p. 1060. A: ἃ δὴ παράδοξα καὶ αὐτοὶ μετ' εὐκολίας δεχόμε-

νοι τὴν ἀτοπίαν ἐπονομάζουσιν, id ita intelligendum est, ut recordemur Plutarchum in libris omnibus, quos contra Stoicos conscripsit, animo paullo iniquiore ad scribendum accessisse, indeque multa iis obtrusisse, quorum contrarium statuebant. Mr.

Ad M. Brutum] „M. Iunius Brutus ex nobilissima familia Iunia Bruta oriundus, e qua exstiterat antiquus ille L. Iunius Brutus, qui Tarquinium Superbum regem expulerat. Hic autem, ad quem Cicero haec Paradoxa scripsit, idem est, qui postea cum Cassio aliisque adversus Caesarem coniuravit, eumque in curia interfecit. Tunc recens Galliae Cisalpinae a Caesare praefectus erat. Ad hunc Brutum Cicero complures scripsit libros, de philosophia quidem hos: de Natura Deorum, de Finibus Bonorum et Malorum, Disputationes Tusculanas; rhetoricos autem Brutum, Oratorem et haec Paradoxa. Vita eius exstat conscripta a Plutarcho inter Vitas Parallelas.“ Wytt. Cicero de Bruto quid senserit, significavit etiam in Epistola ad M. Coelium, Aedilem curulem (ad Famm. II. 13.): *Brutum a me amari intelligis. Quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam meum praesertim, et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei?* Et in Epistola ad Dolabellam (Famm. IX, 14.): *Semper amavi, ut scis, M. Brutum, propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam.* Ceterum Brutus vicissim ad Ciceronem scripsit librum de Virtute, cuius nonnulla excerpsit Seneca Consol. ad Helviam, 9. Conf. Cic. Acadd. I, 3. Quod autem Wyttenbachius supra libellum nostrum in rhetoricis posuit, minus accurate dixit. Concedamus ei, non ad philosopham rationem compositum esse hunc Paradoxorum libellum, sed formam et consilium oratoriam potius artem prae se ferre, singulaque Paradoxa singulas esse declamationes orationesque eum in finem compositas, ut quasi oratorio quodam artificio, ut in rhetorum scholis fiebat, philosophiae decreta per eloquentiam ad communem captum accommodatae videantur, quo ad popularem sensum fidemque commendarentur. Quodsi igitur rhetoricum librum eum dixeris, in quo artis praecepta traduntur, rhetoricus non est: sed si eum quoque librum rhetoricum dicere libet, qui exemplum artis rhetoricae ad locos aliquot ex philosophia deprômptos accommodatae exhibet, quo minus rhetoricus dicatur Paradoxorum libellus, nihil impedio. Mr.

Animadverti, Brute,] „Quatuor libri Aldi Manutii Nepotis, qui octodecim Codices contulit, *animadvorti.*“ Gernh. — Legitur *o Brute* in Cod. Guelph. (Gud. 150.). Abest *saepe* ab Ox. σ. Scribitur *sepe* in Cr. 1., in eodem et Cr. 2. *Cathonem.* Monet Wytt.

saepe iungendum esse cum antecedente *animadverti*, non cum sequentibus *Catonem — tractare*. Idem pergit in scholis: „M. Porcius Cato fuit pronepos M. Porcii Catonis illius Censorii, cuius nomine Cicero librum de Senectute insignivit. Dicitur autem hic avunculus Bruti propterea, quia Catonis soror uterina ex eadem matre, sed alio patre, nata erat Servilia, cuius frater, Q. Servilius Caepio, Brutum postea adoptavit. Hanc autem affinitatem docte explicuit Paulus Manutius ad Cic. de Finn. III. 1." [Fecit idem, addita tabula genealogica maiore, Xystus Betuleius in Commentario ad h. l. p. 8. Add. Io. Glandorpii Onomasticon Historiae Romanae. Frcof. Wechel. 1599. f. m. de familia Iunia p. 495—510. et de familia Porcia p. 714—718. et in primis Orellii Onomastic. Tull. P. II, p. 485—493, de gente Porcia, idemque de gente Iunia p. 315—324.] Vox *saepe* inverso ordine posita est ab Auct. ad Her. IV, 24: *Saepe, iudices, animadverti*. Mr.

Avunculum tuum] „Fuit non avunculus modo, sed etiam socer. Nam quemadmodum Serviliam, Catonis Uticensis sororem, matrem habuit, sic Porciam, eiusdem Catonis filiam, habuit coniugem." Xyst. Betul. [Vid. Plutarch. in Bruto, 2, et in Caesare, c. 62.] Idem ad seqq.: „Cuius sententiam dicendi moris a Catone usurpati praeclarum exstat exemplum apud Sallustium, Oratio contra Catilinarios adversus Caesaris sententiam habita: [cap. 52: quae oratio, quamquam a Sallustio composita, Catonis tamen mentem et loquendi morem videtur referre]. Neque in senatu modo, sed etiam in militaribus orationibus, in locos philosophicos excursiones facere solitus fuit. Cuius rei clarissimum argumentum est, quod apud Dyrrhachium orationem ad milites habuit de libertate, de virtute, de gloria, de contemnenda morte, quae in philosophia didicerat, pro temporis commoditate disseruit, et oratione ad deos conversa militum, qui pro patria tum pugnaturi erant, animos ita accendit, ut iam summo decernendi desiderio pugnam poscerent. Haec Plutarchus." Est locus in Cat. min. cap. 54. Laudat praeterea de Catone Gernhardus Cic. de Off. I, 31, 112. Sall. Cat. 54. Vellei Paterc. II. 35. et Cic. pro Mur. 29 sq. — *Pro senatu* Ox. ψ. habet *senatum*; in Ox. σ. sequitur *sententias*, quod item legitur in Gud. A. Ibid. vocibus *locos graves* superscripta est vox *sententias*. Mr.

Avunculum] M. Brutus ortus est ex Servilia, Catonis Uticensis sorore. Facc. Cic. Brut. c. 31, 119. *Tuus autem avunculus* (Cato), *quemadmodum scis, habet a Stoicis id, quod ab illis petendum fuit; sed dicere didicit a dicendi magistris, eorumque more se exercuit*. G.

Locos graves ex philosophia tractare] „Ita [*locos*] Romani ap-

isciplinae, quos Graeci appellabant τόπους. decreta, placita, quaestiones.“ Wytt. qui hic intelliguntur, esse eos, quos dicebant endi a *locis argumentorum* apud rhetores, de qui- icero librum, cuius inscriptio est *Topica*. Sed de commode egit I. C. Th. Ernesti in Lexico Technologiae inorum Rhetoricae p. 247—249. conf. ei. Lex. Technol. Graec. Rhet. p. 350. et de locis communibus p. 184. ib. — Vocem *graves* omittit Cod. Drsd. 4; pro *ex* habent *e* Codd. Drsd. 5. et Ox. ψ. Pro *tractare* in Cod. Cr. 2. est *tractaret*; tum in Drsd. 5. *abhorrendos*. Pergit Drsd. 1. *ab usu hoc for.* Crz. 2. et Duisb. *ab hoc forensi usu*; vocem *usu* omittit Cod. Ox. ε. Mr.

Abhorrentes etc.] „Orat. III, 18, 65. *Sed utrumque est in his* (Stoicis), *quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat: vel quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostes, insanos esse dicunt; neque tamen quemquam esse sapientem. — Accedit, quod orationis etiam genus habent fortasse subtile, at certe acutum; sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, ac totum eiusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possit.*“

Usu forensi et publico] Laudat Borg. Cic. de Or. I, 18: *ne abstrahamur ab hac — consuetudine dicendi populari et forensi;* pro Arch. 2: *uti genere dicendi hoc, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat;* de Inv. I, 41: *verum illa* [philosophorum obscura argumentatio] *abhorrere ab usu oratorio videtur.* — „*Forensi et publico* h. l. ponuntur quasi synonyma, re vera differunt ut genus et species. Genus est *publicus* i. e. *poplicus* antique, quod ad populum pertinet. Iam vero eloquentia publica, i. e. civilis, tribus maxime in locis et conciliis versabatur: primum in *curia*, ubi senatus habebatur: deinde in *foro* apud praetorem, ubi iudicia habebantur, tertio in *comitio*, in campo Martio, ubi conciones ad totum populum habebantur. Sed adiectivum *forensis* paullatim universe usurpari coepit, ut non modo de eloquentia iudiciali, quae in foro et iudiciis versatur, sed etiam de omnibus tribus generibus diceretur et idem valeret, quod *publicus*.“ Wytt.

Sed dicendo consequi tamen,] Cod. Drsd. 4. *sed in dicendo.* Duisb. *sed dic. tamen consequi.* Verba explicat Frc. Sylv.: „vi tamen orationis et copia.“ Quod sequitur *etiam populo* idem intelligit: „non solum senatui.“ Mr.

Ut illa] Notanda generis variatio per figuram, quae enallage dicitur. Facc.

Ut illa etiam populo probabilia] Cod. Ox. σ. *ut ea et. p. p.* Suerin. *ut illa populo probabilia etiam;* Edd. Paris. s. a. et Asc. 1. *probabilia populo.* Quid h. l. sit *populus*, docet Borg. ex or. pro Mur. 19: *nam quid ego dicam populum ac vulgus imperitum ludis magnopere delectari?* Ad generis variationem in v. *illa* cf. or. in Pis. 29: *Est autem hic, de quo loquimur, non philosophia solum, sed etiam litteris, quod fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.* Mr.

Maius] maioris operae. Facc.

Quod eo maius est illi,] Cod. Gud. A. omittit *eo*, Cr. 2. exhibet *quod ideo;* Cr. 1. et Ox. σ. *quod eo magis*, idque probat Thom. Bentleius in emendationibus editioni librorum de Finn. et Paradox. (Cantabrig. 1718.) adiectis. Non placet. Satis tuentur lectionem *maius* loci ab aliis iam laudati: de Inv. I, 44: *difficilius et maius fuisse id iudicatum;* ubi praemissum *difficilius* sententiam declarat; ad Famm. 14, 3: *Eiicere nos magnum fuit, excludere facile est*, de Or. I, 5: *nisi rei quandam incredibilem magnitudinem et difficultatem.* Orator. 1: *Utrum difficilius aut maius esset negare tibi saepius idem roganti.* Minus convenit locus de Finn. I, 20: *quod quam magnum sit*, quem laudavit Gernb. Mr. — „*Maius* habet notionem ellipticam h. l., in qua cogitando plura subaudienda sunt, ut haec sit sententia: Hoc autem Catoni difficilius ideoque eo maiori laudi tribuendum est." Wytt. Post *quam* excidit *aut* in Drsd. 4. Mr.

Ea philosophia] Peripatetica et Academica. Facc.

Ea philosophia] Cic. Brut. 31: *Peripateticorum et Academicorum consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus:* et paullo superius: *Quodsi omnia a philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id est ex vetere Academia philosophorum, sectam secutus es, quorum in doctrina atque praeceptis disserendi ratio coniungitur cum suavitate dicendi et copia.* Quinctil. Inst. Or. XII, 2: *Demosthenem constat, principem omnium Graeciae oratorum, dedisse operam Platoni:* et *M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatus est.* Add. Cic. Tuscc. II, 3, 9. ibiq. annot. nostr. p. 431. Acadd. IV, 38, 119: ubi Aristoteles *aureum orationis flumen fundere* dicitur. Quod Cic. h. l. dicit *utimur* fere i. q. operam damus, *sequimur*, dixit item de Petit. Cons. 3. Q. Cicero: *studia, quibus semper usus es.* Cod. Duisb. habet *ea phil. nos plus utimur.* Mr.

quum tamen id ad eam suspicionem ducere et potuerit unumquemque et debuerit, ut fieri posse existimaret, neque Graecas neque Latinas inscriptiones a Cicerone esse adiectas, sed omnia sex Paradoxa continuo esse legenda. Id certe magna inscriptionum et Latinarum et Graecarum discrepantia, Latinarum etiam absentia, in multis etiam Graecarum suadebat. Quodsi Grammaticis deberi dicas inscriptiones utrasque, verius dictum erit: *Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea, quae dicuntur in scholis θετικὰ, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus:* i. e. Degustabis hoc libello illud exercitationum genus, quo enuntiationes generales, cuiusmodi sunt Stoicorum Παράδοξα (θετικὰ enim cum Turnebo Adversarr. XX, 20. interpreteris ea, quae de toto aliquo genere disserantur, nullis circumscriptis personis, locis, temporibus, quum θέσεις in rhetorum scholis proprie sint quaestiones *infinitae*, oppositae hypothesibus, i. e. quaestionibus *definitis:)* quo igitur etiam philosophorum enuntiationes generales transferantur ad oratorium dicendi genus apte includendae in forenses orationes et in senatorias sententias, atque ineruditis etiam hominibus probandae. At ipsa thesium forma, qua *nuda* ista ponuntur*), per suam naturam propria est scholis, aliena ab oratorio genere, ad quod θετικὰ in hoc libello Cicero transfert. „Iam „uno mihi tenore, inquit Morgensternius, lege totum Ciceronis li„bellum, missis singulorum Paradoxorum titulis et Graecis et Lati„nis. Senties oratorium illud, quod Tullius sequebatur, artificium „auctum, nexumque continuum, singulis thesibus non interruptum: „non multo magis certe desiderabis, quam in sermone Damasippi „apud Horatium**), ubi oratio ab alio disputationis capite ad aliud „transcurrens, etiam satis saepe est abrupta.“

In plerisque mihi quidem verum vidisse visus est vir doctissimus: in hac vero de *inscriptionibus* disputatione, quamvis acuta illa et docta, in totam certe eius sententiam pedibus ire non possum. Libens accedo ei, Latinam Graecorum Paradoxorum conversionem dicenti non videri a Cicerone adiectam. Brutus certe et quicunque homo Romanus lecturus erat hunc libellum, non tali egebat auxilio. Non fuisse additas a Cicerone inscriptiones Latinas, quum ex earum absentia vel omissione, tum ex earum varietate recte suspiceris: eandem vero suspicionem non probari posse in Graecis, ut dicas, Graecae quod in multis libris desunt a Cicerone

*) Respicit ad verba Parad. III, 2: *Nuda ista si ponas, iudicari, qualia sint, non facile possunt.*

**) Intelligit Horat. Serm. II, 3.

non sunt additae, id quidem concedet, qui reputaverit, descriptos esse Ciceronis libros ab hominibus, qui fere omnes Graeca non intelligerent, adeoque ne litteras quidem nossent, earumque figuras a Latinis saepissime distinguere non didicissent. Cuius ignorantiae vestigia quot appareant v. c. in Epistolis ad Atticum, dici vix potest: neque, qui Ciceronis codices manu trivit, negare quisquam poterit. Sed alias quoque attulit rationes Morgensternius, quibus nobis persuadere voluit, nullas plane fuisse a Ciceronis manu additas inscriptiones, neque Graecas, neque Latinas; quibus ego non moveor, ut cum eo faciam, omniaque sex Paradoxa continuo esse scripta, continuo legenda existimen. Nam primum quod ait, si hoc sumas, verius dictum iri *Degustabis genus hoc — ad nostrum — transfero dicendi genus*, id probatum ivit contorta quadam ratione, quae obscurior etiam fit iis, quae iusto longiore παρενθέσει addit: nec verius dicta apparent, quae sunt in verbis *Degustabis* rel.: nam etiamsi Graecas interponas sententias, non minus ad oratorium dicendi genus translata videbuntur, quam si uno legas tenore. Illud vero plane videtur negandum, non magis desiderari θέσεις istas, si omittantur, neque iis interrumpatur nexus continuus, quam in sermone Damasippi apud Horatium, ubi item oratio ab alio disputationis capite ad alterum transcurrens, item satis saepe sit abrupta. Iam vide mihi Damasippum Horatii, cuius huc utrum recte trahatur comparatio, admodum dubito. Est ibi colloquium Damasippum inter et Horatium: in iis autem, quae Damasippo tribuuntur, item sunt diverbia, ab ipso narrata. Difficile est legentibus, fateor, non permiscere colloquentes: sed, si attendas, deprehendes satis perspicua, quae obscura vel confusa videntur primum legenti. In Paradoxis non est colloquium, sed aliquot locis ἀποστροφή, qua usus scriptor aliquoties etiam respondentem facit eum, quem allocutus est, nec vero ita, ut per totam disputationem (sicut est apud Horatium) quasi fabulae senicae personae sese excipiant. Qua tandem ratione legi totus libellus possit ut una quasi declamatio continua: quum lacunae, quae inter secundum potissimum et tertium, inter tertium et quartum, inter quintum et sextum apparent Paradoxon, non explentur aliqua argumenti significatione, quae subitum explicet et plane inexspectatum transitum ad aliud argumentum, quod quomodo cohaereat cum antecedentibus a nobis quidem magis perspicue, quam a Morgensternio declaratum est, ex Ciceronis autem abrupta et commotiore oratione non tam facile percipias. Quodsi vero magnam inscriptionum Graecarum varietatem in Codd. MSS. ut iustam suspicionis causam, qualem in Latinis concessimus esse, eo valere velis, ut existimemus, Graecas quoque, ut Latinas, spurias esse, eius ego varietatis aliam plane, quam varietatis Latinarum, causam esse dixerim. Latinarum nimirum varietatis causa est eorum hominum sedulitas, qui Graeca, quorum conversio Ciceroni nequaquam videri poterat necessaria, in eorum usum Latine addenda existimarent, quorum doctrina non ultra Latinae linguae scientiam ascendisset. Quod quum plures pro sui ingenii modulo fecissent, factum est, ut existeret illa varietas, quam adeo non maiorem esse merito mireris. In Graecis alia res est. Non equidem contendo, omnes plane, ut ego cum aliis edidi, inscriptiones easdem plane esse, quas Cicero praeposuerit suo Paradoxorum ex-

ponendorum probandorumque quasi specimini: sed proxime eas, plerasque certe ad veram, quam Cicero delegerit, formam accedere existimo. Quae vero est varietas, ea mihi inde orta videtur, quod essent viri docti, qui scirent, uniuscuiusque fere Paradoxi sententiam aliâ ab aliis formâ exhiberi. Sic supra in annotatione Paradoxi tertii sententiam plane aliis vides esse expositam verbis, quam quibus est prodita in libello nostro. Similiter, quod est apud Ciceronem *tertium*, reperitur Graece dictum apud Plutarchum de Stoicorum Repugn. *μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς ὑπερέχουσαν εἶναι, μήτε κατόρθωσιν κατορθώσεως*, alibi *μηδὲν ἀγαθὸν μηδενὸς ἀγαθοῦ μεῖζον ἢ ἔλαττον* *). *Secundi* forma alia est: *τὸν σοφὸν αὐτάρκη εἶναι*: *sexti*: *ὁ σοφὸς οὐ πλούσιος ἀλλὰ πάμπλουτος*, et *τῶν σοφῶν πάντα εἶναι*: *quinti*: *μόνον σοφὸν ἐλεύθερον, τοὺς δὲ φαύλους δούλους*: *quarti*: *πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι, οὐ γὰρ φρονίμους εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἴσην τῇ ἀφροσύνῃ μανίαν πάντα πράττειν*, ut est apud Diogenem Laërtium VII, 124. p. 444. Meibom. *primi*: *καλὸν τὸ τέλειον ἀγαθόν*, ibid. Segm. 100. p. 426. Quales si aliae etiam multae erant varietates, noli mirari, si a viris Graece doctis ad marginem, quasi explicandi causa, adiectae sunt Paradoxorum formae apud alios obviae, adeoque nonnunquam inter se permutatae et permixtae.

Sed iam finem imponamus huic prooemio, ne atrium et vestibulum domus maius etiam quam domus ipsa esse videatur **).

---

*) Sive, ut est apud Diog. Laërt. VII. Segm. 101. p. 427. Meib. *πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι, καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἐπ᾽ ἄκρον εἶναι αἱρετόν, καὶ μήτε ἄνεσιν μήτε ἐπίτασιν δέχεσθαι.* Et ib. Segm. 120: *ἀρέσκει αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, καὶ Περσαῖος, καὶ Ζήνων. εἰ γὰρ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ψεῦδος ψεύδους· οὕτως οὐδὲ ἀπάτη ἀπάτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος.*

**) Absolutis iam his Prolegomenis, quum iam in eo essem, ut ea librario traderem, contigit mihi legere I. F. Schroederi, qui nuperrime Germanice convertit libellum nostrum (vid. Appar. Crit. extr.), prooemium, ex quo haec paucula excerpsi. In plerisque a nostra sententia non discrepat. Paradoxa, eo sensu, ut a communi sententia plane abhorreant, proprie dici non posse haec Ciceroniana, ait, exceptis quarto et quinto. [Mihi quidem etiam tertium eiusmodi videtur.] De aetate Gernhardo potius, quam Schützio, assentit: certo quidem demonstrari annum non posse, quo sint scripta Paradoxa; maxime esse veri simile, ea (sed simul) esse scripta a. U. c. 707, Ciceronis sexagesimo primo: minime autem ei placet Schützii suspicio de decem annorum inter scribendum intervallo. Rationibus ab aliis allatis hanc addit: „Si diversis temporibus, nec vero uno eodemque anno, nec paucis adeo diebus, scripsisset hunc libellum Cicero, sine dubio ipsum id in Prooemio dicturum fuisse: cuius nunc diversitatis vel intervalli temporis significaverit ibidem contrarium verbis: „*his iam contractioribus noctibus lucubratum.*“ Discedit etiam Schroederus ab eorum iudicio, qui *maiorum vigiliarum opus* non Brutum, sed Tusculanas esse voluerunt, iisdem, quibus nos, rationibus motus.

M. TULLII CICERONIS
PARADOXA STOICORUM
AD
M. BRUTUM.

PROOEMIUM.

Animadverti, Brute, saepe Catonem, avunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico; sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Quod eo majus est illi, quam aut tibi, aut nobis: quia nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam, et in qua dicuntur ea, quae non multum discrepant ab opinione populari: Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus, et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis inter-

rogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione et tamquam excolatur. Quod cum ita putarem, feci etiam audacius, quam ille ipse, de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae, Stoice solet, oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. Ego vero illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. Quae, quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur; tentare volui, possentne proferri in lucem, id est, in forum, et ita dici, ut probarentur, an alia quaedam esset erudita, alia popularis oratio: eoque scripsi libentius, quod mihi ista, παράδοξα quae appellant, maxime videntur esse Socratica longeque verissima. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit: et degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, cum ea, quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in acceptum ut referas, nihil postulo: non est enim, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiae: sed tamen, ut ex eadem officina exisse appareat.

Paradoxa] Admodum variant ut fere fit, libri et scripti et editi in inscriptione libelli. Sic Cod. Cr. 1. habet: *Marci Tulii Ciceronis Paradoxa;* Cr. 2. *Marci Tullii Ciceronis liber de Paradoxis incipit;* Cr. 3. Drsd. 2. 5. carent inscriptione; Drsd. 1. exhibet: *M. T. Ciceronis liber Paradoxorum incipit;* Drsd. 3. *M. T. Ciceronis ad Brutum Paradosa incipiunt;* Guelph. *Liber de Paradoxis Marci Tulli Ciceronis;* Gud. B. M. *tullii Ciceronis incip˜ paradoxa stoicorum;* Duisb. *Ciceronis Paradoxa.* In Edd. plerisque inscriptis est *M. T. C. Paradoxa;* in multis *M. T. C. Paradoxa ad M. Brutum;* in paucis *M. T. C. Paradoxa Stoicorum ad M. Brutum,* ut edidit Gernhardus, quem nos sequimur. Mr.

Paradoxa] „Sicut Pythagorici symbola quaedam habuerunt atque aurea praecepta: sic Stoici παράδοξα sua dogmata nominarunt, quae Cicero non uno loco *admirabilia* interpretatur, sicut etiam Graeci θαυμαστά et ἀπροςδόκητα, eo quod sint opinione et exspectatione maiora. — Stoicos, opinor, Epicurei sunt imitati, qui sua dogmata κυρίας δόξας appellare sunt ausi: *titulo*, ut Plinius inquit, *propter quem vadimonium deseri possit.*" Xyst. Betuleius.

Paradoxa] Scripta videntur intra biennium, quo Cicero vixit post Caesaris necem. Παράδοξα, quae sunt praeter omnium opinionem, et admirationem movent. Exponuntur a Cicerone ad quamdam veluti senilem declamationem, ut ipse eam vocat in Tuscul. 1. cap. 4. Itaque scribit Suetonius de Clar. Rhetor. c. 1. Ciceronem seniorem quoque declamasse. Facc. Cic. de Fin. IV, 27, 74. *Nam ex eisdem verborum praestigiis et regna nata vobis* (Stoicis) *sunt et imperia, et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis: solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem: stultorum omnia contraria, quos etiam insanos esse vultis. Haec* παράδοξα *illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cum prope accesseris? conferam tecum, quam cuique verbo rem subjicias, nulla erit controversia.* et Acad. III, 44, 136. *sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quae* παράδοξα *nominantur.* Mr.

Paradoxa] „A Stoicis vocantur decreta philosophiae, quae eius imperitis παρὰ δόξαν i. e. praeter opinionem, ab eorum sensu captuque aliena sunt. Sic in Arriani Commentt. Epictet. 1, 25 est: τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ πολλὰ τῶν ἀληθῶν παράδοξα φαίνεται τοῖς ἀπείροις; Seneca Epist. 81: *Hoc aliquis inter illa numerat, quae videmur inopinata omnibus dicere:* παράδοξα *Graeci vocant.*" Wytt. Quod autem ait Plutarchus in libro de Communn. Notitt. adv. Stoicos (περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκούς) II, p. 1060. A: ἃ δὴ παράδοξα καὶ αὐτοὶ μετ' εὐκολίας δεχόμε-

νοι τὴν ἀτοπίαν ἐπονομάζουσιν, id ita intelligendum est, ut recordemur Plutarchum in libris omnibus, quos contra Stoicos conscripsit, animo paullo iniquiore ad scribendum accessisse, indeque multa iis obtrusisse, quorum contrarium statuebant. Mr.

Ad M. Brutum] „M. Iunius Brutus ex nobilissima familia Iunia Bruta oriundus, e qua exstiterat antiquus ille L. Iunius Brutus, qui Tarquinium Superbum regem expulerat. Hic autem, ad quem Cicero haec Paradoxa scripsit, idem est, qui postea cum Cassio aliisque adversus Caesarem coniuravit, eumque in curia interfecit. Tunc recens Galliae Cisalpinae a Caesare praefectus erat. Ad hunc Brutum Cicero complures scripsit libros, de philosophia quidem hos: de Natura Deorum, de Finibus Bonorum et Malorum, Disputationes Tusculanas; rhetoricos autem Brutum, Oratorem et haec Paradoxa. Vita eius exstat conscripta a Plutarcho inter Vitas Parallelas." Wytt. Cicero de Bruto quid senserit, significavit etiam in Epistola ad M. Coelium, Aedilem curulem (ad Famm. II. 13.): *Brutum a me amari intelligis. Quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam meum praesertim, et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei?* Et in Epistola ad Dolabellam (Famm. IX, 14.): *Semper amavi, ut scis, M. Brutum, propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam.* Ceterum Brutus vicissim ad Ciceronem scripsit librum de Virtute, cuius nonnulla excerpsit Seneca Consol. ad Helviam, 9. Conf. Cic. Acadd. I, 3. Quod autem Wyttenbachius supra libellum nostrum in rhetoricis posuit, minus accurate dixit. Concedamus ei, non ad philosopham rationem compositum esse hunc Paradoxorum libellum, sed formam et consilium oratoriam potius artem prae se ferre, singulaque Paradoxa singulas esse declamationes orationesque eum in finem compositas, ut quasi oratorio quodam artificio, ut in rhetorum scholis fiebat, philosophiae decreta per eloquentiam ad communem captum accommodatae videantur, quo ad popularem sensum fidemque commendarentur. Quodsi igitur rhetoricum librum eum dixeris, in quo artis praecepta traduntur, rhetoricus non est: sed si eum quoque librum rhetoricum dicere libet, qui exemplum artis rhetoricae ad locos aliquot ex philosophia depromptos accommodatae exhibet, quo minus rhetoricus dicatur Paradoxorum libellus, nihil impedio. Mr.

Animadverti, Brute,] „Quatuor libri Aldi Manutii Nepotis, qui octodecim Codices contulit, *animadvorti.*" Gernh. — Legitur *o Brute* in Cod. Guelph. (Gud. 150.). Abest *saepe* ab Ox. σ. Scribitur *sepe* in Cr. 1., in eodem et Cr. 2. *Cathonem.* Monet Wytt.

saepe iungendum esse cum antecedente *animadverti*, non cum sequentibus *Catonem* — *tractare*. Idem pergit in scholis: „M. Porcius Cato fuit pronepos M. Porcii Catonis illius Censorii, cuius nomine Cicero librum de Senectute insignivit. Dicitur autem hic avunculus Bruti propterea, quia Catonis soror uterina ex eadem matre, sed alio patre, nata erat Servilia, cuius frater, Q. Servilius Caepio, Brutum postea adoptavit. Hanc autem affinitatem docte explicuit Paulus Manutius ad Cic. de Finn. III. 1." [Fecit idem, addita tabula genealogica maiore, Xystus Betuleius in Commentario ad h. l. p. 8. Add. Io. Glandorpii Onomasticon Historiae Romanae. Frcof. Wechel. 1599. f. m. de familia Iunia p. 495—510. et de familia Porcia p. 714—718. et in primis Orellii Onomastic. Tull. P. II, p. 485—493, de gente Porcia, idemque de gente Iunia p. 315—324.] Vox *saepe* inverso ordine posita est ab Auct. ad Her. IV, 24: *Saepe, iudices, animadverti*. Mr.

Avunculum tuum] „Fuit non avunculus modo, sed etiam socer. Nam quemadmodum Serviliam, Catonis Uticensis sororem, matrem habuit, sic Porciam, eiusdem Catonis filiam, habuit coniugem." Xyst. Betul. [Vid. Plutarch. in Bruto, 2, et in Caesare, c. 62.] Idem ad seqq.: „Cuius sententiam dicendi moris a Catone usurpati praeclarum exstat exemplum apud Sallustium, Oratio contra Catilinarios adversus Caesaris sententiam habita: [cap. 52:] quae oratio, quamquam a Sallustio composita, Catonis tamen mentem et loquendi morem videtur referre]. Neque in senatu modo, sed etiam in militaribus orationibus, in locos philosophicos excursiones facere solitus fuit. Cuius rei clarissimum argumentum est, quod apud Dyrrhachium orationem ad milites habuit de libertate, de virtute, de gloria, de contemnenda morte, quae in philosophia didicerat, pro temporis commoditate disseruit, et oratione ad deos conversa militum, qui pro patria tum pugnaturi erant, animos ita accendit, ut iam summo decernendi desiderio pugnam poscerent. Haec Plutarchus." Est locus in Cat. min. cap. 54. Laudat praeterea de Catone Gernhardus Cic. de Off. I, 31, 112. Sall. Cat. 54. Vellei Paterc. II. 35. et Cic. pro Mur. 29 sq. — *Pro senatu* Ox. ψ. habet *senatum*; in Ox. σ. sequitur *sententias*, quod item legitur in Gud. A. Ibid. vocibus *locos graves* superscripta est vox *sententias*. Mr.

Avunculum] M. Brutus ortus est ex Servilia, Catonis Uticensis sorore. Facc. Cic. Brut. c. 31, 119. *Tuus autem avunculus* (Cato), *quemadmodum scis, habet a Stoicis id, quod ab illis petendum fuit; sed dicere didicit a dicendi magistris, eorumque more se exercuit*. G.

Locos graves ex philosophia tractare] „Ita [*locos*] Romani ap-

disciplinae, quos Graeci appellabant τόπους. decreta, placita, quaestiones." Wytt. ...i hic intelliguntur, esse eos, quos dicebant ...endi a *locis argumentorum* apud rhetores, de qui... Cicero librum, cuius inscriptio est *Topica*. Sed de ... commode egit I. C. Th. Ernesti in Lexico Technologiae ...inorum Rhetoricae p. 247—249. conf. ei. Lex. Technol. Graec. Rhet. p. 350. et de locis communibus p. 184. ib. — Vocem *graves* omittit Cod. Drsd. 4; pro *ex* habent *e* Codd. Drsd. 5. et Ox. ψ. Pro *tractare* in Cod. Cr. 2. est *tractaret*; tum in Drsd. 5. *abhorrendos*. Pergit Drsd. 1. *ab usu hoc for.* Crz. 2. et Duisb. *ab hoc forensi usu*; vocem *usu* omittit Cod. Ox. ε. Mr.

Abhorrentes etc.] „Orat. III, 18, 65. *Sed utrumque est in his* (Stoicis), *quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat: vel quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostes, insanos esse dicunt; neque tamen quemquam esse sapientem. — Accedit, quod orationis etiam genus habent fortasse subtile, et certe acutum; sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, ac totum eiusmodi, quo uti ad vulgus nullo modo possit.*"

Usu forensi et publico] Laudat Borg. Cic. de Or. I, 18: *ne abstrahamur ab hac — consuetudine dicendi populari et forensi*; pro Arch. 2: *uti genere dicendi hoc, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat*; de Inv. I, 41: *verum illa* [philosophorum obscura argumentatio] *abhorrere ab usu oratorio videtur.* — „*Forensi et publico* h. l. ponuntur quasi synonyma, re vera differunt ut genus et species. Genus est *publicus* i. e. *poplicus* antique, quod ad populum pertinet. Iam vero eloquentia publica, i. e. civilis, tribus maxime in locis et conciliis versabatur: primum in *curia*, ubi senatus habebatur; deinde in *foro* apud praetorem, ubi iudicia habebantur, tertio in *comitio*, in campo Martio, ubi conciones ad totum populum habebantur. Sed adiectivum *forensis* paullatim universe usurpari coepit, ut non modo de eloquentia iudiciali, quae in foro et iudiciis versatur, sed etiam de omnibus tribus generibus diceretur et idem valeret, quod *publicus*." Wytt.

Sed dicendo consequi tamen,] Cod. Drsd. 4. *sed in dicendo.* Duisb. *sed dic. tamen consequi.* Verba explicat Frc. Sylv.: „vi tamen orationis et copia." Quod sequitur *etiam populo* idem intelligit: „non solum senatui." Mr.

Ut illa] Notanda generis variatio per figuram, quae enallage dicitur. Facc.

Ut illa etiam populo probabilia] Cod. Ox. σ. *ut ea et. p. p.* Suerin. *ut illa populo probabilia etiam;* Edd. Paris. s. a. et Asc. 1. *probabilia populo.* Quid h. l. sit *populus*, docet Borg. ex or. pro Mur. 19: *nam quid ego dicam populum ac vulgus imperitum ludis magnopere delectari?* Ad generis variationem in v. *illa* cf. or. in Pis. 29: *Est autem hic, de quo loquimur, non philosophia solum, sed etiam litteris, quod fere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.* Mr.

Maius] maioris operae. Facc.

Quod eo maius est illi,] Cod. Gud. A. omittit *eo*, Cr. 2. exhibet *quod ideo;* Cr. 1. et Ox. σ. *quod eo magis*, idque probat Thom. Bentleius in emendationibus editioni librorum de Finn. et Paradox. (Cantabrig. 1718.) adiectis. Non placet. Satis tuentur lectionem *maius* loci ab aliis iam laudati: de Inv. I, 44: *difficilius et maius fuisse id iudicatum:* ubi praemissum *difficilius* sententiam declarat; ad Famm. 14, 3: *Eiicere nos magnum fuit, excludere facile est*, de Or. I, 5: *nisi rei quandam incredibilem magnitudinem et difficultatem.* Orator. 1: *Utrum difficilius aut maius esset negare tibi saepius idem roganti.* Minus convenit locus de Finn. I, 20: *quod quam magnum sit*, quem laudavit Gernh. Mr. — „*Maius* habet notionem ellipticam h. l., in qua cogitando plura subaudienda sunt, ut haec sit sententia: Hoc autem Catoni difficilius ideoque eo maiori laudi tribuendum est." Wytt. Post *quam* excidit *aut* in Drsd. 4. Mr.

Ea philosophia] Peripatetica et Academica. Facc.

Ea philosophia] Cic. Brut. 31: *Peripateticorum et Academicorum consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese, nec sine ea orator esse perfectus:* et paullo superius: *Quodsi omnia a philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id est ex vetere Academia philosophorum, sectam secutus es, quorum in doctrina atque praeceptis disserendi ratio coniungitur cum suavitate dicendi et copia.* Quinctil. Inst. Or. XII, 2: *Demosthenem constat, principem omnium Graeciae oratorum, dedisse operam Platoni:* et *M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatus est.* Add. Cic. Tuscc. II, 3, 9. ibiq. annot. nostr. p. 431. Acadd. IV, 38, 119: ubi Aristoteles *aureum orationis flumen fundere* dicitur. Quod Cic. h. l. dicit *utimur* fere i. q. operam damus, *sequimur*, dixit item de Petit. Cons. 3. Q. Cicero: *studia, quibus semper usus es.* Cod. Duisb. habet *ea phil. nos plus utimur.* Mr.

Quae peperit dicendi copiam,] Cod. Gud. A. et Ed. Dauentr. 1500. *peperit dicendo copiam.* Ox. σ. *copias.* Quod h. l. utitur μεταφορικῶς verbo *peperit*, similiter fecit de Or. I, 3, ubi philosophiam *laudandarum artium omnium procreatricem quandam et quasi parentem* dixit. Ad sententiam conf. Or. 3: *fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse.* M. M. v. Baumhauer Diss. de Aristotelia vi in Ciceronis scriptis (Trai. ad Rh. 1841.) p. 105. et 99. coll. C. F. Hermanni Disp. de Interpretatione Timaei Platonici a Cic. relicta (Golling. 1842.) p. 11. — Sequitur in Cod. Crz. 2. *et in qua dicuntur illa.* Pro *discrepant* in duobus libris Manutii est *discrepent*, itemque in Edd. Vict. Rob. Steph. Camerar. Quod cave probes. Mr.

Discrepant ab opinione populari] „Peripatetici et Academici corporis et fortunae bona esse dicunt: negant Stoici quicquam esse bonum praeter virtutem. Vitia esse paria hi dicunt, illi negant: aliaque innumerabilia sunt, quibus non convenit inter Stoicos et Academicos et Peripateticos, in quibus hi dicunt ea, quae non multum discrepant ab opinione populari." Frc. Sylv. Cod. Gud. A. omittit *ab*, itemque Drsd. 3. In Cod. Ox. N. est *vulgari* pro *populari;* quod est glossatoris. Mr.

Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus] Codd. Crz. 1. 2. *Catho*, et sic semper: quare talia non ultra monebimus. Posterior, mutato verborum ordine, *mea sententia perfectus Stoycus.* Pro *mea* habent *in ea* Codd. Crz. 1. Oxx. σ. ψ. Gud. B. Duisb. Drsd. 3. In Drsd. 5 est: *perfectus in eam sententiam Stoicam.* Ad sententiam Xyst. Betuleius: „Hoc latere neminem potest, qui Ciceronis de Finibus libros diligenter evolverit. Inducit enim se cum Catone de summo bono disputantem. Ibi ipse Academicas, ille Stoicas partes, pro virili uterque, tuetur." — In Cod. Duisb. est *et Stoicus.* Mr.

Non sane probantur in vulgus] Quae sint haec, habes in Academ. 4. c. 44. Facc.

Quae non sane probantur in vulgus] „*Non sane*, quattuor; quattuor, *non plane;* decem, *non recte.*" A. Manut. — „Multi MSS. *quae ne recte.*" Graev. Oxx. E. N. *non plane*, reliqui Oxx. et Suerin. *non recte.* Cod. Crz. 3. habet scribendi compendium, quod legere possis *omnino* pro *non.* Drsd. 1. 2. *non plane*, cum Gud. B., Drsd. 3. *quae plane non sane*, ubi vides operam dedisse correctorem, ut apte, scilicet, copularet lectionem pravam cum vera; Drsd. 4. 5. et Cod. Bas. *non recte*, quod habet item Crz. 1, sed supra lin. *sane.* „Imo, dicit Gronovius, (cum Grute-

rus scripsisset: „Pal. pr. et Mauricianus *non recte:* forte verum putat Gulielmius *ne recte*") imo ex eorum scriptura debuit exsculpi *quae non certe.*" Imo vero neutrum probandum. Recte editi: recte item Gernh. *sane* post negativam particulam levius affirmare contendit, laudans de Finn. 2, 13. extr. *post enim Chrysippum non sane est disputatum*, quae est observatio Goerenzii ad eum locum, cum quo confert Cic. de Div. II, 31, 67: *non sane mirabile hoc quidem*, de Or. III, 55, 212: *nihil sane*, ad Famm. II, 17: *nusquam sane.* Addit Wytt. in Scholis locum Varron. de Re Rust. III, 16: [Est ibi p. 238. ed. Bip. *Agellus non sane maior iugero uno:*] et explicat: „*non sane* elliptice accipiendum, ut quasi dicatur: probatur quidem Stoica secta, sed tamen non *in vulgus* probatur. *In vulgus* autem est pro *apud vulgus.* Sic Cic. Tusc. II, 26: *ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis*, V, 36: *vide ne plus commendatio in vulgus — molestiae habeat;* ad Att. II, 22: *Hoc — in vulgus gratum esse sentimus.*" Borg. dicit, cum haec opponantur antecedentibus *non multum discrepant ab opinione populari*, malle se legere *non plane*, cum *non sane* levius affirmet. Sed si levius affirmat, *non sane* est non usquequaque vel non omnino, ergo recte habet. Pro *in vulgus* habet *in vulgo* Cod. Ox. I. cum tribus Manutianis et Suerin., quod est correctoris non satis docti. Ad verba *et ea sentit* Frc. Sylv. haec annotavit: „Stoici aliter in scholis disputant, aliter domi vivunt. M. autem Cato, homo ingeniosissimus, auctoribus eruditissimis praeceptoribus inductus, Stoicorum praecepta arripuit, neque disputandi causa, ut magna pars, sed ita vivendi, ut ait Cicero pro L. Murena." [Est locus c. 30, 62.] Adde Cic. Brut. 30: *prope perfectus in Stoicis* et de Finn. III, 2: *M. Catonem vidi in bibliotheca sedentem, circumfusum Stoicorum libris.* Mr.

Haeresi] secta Stoica, quae in dialecticis operam consumit, et genus dicendi sequitur, ut est in tertio de Oratore, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum. Face.

Et in ea est haeresi,] „*Et in ea haeresi est* Cod. Bas. Edd. Crat. Magnoli, Manut. et Huberi." Orell. Ox. E. pro *ea* habet *illa.* Drsd. 4. 5. Suerin. *in ea haeresi est.* Cod. Gud. B. omittit *est*, cum Cr. 1. Pithoeanus Cod. (ap. Graev.) omittit *in;* Drsd. 1. 2. habent *et est in ea;* Drsd. 3. *et est ea secta haeresi*, recepta, ut paullo superius (*plane non sane*) glossa cum ipsa Ciceronis manu. Cum libris ab Or. laudatis faciunt Aldinae nostrae 1517 et 1572 (nec vero 1548) et Sylb. Quod supra ex uno Cod. ut glossam, enotavimus, *secta*, semel ita legitur apud Ciceronem, ut ad disciplinam vel scholam quandam philosophicam respicere vel referri

posse videatur, in Or. pro Caelio 17, 40: *chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt; neque solum apud nos, qui hanc sectam rationemque vitae — secuti sumus, sed etiam apud Graecos, — quibus — scribere honeste et magnifice licebat.* — Alibi *disciplinam* dicit, quam h. l. haeresin, ut Brut. c. 30; alibi *familiam*, ut de Or. I, 10; de Div. II, 1, 3: *Peripateticorum familia.* — In seqq. *ullum* pro *nullum* est in Crz. 2. Quod h. l. *florem orationis* dicit, alibi dixit *ornatum*, v. c. Or. 24; Brut. 79; Or. 39; sed *flores orationis*, quos alibi dicit *lumina*, dixit de Or. III, 35, 96; *florem et lumen orationis* in Bruto 17, 66. et 66, 233. Or. 27, 96: *est etiam quoddam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus,* rel. Mr.

Neque dilatat argumentum] „Dilatatur argumentum tribus illis eloquentiae officiis, perspicuitate ad intelligendum, suavitate ad delectandum, gravitate ad commovendum." Wytt. Ad verba facit, quod est de Or. 1, 35, 163: *perfice, ut Crassus haec, quae coarctavit et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet;* ad rem, de Finn. IV, 3: *quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut, si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Brut. 31, 118: *omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo sunt, et id arte faciunt, suntque architecti paene verborum: iidem traducti a disputando ad dicendum inopes reperiuntur. Unum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem.* Mr.

Sed minutis] „*Sed* abest a quinque, in quorum tribus additum." A. Manut. „Abest *sed* a Pal. sec. tert. Vict. et Aldi nepotis MSS. novem: neque eo opus est." Grut. Paullo superius Cod. Gud. A. verbo *dilatat* superscriptam habet glossam: *ornatibus verborum.* Habet *sed* Codd. Oxx. I. N. U. ψ. (unus eorum, Cod. σ., pro verbo *neque* habet *quae nullum*); accedunt Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. 5. Suerin. Bas. Ed. prc. Mogunt. 1465, nostrae Venetae 1492. 1514., Ed. s. l. et a. ap. Meusel., Asc. 1. Paris. 1512. 1543. Argent. 1515. Ed. Bibl. Hdlbg. s. l. et a. Paris. 1507. Lugd. 1515. Aldinae tres nostrae, Hier. Wolf. Crat. Herw. Cam. omnesque vett., praeter Grut. Graev. Gron. Ern. Verb. Oliv. Schtz. Borg. Bip. Ceterum haec non ad Catonem, sed ad Stoicos esse referenda vere monuit Wytt. in Scholis: idem fecit Gernh. Borgersius, qui *sed* ab uno Vossiano abesse vidisset, abiecit, cum iis, quas dixi, Edd. Pro *minutis* in Cod. Duisb. est *minimis*, in marg. al. *iniunctis.*

Sequitur in Codd. Oxx. E. U. *interrogationibus*, in Crz. 1. *interrogaciunculis;* tum *et quasi* in Codd. Car. Steph. Drsd. 2. Ed. ap. Meusel. Vict. Suffr. Petri (ap. Or.) Pariss. Venn. Ald. 1548. H. Wolf., Ed. s. l. et a. Hdlbg. Paris. 1507. Lugd. 1515. Daventr. 1515. Grut. Gron. Verb. — Recte Graev. omittendam esse copulam dixit; ipsas enim interrogatiunculas *puncta* dici, h. e. acuta et brevia dicta. Vid. ann. Facc. et Ern. Mr.

Interrogatiunculis] Hac voce significat argumentationes Dialecticorum, quae fiebant interrogando. Facc.

Interrogatiunculis] Ad rem et ad verba Gernh. laudat de Finn. IV, 3, 7: *Pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui assentiuntur, nihil commutantur animo, et iidem abeunt, qui venerant: res enim fortasse verae, certe graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius.* Acadd. II, 35, 112: *Stoicorum dumeta;* de Finn. III, 1, 3: *spinosum disserendi genus*, IV, 28, 79: *disserendi spinae.* — *Interrogatiunculas* intellige argumentationes. Ipse Cicero de Or. I, 10. Stoicorum argumenta *laqueos disputationum et interrogationum* appellat. Nec vero omnes Stoicorum argumentationes interrogationum formam habebant, multae syllogismorum. Mr.

Et quasi punctis] Alii tollunt particulam *et*. Puncta porro dicit eadem ratione, qua dixit in lib. 4. de Fin. cap. 3. (l. l.). Facc.

Minutae interrogatiunculae sunt enthymemata et similes quae interrogando fiunt conclusiones et argumentationes. has punctis comparat, sive ob brevitatem, sive quia acrius pungunt s. movent animum audientis. *et* abfuit MS. Pithoei, delevitque Graevius. abest etiam ed. Colon. Mediol. Ald. Victor. etc. item MS. Duisburg. quia *et* formae Ciceronis in hoc genere non consentit, delevi." Ern.

Et quasi punctis]. „i. e. rebus brevissimis. Punctum enim, quod breve admodum est, dicitur a pungendo. — Et quia spinae pungunt, orationis genus, quo Stoici utuntur, Cicero appellat *spinosum*, ut libro de Oratore I, 18: *Sed haec erat spinosa quaedam et exilis oratio.* — Libro de Finibus 3, 1: *Stoicorum non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius dicendi genus.* Eadem ratione idem libro Academicarum 4, 35. *Stoicorum dumeta* appellat." Frc. Sylv. — „Dialectici, quorum nomen Stoicis tribuebatur, ut, cum dialecticus diceretur, Stoicus audiri soleret: veruntamen dialectici, ut dicere institueram, solent *interrogando* disputare, quod eorum disputationes sermonibus et dialogis similes sint, idque ea brevitate faciunt et adversarium ita premunt, ut non caesim, sed punctim ferire videantur. Cicero igitur cum dicit *punctum*, pro punctura accepit, quod vel ex eo, quod in libris Finium scribit,

perspici potest: *pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.*" Turnebi Advers. XX, 20. p. 192. „Ipsas interrogationes *puncta* dicit i. e. acuta et brevia dicta." Graev.

Minutis interrogatiunculis] „Minutae interrogatiunculae sunt enthymemata et similes, quae interrogando fiunt, conclusiones et argumentationes. Has punctis comparat, sive ob brevitatem, sive, quia acrius pungunt seu movent animum audientis." Ern.

Quod proposuit, efficit] „Cod. Maur. *quod possint*. Gulielmio certum est, Ciceronem scripsisse *quod posuit.*" Grut. „Minime gentium. *Quod proposuit, efficit* est, quod vult persuadere et aliis probare, id consequitur illis minutis interrogatiunculis." Graev. — In Cod. Ox. 1. est *effecit*, itemque in Drsd. 5. In Ox. σ. *quod proposuit, voluit:* ubi, quod fit frequenter, scriptoris verbum a glossa alterius verbi extrusum est. — „*Efficit*, i. e. probat et concludit." Frc. Sylv. Explicat ipse Cicero de N. D. III, 13: *Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat.* Conf. Creuzer. ad Cic. de N. D. III. 12. p. 535; Tusc. I, 31, 77: *Dicaearchus vult efficere animos esse immortales;* ubi vid. nostra annot. T. I. p. 262. ibiq. laudd. Mr.

Sed nihil est tam incredibile,] Cod. Crz. 1. *tam credibile:* sed idem habet supra lin. glossam, quae veram explicat lectionem: *difficile ad credendum;* Crz. 2. *sed nichil est incredibile*, omisso *tam*. Pergit Cod. Drsd. 5. *quod dicendo*, pro *quod non dicendo;* deinde Crz. 2. *probabile fiat*, inverso ordine. Ad verba confert Borg. Cic. Part. Orat. 4: *Quum incredibilia probabilibus inteximus.* Or. pro Balb. 25: *ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus.*" Quod h. l. Gerundium *dicendo* manifesto in iis exemplis poni potest, quae usum huius formae passivum probare videntur, de ea re vide, quae posuimus in comm. ad Cic. Tuscc. I, 23, 53. p. 176. et I, 28, 69. p. 232. ad quae nunc adde Iahn. in Annall. Philol. et Paedag. 1838. 10. p. 216. C. Reisig. Vorlesg. üb. Lat. Sprachwiss. p. 765—767. ibiq. ann. F. Haasii, et Th. Adler: Adversarien z. Lat. Gramm. p. 17. (Progr. d. Gy. z. Neustettin, 1840. 4.). Quod h. l. ad v. *dicendo* Or. scripsit, in varietate lectionis Ed. Pauli Magnoli pro eo legi *vulgo*, fortasse ad superiora referendum, ut pro *in vulgus*, quo loco in uno Ox. est *in vulgo*, ibi scriptum sit *vulgo*. Mr.

Nihil tam horridum, tam incultum] Ad verborum similitudinem laudat Borg. Cic. Or. 9: *putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere.* Pro Quinct. 18: *incultе atque horride;* de Finn. I, 3:

in inculta quaedam et horrida; pro Sest. 10: *quia subhorridum atque incultum videbant;* Brut. 67: *non valde nitens, non plane horrida oratio.* — Scriptionem *nichil* pro *nihil*, quae est in Cod. Crz. 2., non ultra enotabimus. Codd. Crz. 3. Drsd. 1. 3. 5. habent *nihil est tam horr.* Pergit Cod. Suerin. *nihil incultum*, omisso *tam:* utramque vocem omittit Cod. Ox. ψ; in Ox. pro *horridum* est glossa *durum.* Drsd. 4. omittit *oratione;* Crz. 1. non habet sequens *et;* eius loco Crz. 2. exhibet *etiam;* Cod. Suerin. *tam* pro *tamquam*, ex perperam lecto compendio. Pro *splendescat* unus Cod. Manutii exhibebat *exsplendescat*, pro *excolatur* Ox. ψ. *extollatur.* In Cod. Gud. A. in superioribus est *non fiat dicendo*, idem cum Crz. 1. omittit *et* ante *tanquam.* Mr.

Cum ita putarem] *Ita* abest a duobus Manut. in quorum uno additum est.

Feci etiam audacius, quam ille ipse,] Cod. Drsd. 4 pro *feci* habet *fieri;* idem omittit *etiam* cum Crz. 1. Drsd. 5. Ox. ψ., eius loco Ox. E. habet *enim*, Duisb. *et.* In Crz. 2. scriptum est *audatius.* Codd. Drsd. 1. 2. *quam ipse*, omisso *ille;* Cod. Suerin. *quam quod ipse*, Duisb. *de quo loquimur.* Quod sequitur *Cato*, cum in Crz. 1. et 2. semper scribatur *Catho*, non ultra monebimus. Pro *enim* est *autem* in Ox. N. et Drsd. 4. Proximum *de* omittit Crz. 2. Mr.

De continentia, de morte] „Britanni quidam (Walkerus et Bentleius) corrigunt *de contemnenda morte.* nam Catonem non de morte, sed de eius contemtu disputasse.“ Ern.

„*De continentia, de morte.* Walkerus legendum coniicit *de contemnenda morte*, idque probat Tho. Bentleius. Non enim de morte ipsa, sed de contemptione mortis disserebat Cato.“ Lallemannus. Unus Manut. *de constantia, de morte.* At (ut vere monet Gernh.) de continentia disputabant, ne propter voluptatem aut utilitatem iustitia et modestia relinqueretur: *de morte*, quae non esset metuenda, et similiter de reliquis. Est etiam *constantia* pro *continentia* in Cod. Suerin. et in var. lect. ad calcem Ed. P. Magnoli. Cod. Crz. 1. habet *continencia.* In Crz. 2. pro *de omni* est compendium, quod significare videtur *domini.* Ad v. *de omni laude virtutis* Wytt. in scholis haec: „Virtutes Platoni et Stoicis quattuor universales celebrari solent, e quibus, tanquam generibus, reliquae virtutes consequuntur, *prudentia*, *temperantia*, *fortitudo*, *iustitia.* Iam argumenta h. l. memorata, veluti magnitudo animi, contemptus mortis, pertinent ad fortitudinem, continentia est pars temperantiae, officia erga deos immortales et patriam subiecta sunt iustitiae. De his omnibus Cato dicere solet Stoice, i. e. secundum doctrinam

Stoicorum, sed adhibitis ornamentis oratoriis, quae vulgo a Stoicis negligebantur." *Stoyce* pro *stoice* scriptum est in Codd. Crz. 2. Drsd. 1. In Crz. 3. est *solum* pro *solet*, in Drsd. 5. *solet stoice*, inverso ordine; in Codd. Crz. 1. Drsd. 5. post *solet* statim sequitur *dicere*. Drsd. 4. omittit *de diis immortalibus;* Cod. Cr. 3. habet *hiis* pro *Diis*. Mr.

Nullis oratoriis ornamentis adhibitis] „A libris fere omnibus veteribus abest *nullis*, in uno est *vel* pro *nullis:* ex quo suspicor, *nullis* librariorum culpa e libris veteribus evanuisse: quod restitui. Idque eo fidentius feci, quod in uno eoque antiquissimo *Stoice solet oratoriis ornamentis non adhibitis:* quamquam *non* transversa linea a nescio quo confossum erat." Lambin. „In Cod. antiquo non reperio *nullis*. Quae lectio si vera esset, conveniret cum eo: *Feci etiam audacius:* sed ab illo discreparet: *in ea haeresi est, quae nullum* sequitur florem orationis etc." Frc. Sylv. „Fere omnes libri habent *nullis:* sed in Ven. *nullis* omissum facit, ut de huius loci veritate quaerendum diligentius esse videatur. Atque ego quidem Venetae lectioni assentior. Nam et alibi eloquentiae laudem Catoni tribuit Cicero, et ordiens clare hoc dixit, dicendo Catonem consecutum, ut Stoica etiam populo probabilia viderentur." Camerar. „Quae superius de Catonis eloquentia sunt disputata, faciunt, ut Camerarii censurae et lectioni Venetae libentius astipuler et *nullis* expungam." Xyst. Betul.

Oratoriis ornamentis] „Plerique cusi praemittebant *nullis*, quod non visitur in melioribus membranis, mirorque agnoscere pro genuino Lambinum, cum id ipsum spernat ratio, et dicendi artem tribuat Catoni Tullius in Bruto c. 31, ut adnotaverat Gulielmius, qui cum esset in MS. *hortatoriis*, id heic locum habere posse putabat." Grut. „*Nullis* recte deleverant, iam ante Gruterum, Langius et Manutius, adplaudente Pithoeano et libris aliis vetustioribus. Hanc scripturam asserit vocula *duntaxat*, quae praecedit, quae notat *saltem, minimum. Cato autem duntaxat de magnitudine animi*, hoc est: si non de ceteris, de magnitudine animi saltem, dicere solebat adhibitis ornamentis oratoriis. Nam Catonem disertum fuisse modo ostensum." Graev. Aldi autem, quem laudat Graev., Manutii haec est annotatio: „Non dubito, quin haec verba vacent omni mendo. Sed quoniam dubitare video homines eruditos et addere negationem *nullis*, quae est in sex meis, non faciam, si modo consequi potero, ut quisquam, auctoritate commotus, in errore versetur. Catoni non modo Cicero et alibi et hoc ipso in loco, sed Sallustius et Plutarchus et alii eloquentiam tribuunt, qua quidem in senatu ita disputabat de magnitudine animi — aliisque rebus,

quas probare pauci solent, ut id ipsum, quod ipse sentiebat, populo etiam probabile videretur. In quo tanto maiorem eloquentiae gradum obtinebat, quanto difficilius est, multitudini persuadere, quod Stoici probant, ut de patriae salute vel cum omni periculo tuenda, de criminibus acerrime vindicandis, de virtute denique ipsa omnibus rebus praeferenda. Cicero autem maius quiddam suscipit, cum non illa, quae splendorem ab oratione possunt accipere, quae peregregie Cicero in senatu, e Stoicorum sententia tractabat, sed illa ipsa probaturum se esse dicat, aut certe conaturum ut probet, quae Stoici ipsi in suis gymnasiis non facile probant. Haec est huius loci sententia, magna cum Catonis laude expressa, aliquanto tamen maiore Ciceronis: quamquam ipse, cum dicat *tentare volui*, arrogantiae culpam vetat. Mr.

Oratoriis ornamentis] „Ita in Bruto cap. 31. perfectissimum Stoicum vocat Catonem, et tamen ait eloquentiam in illo non desiderari. Alii addunt *nullis*; sed perperam.“ Facc.

Oratoriis ornamentis] Abest *nullis* a Cod. vet. Car. Stephani, Bern. et Bas. Orellii, a Codd. in superiore annotatione laudatis ab aliis, ab Oxx. E. 1. N. σ. ψ. Gud. A. B. Suerin. Duisb. Crz. 1. 2. Drsd. 2. 4. Edd. Vict. H. Wolf. Sylb. Audom. Talaei [P. Rami], Grut. Gron. Graev. sqq. In Edd. Asc. 1511. est *orat. orn. non adhibitis*; in uno Drsd. 5. legitur (quod manifesto prodit negationem a correctoribus vario modo esse tentatam atque adiectam): *oratoriis ornamentis abiectis*. Ceterum inverso ordine *ornamentis oratoriis* scriptum est in Codd. Oxx. U. η. Gud. A. Ceterum Audomarus Talaeus, (quem sunt qui P. Ramum dicant, quamquam alii illum huius amicum esse volunt, cui nomen fuerit Omer Talon) hic igitur Talaeus haud incommode ad firmandam suam de nostro loco sententiam, quae item est nostra, laudavit Cic. Brut. 31, 119: *Tuus autem avunculus, quemadmodum scis, (Brute)* [is est M. Porcius Cato] *habet a Stoicis id, quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit a dicendi magistris, eorumque more se exercuit*; ibid. §. 118: *Unum excipio Catonem in quo, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desiderem.* Add. Cic. de Finn. IV, 3, 7: *Ista ipsa, quae tu breviter, regem, dictatorem, divitem solum esse sapientem, a te quidem apte ac rotunde: quippe; habes enim a rhetoribus.* His enim verbis Catonem alloquitur Cicero. Mr.

Ego vero illa ipsa] „Novem *Ego vero tibi illa ipsa*. A novem abest *tibi*.“ Ald. Manut. „*Ego vero illa ipsa* edidit Gruterus, nescio unde, etsi sequatur cl. Graevius, quum iam olim Herwagius dederit *ego autem*, nec aliter accuratissimus ille Langius

cum Gothofredo. Sed Rob. Steph. ex Victorio et Iuntas proferunt *Ego tibi illa*, quod video et patri obvenisse in collatione membranarum quarundam, in quibus etiam haec inscribuntur *Paradoxa Stoicorum*. Id quidem ego censeo verissimum et venustissimum: sive *illa* accipias pro *in tuam gratiam*, (quod tanto maiorem habet vim, quia Brutum et sese iam ante obduxit Catoni) sive abundare velis, ut solet saepe apud Tullium. In eisdem quoque legitur *minutis interrogatiunculis, quasi punctis*, sine copula, ut bene monebat quoque ex Pithoeano Cl. Graevius, itaque et sequutus fui." Gronov. Additum est *tibi* in Codd. Crz. 1. Suerin. Bern. Bas. Ed. vet. ap. Meus. Sylb. Asc. 1511. 1520. Sed Car. Steph. Crat. Ald. 1517. 1548. 1552. Sturm. Ven. 1514. H. Wolf. habent, quod nos edidimus, ut inde a Grut. omnes: et errat Gernh. dicens *tibi* esse in Edd. Grut. et Graev. Loco vocis *vero* habent *tibi* Codd. Gud. B. Vossiani a. b. Duisb. Ed. prc. Mog. 1465. Vict. Rob. Steph. Sedecim ex nostris Edd. vett. i. e. reliquae omnes, praeter eas, quas enumeravi, habent *Ego autem illa ipsa*, praeterea Ed. Ven. 1487. Lugd. 1556. Anemoecii Col. Agr. 1563. Lang. In Drsd. 4 est *Ego vero illa tibi ipsa*, in Crz. 2. *Ego vero ipsa illa*, in Cod. Crz. 3. ut in Edd. vett. plerisque *Ego autem illa ipsa*; in Cod. Suerin. *ista ipsa*; Codd. Drsd. 1. 2. 3. 5. ut a nobis editum est. In Gud. A. omittuntur voces *illa ipsa*. Vocem *vix* omittit Cod. Crz. 1. Mihi quidem valde placet suspicio Orellii, qui dicit, Vide ne haec omnia e gloss. sint, pro: *Ego illa ipsa*. Mr.

Vix in gymnasiis] Cic. de Orat. II, 5, 20. et I, 13, 56. „Etenim, inquit, cum illi in disendo inciderint loci — ut de diis immort. de pietate, — de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque omnes philosophorum scholae, sua haec esse omnia propria; nihil omnino ad oratorem pertinere."

Vix in Gymnasiis] „His verbis indicat, quaedam Stoicorum dogmata esse vel a communi sensu non abhorrentia, vel omnino consona: deinde τὰ παράδοξα, quae cum omnium opinione pugnant, et ad hoc, ut in vulgus probentur, maiori eloquentiae vi opus habent." Xyst. Betul. — Scribitur *ocio* in Codd. Crz. 1. et Drsd. 1. *In* ante *Gymnasiis* abest ab Ed. Daventr. 1515. et vetere Huttenii. H. Wolf. in variet. lect. affert *vix a Gymnasiis*." Mr.

Ludens conieci] „Ad ludicram et umbratilem stili exercitationem per locos communes dilatavi." Facc.

Ludens conieci] „*Ludens* i. e. exercitationis causa, non ut item publice dicerem, ut Cato, magis ad declamationem, quam ad orationem. Non enim hoc dicit Cicero, se ioci et oblectationis tan-

tum causa haec Paradoxa conscripsisse, ut acceperunt nonnulli interpretes. Dicitur enim *ludere* de exercitatione armorum, v. c. in campo Martio, apud Cic. de Off. I, 29. et Horatium de A. P. 379: *ludere qui nescit, compestribus abstinet armis.* Hinc *ludus* etiam dicitur schola Grammatici, Rhetoris, item Gladiatorum et Palaestra. *Conieci:* hic exquisitius dicitur pro conscripsi, distribui: sic pro conscribere dicitur *coniicere* in chartam: *Locus* autem est pars, caput, praeceptum alicuius doctrinae. Dicitur in dialectica et rhetorica argumenti sedes, unde demonstratio alicuius sententiae petenda est. De his locis Aristoteles scripsit *τοπικά*, et eius imitatione Cicero. *Communes* dicti sunt, quia universales et multis causis quaestionibusque communes sunt, v. c. de religione, de amore patriae, legum observantia, quae in omnem orationem cadunt. Cic. in Orat. 36. ita eos describit: *loci communes appellati sunt; quod videntur multarum iidem esse causarum.* Cf. id. de Invent. II, 15: [ad quem locum vid. annot. nostr. in versione eorum librorum germanica: Stuttg. 1837. p. 3065.] Haec ergo argumenta, quae transferri in multas causas possunt, recte *loci communes* appellantur. Ergo, quod ait: *conieci haec paradoxa in communes locos*, idem est, ac si dixisset: retuli haec paradoxa in locos communes, prouti rhetores item sententiarum argumenta communibus locis complecti solent." Wytt. Ad sententiam verbi *ludere* v. Cic. de Or. II, 20, 84: *Sed videant, quid velint: ad ludendumne, an ad pugnandum arma sint sumpturi: aliud enim pugna et acies, aliud ludus campusque noster desiderat:* rel. De *locis communibus* vide Aphthonii Progymn. c. 7. p. 158 sqq. ed. Lips. 1718: Hermogenis Progymn. c. 6. p. 24 sqq. ed. Veesenmeyer; Theonis Progymn. c. 7. p. 95 sqq. ed. Finckh. p. 93 sqq. ed. Dan. Heins. Mr.

Quae quia sunt] Cod. Crz. 2. *Quaecunque sunt:* unde coniicias, fuisse in libro, quem describeret librarius ineptus, compendio scriptum *quae quoniam sunt*, quod ab eo perperam sit lectum. — Voce *admirabilia* plane sic usus est Cic. de Finn. IV, 27: *Haec παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus.* Mr.

Opinionem omnium] „Duodecim, *hominum.*" Ald. Manut. Oxx. E. L. U. ψ. item *hominum* cum Crz. 1. 2. Drsd. 2. In Ox. N. est *opinionem vulgarem omnium*, glossa in orationis seriem recepta. In Drsd. 4. 5. est *contraque hominum opinionem;* in Drsd. 1. *et contra op. omn.* itemque in Gud. A.; denique in Drsd. 3. *et contra omn. op.* Mr.

ab ipsis etiam] Scribitur in Codd. Duisb. *et ab ipsis etiam:* quod placebat in addendis Gernhardo, qui obsequentem habuit neminem. In Cod. Drsd. 5. est *ab his ipsis etiam*, in Bern. *ab ipsis*

autem, in Crz. 1. *ab ipsis et*, erroribus ex compendiorum similitudine ortis. Latinis litteris exarata legitur vox *parodoxa* in Codd. Gud. A. B. Drsd. 1. 3. 5. Crz. 1. 2. 3. Duisb. et multis Edd. vett. Mr.

Appellantur,] Codd. Pith. et Gud. A. cum Drsd. 3. *vocantur*. Post h. v. plene distinxerunt Codd. Pith. Crz. 1., Langius, Anemoec. Graev. Facciol. Olivet. Minus bene. Scribitur *temptare* in Codd. Crz. 1. Drsd. 1. Suerin., quam scriptionem in bonis libris reperiri dicit Freund. in Lex. — „*Tentare volui:* Sic septendecim. Unus *et tentare volui*. Alias *ac tentare volui*.“ Ald. Manut. In Ed. Oliv. haec est ad v. *παράδοξα* Facciolati annotatio, quae in duabus meis non legitur: „Id est *mirabilia*, *quaeque sunt contra opinionem omnium*. Acad. II, 44: *Sunt enim Socratica plera que mirabilia Stoicorum*, *quae παράδοξα nominantur*; et de Finn. IV, 27. Exponuntur a Cicerone ad quandam veluti senilem declamationem, ut ipse eam vocat in Tusc. I, 4. Itaque scribit Suetonius de Clar. Rhetor. c. 1. Ciceronem seniorem quoque declamavisse.“ Quod esse in aliis libris dicit Ald. Man. *Ac tentare volui*, ita commendat Morisotus, interpres Paradoxorum graecus (nuper editus a G. F. Wenschio. Hal. Sax. 1840.): „In omnibus, quotquot mihi videre contigit, exemplaribus omissa est *Ac* particula: quae tamen frequens est apud Ciceronem cum alibi, tum primo de Oratore [c. 1. §. 4; 2, §. 6. §. 8; 4, §. 13. §. 14.]. Nec est veri simile, summum illum ubertatis Asiaticae cultorem ex industria truncasse orationem. *Ludens*, inquit, *conieci in communes locos*, *ac tentare volui*. Si *ac* sustuleris, qualis est futura?“ Desiderasse tale quid videtur, qui in Cod. Bas. scripsit *tentare autem volui*. Non necessaria est correctio Th. Bentleii: *ab ipsis etiam παράδοξα appellata*, *tentare volui*. Illud *ac*, probatum Morisoto, habet H. Wolff. in var. lect. Mr.

Possentne proferri in lucem, *id est*, *in forum*,] „*Et in forum*, duo. *Vel in forum*, sex. A tribus absunt *id est in forum*.“ Ald. Manut. Unus Drsd. 1. habet *in luce proferri*, omissis verbis *i. in forum*, quae absunt etiam ab Oxx. N. η. Drsd. 3. In Crz. 1. est *vel in forum*, ut in Oxx. I. U. ψ.; in Gud. A. *in lucem proferri*, in Drsd. 3. *possemne in lucem proferre*; in Drsd. 4. *et in forum*, in Crz. 2. *possentne in lucem proferri i. e. visorum*. Una Ed. Paris. s. a. habet *proferri in lucem*, omissis verbis *in lucem i. e. in forum*. Asc. 1511. *in lucem proferri et ita dici*, omissis item verbis *i. e. in forum*. Quod ait Gernh. et cum eo Or. abesse eadem verba ab Ed. Anemoec. 1563., verum quidem est, sed hanc ipsam esse Pseudanemoecianam, cum vera nihil habeat nisi Officia, discimus ab ipso Or. in Onomast. Tull. I, p. 351 sq. coll. p. 345 sq. Quare illam non ultra morabimur. Schützius cum se iam olim [in

libro *Literar. Spaziergänge*] haec verba insititia iudicasse dixerit, assentientesque nactus sit Wetzelium et Buchlingium, qui ea uncinis incluserunt, ut item Bentl. Gernh. Nobb., non tamen obsequentes habuit Borgersium et Orellium, quorum hic, (quamvis Sch. *in lucem* interpretatus sit *in vulgus*, ut *forum* neque arctiore neque latiore sensu intelligi posse dicat Gernh. quia de ipso foro non cogitaverit Cic., alio autem sensu idem esset, quod *in lucem)*, Or. igitur dicit, abiectis his vocibus *in lucem* nimis ambiguum fore illud *prof. in lucem:* prior Codicum concordiam affert [quam tamen discordiam eodem iure dixeris], deinde usum Ciceronis, qui haec ipsa saepius coniunxerit. Sic pro Sest. 24: *quum nemo vestrum forum — nemo lucem adspicere vellet;* ad Herenn. IV, 13: *Tu in forum prodire, tu lucem conspicere — conaris?* Addit de Finn. V, 29: *Nec ego solus: tu etiam, Chrysippe, in foro, domi: in schola desinis;* addit B.: *id est* non semper glossemata significare, docuerunt Ruhnk. ad Vellej. II, 28. et Goer. ad Acad. I, 2; de Finn. II, 2. — Add. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 415. ed. alt. et nos ad Cic. de N. D. I, 30. p. 132 sq. ed. maj. et ad Tuscc. 5, 3. p. 23. Orell. ad Cic. Brut. 62, 222. p. 301. ed. Beier. Klotz. ad Tuscc. III, 1. p. 264, qui de nostro loco loquens eumque defendens, esse pro *id est* in aliquot Codd. (quamquam nescio, quibus) *idem*; denique Klotz. ad Lael. p. 181 sq. et p. 203. Mr.

Proferri in lucem, id est, in forum,] „*Proferri in lucem* i. e. edendo vulgari, ut ad cuiuslibet cognitionem pervenirent. *Lux* autem opponitur h. l. scholae et gymnasiis, quibus vulgo ἐπίθετον *umbra* tribuitur. Sic Cic. locutus est de Sen. 4, de Or. I, 34: *Educenda dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili in medium agmen, in pulverem, in clamorem —: et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.* Cf. Tusc. 2, 26. — Verbis *in forum* Cic. explicat, quamnam lucem dicat, i. e. non cognitionem hominum in vita privata versantium, sed in publicis negotiis, quae uno nomine generis dicuntur *forum* et *forensia* negotia, ut explicuimus ad initium huius exordii." Wytt.

Et ita dici, ut probarentur,] Codd. Drsd. 1. 3. *et ita dicere*; et sic posterior sibi constat, cum in antecedentibus habeat *possemne in lucem proferre.* Pro *an alia* Ox. ψ. habet *an talia.* Verba *et ita dici ut probarentur* Cod. Crz. 1. ab alia manu in marg. habet addita. Idem cum Drsd. 3. omittit *esset* cum Cod. Pith. Mr.

Eoque scripsi libentius;] „*Eoque hos locos scripsi libentius*, quattuordecim. *Locos scripsi libentius*, tres. *Eoque hos locos scripsi lubentius.*" Ald. Manut. Addunt verba *hos locos* Oxx. praeter E., omnes, itemque Gud. C. A. B. Crz. 1. Erlang. Drsd. 1.

2. 3. 4. 5. Suerin. Duisb. Edd. Asc. 1511. Ven. 1514. Arg. 1515. eademque in Edd. Ven. 1494. calamo superscripta sunt, in contextis habet Ed. Paris. s. a. In Crz. 2. scriptum est *eosque locos scripsi libentius*, in Crz. 3. *liberius*. Pergit Cod. Drsd. 1. *quae paradoxa*, Drsd. 5. *quae doxa*. — Cod. Gud. A. inverso ordine habet *libentius scripsi*. Pro *appellant*, exceptis duobus, omnes Manutii habent *quae appellantur*, itemque Gud. B. Oxx. I. N. U. Crz. 1. Suerin. Erlang. (in quo antecedit *qua mihi ista paradoxa*, omisso *quae*) Edd. Crat. Magn. Manut. Lamb. Hub. et nostrae ante Grut. veteres omnes, exceptis Paris. s. a. et Daventr. 1515. Ox. η. habet *appellent*, Ox. ψ. omittit verba *quae appellant*. Intellige *Stoici*. Mr.

Socratica] Ita in Academ. 4. cap. 44. *Sunt Socratica pleraque admirabilia Stoicorum, quae παράδοξα nominantur*. Exierunt ex schola Socratis, qui in rebus omnibus non vulgi opinionem, sed veritatem et honestatem sequebantur. Facc. „Quid alii philosophi de paradoxis senserint, docuisse Lipsium Manuduct. ad Stoic. philos. III. dissert. 2." Graev.

Videntur esse Socratica,] „i. e. popularia, quia Socrates, quicquid docuit, populariter docuit. Hanc ob causam, ait Cicero, eo lubentius haec Stoicorum paradoxa conscripsi, et quia Socraticae rationi deditus sum, et quia Socrates eadem et statuit et populariter tractavit, ut eo facilius mihi sit eadem item populariter interpretari." Wytt.

Accipies igitur hoc parvum opusculum,] „i. e. velim accipias, non repudies." Wytt. Excerpsi hanc Wyttenbachii annotationem, quia in Cod. nostro Crz. 3. est *accipias*, quod debetur correctori, vim futuri non intelligentis, vel interpreti. Idem cum Gud. C. habet *ergo* pro *igitur*. Utriusque vocis compendia similiora sunt inter se, quam vocabula ipsa. Habet idem Drsd. 5. In Crz. 1. est *go*, quod ipsum est compendium vocis *ergo*. In Crz. 2. deest *hoc*. Cod. Bern. habet *opusculum parvum*. Codd. Crz. 1. et Drsd. 5. *lugubratum*; pergit Gud. A. *iam his*. Cod. Duisb. *his iam contr. noct*, *lucubratum*. Gud. A. *contractionibus*; Ox. ψ. *lucubravi*; Cod. Crz. 3. *hiis* pro *his*. Mr.

Jam contractioribus noctibus:] „Aestivis videlicet." Xyst. Bet. „i. e. his noctibus iam brevioribus, mense Martio vel Aprili." Wytt.

majorum vigiliarum] „Tusculanas quaestiones, libros de Finibus et de Natura Deorum intelligit." Facc.

Maiorum vigiliarum munus] „Quaestiones Tusculanas intelligit." Frc. Sylv. Quod Facciolatus scripsit, in eo sequitur Aldum Manutium et Audomarum Talaeum. Borgersius: „Intelligit,

inquit, forte (!) libros de Finibus." Wyttenbachius autem in scholis haec: „Quia ille maior liber, quem ad te scripsi, maioribus vigiliis, i. e. longioribus noctibus, mensibus hibernis, hic ergo liber, quem tibi donavi tanquam munus, i. e. quem tibi dicavi, apparuit in tuo nomine, i. e. tuo nomine insignitus est. Est enim hic liber *Brutus* s. de Claris Oratoribus." Quae item est sententia Schützii, qui in Prolegomenis ad Paradoxa, „Hoc nihil aliud, scripsit, esse potest, quam liber de Claris Oratoribus, qui inscribitur *Brutus*." Quod mihi quoque videtur certissimum. — Ceterum de Vigiliis et Lucubrationibus exstat singularis libellus Christoph. Cellarii, quem inscripsit lucubratiunculam, editus Halae 1699 et 1706. 4. et disputatio Mureti Varr. Lectt. XVIII, 13. Ad v. *munus* laudat Borg. praefationem Aquilae Romani grammatici ad libellum de Figuris Sententiarum (ad calcem Rutilii Lupi) a Ruhnkenio editum, ubi est p. 139: *ideoque postea hoc plenum tibi munus reddemus.* Memorabile etiam illud est, quod in Cod. Gud. A. verbis *maiorum vigiliarum* superscriptum est: notat *lib. de rep.*, et in Ox. I. scriptum est: *quoniam opus illud maiorum vigiliarum Tusculanarum munus*, in Cod. Suerin. *quoniam illud eget maiorum vigiliarum munus Tusculanarum.* Quid sibi velit illud *eget* non facile dixeris, nisi forte aliquis glossator in margine adscripsit *egregium* sc., compendio scriptum, quod perperam lectum in contextam orationem recepit librarius ineptus. In Cod. Drsd. 5. abest *munus*, et post *nomine* sequitur *quidem apparuit.* Mr.

Degustabis et hoc] Al. *et degustabis hoc.* Facc.

et degustabis genus hoc,] Verba *et degustabis* usque ad *consuevi* desunt in Cod. Drsd. 4; Cod. Ox. E. Bern. Erlang. Duisb. Crz. 2. Gud. B. Ed. Suffr. Petri, Vict. Lamb. omittunt *hoc* cum Ed. princ. Mog. 1465. voces *et* et *hoc* omittunt Edd. Ven. 1467. nostrae Ven. 1492. 1514. Lugd. 1515. Daventr. 1515. Par. 1507. Cum Facciol. post *apparuit* plene distinguunt perguntque *Degustabis et hoc genus* Edd. H. Wolf. Ald. 1548. Paris. 1543. Sed hoc est contra morem Ciceronis. Nos optimos sequimur libros et scriptos et editos. Mr.

Et degustabis genus hoc] Or. ad lectionem librorum, in quibus deest *hoc* vel *et hoc*, signum addidit, quo significatur, lectiones has esse memorabiles, receptae fortasse praeferendas. Mihi quidem videntur non modo non tantidem aestimandae, sed ne probabiles quidem esse. Ad v. *degustabis* Borg. confert de Or. II, 36: *itaque feci — et istorum omnium summatim causas et genera ipsa gustavi.* Mr.

Exercitationum earum,] Ita Codd. Ox. 6. Drsd. 2. Suerin. Edd.

prc. Mog. 1465. Lamb. Suffridi Petri, et inde a Grut. omnes; pronomen abest a duobus libris Aldi Manut., in Gud. B. est *exercitationum multarum*, in Crz. 2. *mearum genus exercitationum:* in reliquis est vel *exercitationum mearum* vel *mearum exercitationum*: illud in plerisque: hoc in Gud. A. Drsd. 1. 3. Gernh. et post eum Nobb. uncinis circumdederunt *earum*, ut spurium, quorum ille *mearum* ait esse molestum propter *quibus uti consuevi: earum* autem molestum esse propter *hoc*, quasi pars haec sit exercitationum earum, quibus uti consueverit Cicero, cum sint hae ipsae exercitationes. Ego vero locum ita explicandum existimo: degustabis hoc genus exercitationum (mearum): earum nimirum, quibus, quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium dicendi genus transferre soleo. Quod autem refert Or., fuisse qui coniiceret: *et degustabis exercitationes, quibus uti consuevi*, id eiusmodi est, ut in optimorum librorum lectione facile aliquis malit acquiescere. — Pergit Ox. η. *quae utuntur*; tum Crz. 2. 3. 1. Drsd. 1. 4. *in scolis*. Drsd. 5. *in scholis dicuntur*. Mr.

θετικά,] Ne in nimiam molem excrescat ad h. v. annotatio, eam in Excursum coniecimus primum, hic vero nihil aliud, nisi lectionis variatatem indicabimus, quae in vocibus graecis, propter librariorum graecae linguae ignorationem, magna esse solet. Quid? quod vel viris doctis ita imposuit, ut et scriptiones pravas earumque glossas non meliores pro vera Ciceronis manu haberent easque explicare studerent: id quod accidit Francisco Maturantio, Ascensio, Omnibono: quos non moramur. „Mauric. *in scholis θετικῶς; Pithoean. in scholis θετικαί.*“ Graev. „Ed. Ven. *κταικαί*, al. *perfectica*, *electica*, ut un. Ox.“ Gernh. Abest vox graeca, loco relicto vacuo, a Codd. Oxx. E. σ. ψ. Drsd. 2. 3. Edd. Bibl. Hdlbg. s. l. et a. Ed. ap. Meusel. et Daventr. 1515: sed in his Edd. post lacunam sequitur *i. e. possessiva*. In Gud. C. est *κτητικά id est possessiva*, ut in Edd. Ven. 1514. Argent. 1515.; Gud. A. habet *entora i. possessiva;* Gud. B. *ettpyka;* Crz. 1. *anticoya i. e. possessiva* (sed supra lin.: *vel thetica*, corr. in *thectica:* cui superscr. *graecum est:*); Crz. 2. *onoyna id est possessiva;* Crz. 3. et Drsd. 1. *thetica i. e. possessiva;* Drsd. 4. *antifica i. possessiva;* Duisb. *θετικός i. e. possessiva;* Ox. I. *ENTICHOC i. persectica vel electica*. In Edd. Paris. 1512. et Daventr. 1515. est *κτιτικα possessiva;* in Ven. 1492. *κηικαι possessiva* (supra lin. *kthetica* scriptum): Ed. Paris. 1507. *Ctitica possessiva*, in Lugd. 1515: *ethica possessiva*.

Ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.] Cod. Crz. 1. *ad nostrum oratorium hoc*, Crz. 2. *ad nostrum dicendi hoc*

oratorium genus transfero, Crz. 3. omittit *transfero*, Drsd. 1. 3. *ad nostrum hoc dicendi oratorium transfero genus*, Drsd. 5. *hic* pro *hoc*; Cod. Gud. A. *ad nostrum dicendi et oratorium transfero genus*; Cod. Suerin. *ad nostr. orat. transfero dicendi hoc genus.* Ed. Paris. s. a. *ad nostrum hoc dicendi or. tr. gen.* cum Asc. 1511, plane ut Crz. 2; Cod. Pith. *ad nostrum dicendi hoc oratorium transfero genus.* Mr.

In apertum ut referas,], „*Proferas* unus; *deferas*, unus." Ald. Man. „i. e. ut edas et publices." Frc. Sylv. „ut ab omnibus spectari et legi possit, quasi in loco aliquo eminentiore positum." Frc. Maturanti. — *In acceptum ut referas*] „Sic et olim edidi, et maneo nunc in sententia. Movet me complurium Codd. MSS. auctoritas, qui, cum vulg. consentientes habent *referas*, non *proferas*. *Referre in acceptum* autem videtur dixisse pro *referre in codicem accepti*: quod non intellectum a sciolis credibile est ab eis esse depravatum." Lambin.

In apertum ut proferas] „Omnes m. s. libri *referas* habent, quidam *apertum*, alii *acceptum*, quasi dicat: Tantulum est, ut accepto ferre non debeas." Car. Lang. „*In acceptum ut referas* Lambinus protulit e mss. suis, inventumque idem a Gulielmio in Maur. ac Fabr. item Metellano. Vulgati prius *in apertum ut proferas*, quod etiam damnabat codex scriptus, quem contulit Gifanius, ut indicat ipse in Observationibus suis linguae Latinae, haerentibus passim in manibus studiosae iuventutis, quarumque copiam mihi fecit nostrarum artium vir primarius Mich. Piccartus." Gruter. „Habes totum apud Senecam, lib. VI. Nat. Quaest. cap. 5, ubi et de membranis optimis testatur pater in notis." J. Gronov. Est autem J. F. Gronovii ad Senecae l. c. (*illis — referri debet acceptum*) annotatio haec: „Cod. Britann. *in accepto.* Cicero lib. Ii in Verrem: *negabat opus in acceptum referre posse.* Et mox: *si in acceptum non retulisset, putabat se aliquid defensionis habiturum.* Paradoxis: *Hoc tamen opus in acceptum ut referas, nihil postulo.* Sic prorsus et nos in optimis membranis scriptum vidimus." — *Gifanii* autem Observatio, quam laudat *Gruterus*, haec est (p. 9. ed. Frcof. 1624.): „*Hoc autem opus in acceptum ut referas*, n. p. Sic habebat v. c. manu scriptus optimus, quem contuli ipse, et ita legendum. Quidam emendarunt *in apertum ut referas*: putantque multi *in apertum referre* latine recte dici pro eo, quod *divulgare*. Itaque multi loquuntur, ut P. Manutius in Epist. opere, Sannazarius et alii: sed falluntur. Aemilius Macer l. 7. lex Iulia §. 1. D. ad l. Iul. repetund.: *Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum.* Paullus in l. 101.

Paullus in fin. D. de solut.: *Cum autem creditor pignus distraheret licere ei pretium in acceptum referre.* Cic. in Verr. de Praetura Urbana: *Opus in acceptum retulit quadriennio post quam diem operi dixerat, hac conditione, si quis de populo redemptor accessisset.*" Mr.

in apertum ut proferas] Al. *in acceptum ut referas*, hoc est in codicem accepti. Facc.

In apertum ut proferas,] „Revocavi lectionem Edd. vett., pro qua primus ex aliquot MSS. Lambinus edidit *in acceptum ut referas*, quae tamen non respondet sequentibus: *non est enim ut in arce poni possit.*" Schütz. Non obedientes nactus est Schützius Gernhardum, Orellium, Borgersium: e quibus Gernh. „Et huic, inquit, ipsi locutioni, qua significat rem non magni pretii esse, et verbis *nihil postulo* magis convenit *in acceptum ut referas.* Quis enim modestior postulaverit, ut munus suum in apertum proferatur? Accedit quod ipse Cic. §. 4. dicit *tentare volui, possentne proferri in lucem.* Th. Bentleius dubitat utram lectionem sequatur et pro *apertum* male coniicit *apricum;* Or. autem *in apertum ut referas* manifesto, inquit, corruptum, conjectura, ut videtur, ab Herw. 1534. mutatum est *in apertum ut proferas:* sicque Facciol. [in utraque ed.] et Schtz." Mr.

In acceptum ut referas] Restat, ut videamus de libris nostris. Ex Oxx. unus modo, σ, habet *acceptum*, reliqui *apertum* cum Codd. Bas. Erlang. Crz. 1. 2. (hi duo, omisso *ut*) Crz. 3. Gud. A. (item omisso *ut*), Gud. 3. Drsd. 2. Voss. unus; Gud. B. habet *aptum*, Drsd. 1. *in acceptum proferas*, Drsd. 3. *ut in acceptum referas*, Drsd. 4. *in accepto ut referas*, cum Cod. Suerin. Ex his vides illud *proferas* etiam in Cod. MS. esse. Sed est etiam, praeter Herwag. 1534, in Ed. nostra Paris. s. a. Paris. 1543. Ald. 1548. H. Wolf. itemque iam in Asc. 1511. Camerar.; *in apertum ut referas* habent Ed. prc. Ed. ap. Meusel., Magnoli, Manut. Ald. 1517. et 1552. et excepta Vict. et Lamb., ante Grut., reliquae vett. omnes. Nec vero Manutianae Ed. Gernhardus tribuit *deferas*, ut existimabat Or., sed uni Codici ab Aldo Man. collato: cuius annotationem supra exhibuimus. In reliquis (etiam nostro Drsd. 5. et Duisb.) est scriptum, ut nos exhibemus. Est autem *in acceptum referre opus* apud ICtos scribere opus perfectum esse ea ratione, qua locatum est. Mr. Est h. l. elegans metaphora ducta ex tabulis accepti et expensi, veluti mercatores, dispensatores, patres familias habent tabulas pecuniae acceptae et item tabulas expensi. Prouti igitur in tabulis excepti veluti maiores summas ponunt, minores omittunt, sic Cicero hoc parvum opus Paradoxorum non vult censeri tanquam maius opus, quod in tabulas accepti referatur, quod idem

latini dicunt *aliquid in acceptum referre*, unde alia orta est significatio metaphorica *alicui aliquid acceptum referre* pro alicui debere vel donatum accepisse. Wyttenb. Loci autem supra ex Verrinis laudati sunt Act. II. lib. I, 57, 149; lib. II, 70, 170; lib. I, 36, 93. Mr.

Non est enim,] „Edd. *Non enim est tale.*" Graev. — „Vocem *tale* interpositam passim delevit Gulielmius e libri Mauriciani fide, tanquam abundaret, et venustius subintelligeretur." Grut.

non est enim] Grammatici addidere *tale*, quod non est opus. Facc.

Non est enim,] Probam hanc lectionem habent Codd. Bern. Crz. 3. Oxx. et Vossiani, Edd. Paris. s. a. Daventr. 1515. vet. ap. Meusel. (nisi quod exhibet *non enim est*) et inde a Grut. omnes. Reliquos libros occupat pravum illud *tale*, sed non uno loco eodemque positum, ut magis etiam glossam agnoscas. Sic Suer. Drsd. 4. 5. et Gud. B. habent *non enim tale est*, Gud. B. *non enim tale*, omisso *est*. Mr.

Ut in arce poni possit,] „*In arcem*, quinque. *In arce* sc. Atheniensi." Ald. Man. „Cod. Duisb. *in archa*, Crz. 2. *in arte*, Gud. 3. *in arcem*, Crz. 3. Drsd. 1. *ut arce*, omisso *in*. Drsd. 3. *in arce reponi:* non male, si plures et meliores addicerent. Mr.

Quasi illa Minerva Phidiae] „*illa Minerva* (sine *Phidiae*), unus. *Illa* abest ab uno. Minerva Phidiae ex aere. Plin. lib. XXXIV, cap. 8. nam aliam non ita laudatam fecerat ex ebore. Plinius ibidem et lib. XXXVI, cap. 5. Vide Plut. in Pericle, Thucydidem lib. II. Pausaniam et Cic. in Tusc. Quaest. et Arist. de Mundo." Ald. Man. Phidias statuarius diis, quam hominibus, efficiendis melior artifex traditur. In ebore vero longe citra aemulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis aut Olympium in Elide Iovem fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptae religioni videtur, adeo maiestas operis deum aequavit. Autor est Quintilianus lib. 12. Cicero in libro de Oratore ad Brutum negat Phidiae signis quicquam in illo genere videri perfectius. Hic speciem sui Minervae in clypeo inclusit, cum inscribere non liceret, ut ait Cicero Tusculanarum 1. *Eam siquis dissolvisset, collocationis universam speciem sustulisset,* ut ait idem libro de Oratore ad Brutum." Frc. Sylv. — „Proverbiale quiddam redolet. Aristot. de Mundo et Cic. Tuscc. 1. de ea scribunt. Hanc Minervam Ὑγείαν Plut. in Pericle cognominat. Celebrantur a Plinio et Pausania etiam aliae Minervae, quas Phidias fecit, prae ceteris vero, quae in Parthenone templo posita fuit." Xyst. Betul. „Phidias architectus et statuarius temporibus Periclis, cuius auctoritate Athenis plurima fecit opera, in his palmariam illam Minervae statuam, quae in arce Atheniensi reposita est. Sen-

tentia loci huc redit: et prouti Phidias, qui palmarium illud signum Minervae fecit, etiam fecit minora signa, nec ea contemnenda, ut ab eodem artis ingenio profecta, nec tamen in arce reponenda: sic tu, Brute, quando quidem a me accepisti maiorem illum librum de Claris Oratoribus, hunc item accipies, nec tamen in acceptum referes, i. e. non eum quasi munus aliquod notandum in tabulas accepti referes." Wytt.

Minerva Phidiae] Statua, quae in arce Atheniensi collocata erat, opus Phidiae longe nobilissimum, de quo in Tuscul. 1. cap. 15. et apud Plinium l. 34. c. 8. Facc.

Minerva Phidiae] Cic. de Or. II, 17, 73: *In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut, tanquam Phidiae, Minervae signum efficere possit; non sane, quemadmodum in clypeo ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Ceterum de *Phidia* vid. quae collegit Frc. Junius in Catalogo Artificum (ad calcem operis de Pictura Veterum. Roterod. 1694. f. m.) p. 151—162. — De lectione haec addenda: Legitur *fidie* in Codd. Crz. 1. 2.; *fidiae* in Drsd. 2. 3.; *fide* in Drsd. 5.; *minerva illa fidie* in Gud. B., *Min. illa fidei* in Suerin.; *Phidie* in Ed. Hdlbg. s. a.; habent etiam *Minerva illa* Edd. Vict. Suffridi Petri; abest *illa* ab Edd. Hdlbg. s. a. Ven. 1492. Paris. 1512. Ed. ap. Meusel. Paris. 1507. Lugd. 1515. In varr. lectt. ap. H. Wolf. est *qua* pro *quasi*. Mr.

tamen tale est] „*sed tale tamen est*, quinque; *sed tamen tale est*; tres; *sed tamen*, quinque; *sed tantum*, unus." Ald. Manut. — *Tale tamen est* habent Edd. Crat. Magnoli et Manut. ap. Or., Sylb. Ald. 1517. 1552; *tale tamen* habet Ed. Huber.; *sed tantum* Ed. prc. Mogunt. Ven. 1487. 1492. 1514. Herw. Cam. Sturm. var. lect. ap. H. Wolf. In Codd. Crz. 1. Drsd. 5. legitur *sed tamen tale* in Drsd. 3. *sed tale est*. Reliqui libri simpliciter et sine glossa *sed tamen*, ut nos edidimus. Mr.

Ut ex eadem officina exisse appareat.] Cod. Crz. 1. *officiana*; Crz. 2. *ex eadem efficacia*. Gud. A. *officina i. e. ingenio*. Duisb. omittit *ut*, pergitque *ex eadem off. in hanc eandem figuram exisse app.*, Oxx. E. ψ. *ex ead. off. in hac eadem fig. ex. app.* Gud. A. B. *app. in hac eadem figura:* in Gud. A. supra scr. *in eodem mihi stilo;* Crz. 1. a pr. m. ut nos: a sec. *exisse vid. i. hac eadem fig. exisse appareat.* Crz. 3. *exisse videatur an hac ead. fig. ex. app.* Drsd. 1. *app. i. hac ead. fig. exisse.* Drsd. 3. *app. u. hac ead. fig. exisse.* Edd. Crat. Magn. Manut. Hub. var. Lect. ap. H. Wolf. *exisse videatur*. Idem, sed additis verbis *in hac eadem figura exisse app.* Ed. Hdlb. s. a. Ven. 1492. Par. 1507. 1510. Arg. 1515. Lugd. 1515. Ed. s. l. ap. Meus. — Sola Ven.

1514. *ut ex eadem officina, in hac eadem figura exisse appareat.* Mr.

PARADOXON I.

"Ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν.

[*Quod honestum sit, id solum bonum esse.*]

Vereor, ne cui vestrûm ex Stoicorum hominum I. disputationibus, non ex meo sensu deprompta haec videatur oratio: dicam tamen, quod sentio; et dicam brevius, quam res tanta dici poscit. Nunquam mehercule ego neque pecunias istorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maxime adstricti sunt, voluptates, in bonis rebus aut expetendis esse duxi: quippe quum viderem, rebus his circumfluentes ea tamen desiderare maxime, quibus abundarent. Neque enim expletur unquam, nec satiatur cupiditatis sitis: neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum hominum, maiorum nostrorum, saepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla et commutabilia pecuniae [membra], verbo BONA putaverunt appellanda, quum re ac factis longe aliter iudicavissent. Potestne bonum cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, et obsint probis. Quam ob rem licet irrideat, si qui

vult, plus apud me [tamen] vera ratio valebit, quam vulgi opinio: neque ego unquam bona perdidisse dicam, si qui pecus aut supellectilem amiserit: neque non saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem: cujus quum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, quum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret: *Ego vero,* inquit, *facio: nam omnia mecum porto mea.* Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putavit, quae nos appellamus etiam bona. Quid est igitur, quaeret aliquis, bonum? Si quid recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur: et, quod rectum et honestum et cum virtute est, id solum opinor bonum.
II. Sed haec videri possunt obscuriora, quum lentius disputantur: vita atque factis illustranda sunt summorum virorum haec, quae verbis subtilius, quam satis est, disputari videntur. Quaero enim a vobis, num ullam cogitationem habuisse videantur ii, qui hanc rem publicam tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri et argenti ad avaritiam, aut amoenitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates? Ponite ante oculos unumquemque regum. Vultis a Romulo? vultis post liberam civitatem, ab iis ipsis, qui liberaverunt [eam]? Quibus tandem gradibus Romulus escendit in caelum? iisne, quae isti bona appellant? an rebus gestis atque

virtutibus? Quid? a Numa Pompilio? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles hirnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos: sunt enim omnes pares inter se, praeter Superbum. Brutum si qui roget, quid egerit in patria liberanda: si quis item reliquos eiusdem consilii socios, quid spectaverint, quid secuti sint: num quis exsistet, cui voluptas, cui divitiae, cui denique, praeter officium fortis et magni viri, quicquam aliud propositum fuisse videatur? Quae res ad necem Porsenae C. Mucium impulit, sine ulla spe salutis suae? Quae vis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quae patrem Decium, quae filium devotavit, atque immisit in armatas hostium copias? Quid continentia C. Fabricii, quid tenuitas victus M' Curii sequebatur? Quid duo propugnacula belli Punici, Cn. et P. Scipiones, qui Karthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt? quid Africanus major? quid minor? quid inter horum aetates interiectus Cato? Quid? innumerabiles alii (nam domesticis exemplis abundamus) cogitassene, quicquam in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esset et praeclarum, videntur? Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac senten- III.
tiae, et iam vel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore et auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui caelato auro et argento,

qui Corinthiis operibus abundant, an C. Fabricii, qui nihil eorum habuit, nihil habere voluit, similes esse malint? Atque haec quidem, quae modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent ut in rebus bonis esse negent: illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum. Quae quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Tu, quum tibi sive deus, sive mater, ut ita dicam, rerum omnium, natura, dederit animum, quo nihil est praestantius, neque divinius, sic te ipse abiicies atque prosternes, ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam putes interesse? Quicquamne bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit? Ut enim quisque est maxime boni particeps, ita etiam laudabilis maxime: neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeste possit gloriari. Quid autem est horum in voluptate? Melioremne efficit aut laudabiliorem virum? an quisquam in potiundis voluptatibus gloriando sese et praedicatione effert? Atqui si voluptas, quae plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis habenda non est: eaque, quo est maior, eo magis mentem e sua sede et statu demovet; profecto nihil est aliud bene et beate vivere nisi honeste et recte vivere.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν.] „Ciceronis argumentandi modum, qui iuniores fortasse dialecticos latet, quod cum dicendi flore coniunctus est, hoc pacto in ratiocinationem redigemus: Solum id, quo accepto mens nostra acquiescit, nil amplius desiderat,

est bonum: solum vero honestum est tale: ergo solum honestum est bonum. Sic, sumpta eadem propositione, a contrario: Nullis opibus, divitiis, tectis magnificis, aut huiusmodi, mens expletur: ergo non sunt bona. Ceterum Graecis utitur inscriptionibus, quod declamationum themata sunt haec a Graecis sumpta." Ald. Manut. „Vocabulorum significatio plurimas in disputando amphibolias parit, veluti in hoc ipso τοῦ καλοῦ vocabulo, quod tam ex Platone, quam aliis, plerique *pulchrum* interpretantur, Cicero noster, et hi, quibus eius lectio familiarior est, semper *honestum*, apud quos *pulchri* vox, hac saltim significatione, raro invenitur. Τὸ δὲ καλὸν ἀπὸ τοῦ καλεῖν Proclo ducitur, eo quod sua pulchritudine hominum mentes permulcet et ad sui amorem invitat. Cicero in Rhetoricis honestum nominat, quod aut totum aut ex parte propter se expetitur. Stoicis vero τὸ καλὸν λέγεται μοναχῶς τὸ ἐπαινετοὺς παρεχόμενον τοὺς ἔχοντας ἀγαθὸν ἐπαίνου ἄξιον. — Cicero alibi hoc paradoxon ad Zenonem auctorem refert, Laërtius ad Hecatonem et Chrysippum. Laertii verba negotium fusius declarantia haec sunt: (Lib. VII, 101.) λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι, καθά φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἀγαθῶν, καὶ Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ. εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετὴν καὶ τὸ μετέχον ἀρετῆς, ᾧ ἐστιν ἴσον τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶναι, καὶ τὸ ἰσοδυναμοῦν τῷ καλῷ, τὸ ἀγαθόν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τούτῳ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀγαθόν, καλόν ἐστιν. ἔστι δὲ καλὸν, ἀγαθὸν ἄρα ἐστί." Xyst. Betul. „Ut Langius, ut ante Victorius et Herwagius, sic et membranae patri inspectae ordinant: ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν; quod non fuit mutandum." Gronov. „In veteribus exemplaribus inscriptiones nullae latinae exstant. Sunt enim axiomata Stoica, quam sectam Graeci condiderunt." Car. Lang. Facciol. Graeca scripsit: ὅτι ἀγαθὸν μόνον, τὸ καλόν, addiditque: Certe ex schola Stoica, sive Zenonis sit sive Hecatonis sive Chrysippi." Inscriptio Graeca abest a Codd. Oxx. E. I. U. η. σ. ψ. Suer. Gud. C. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 2. 3. 4. 5. ab Ed. Hdlb. s. l. e. a. In Ed. Vict. est ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν, et sic in Arg. 1515. Paris. 1512 (sed ἀγατόν), et sic etiam Dav. 1515. Ven. 1514. Ven. 1492. (οτι μονοντοκαλοναατον: sic:) Ald. 1548. 1552. Rob. Steph. Boul. Lamb. Paris. 1543. Car. Steph. Crat. Cam. Herw. In Ald. 1517. est *ΟΤΙ ΜΟΝΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΚΑΛΟΝ*. in Paris. 1507. Lugd. 1515: oti monon to calon agaton: in tribus ultimis non est inscriptio Latina. Solam latinam habet Cod. Crz. 1.: *id quod est honestum, est solum bonum;* Crz. 2: *Quod honestum sit, id solum bonum esse;* Gud. B. *quod honestum sit, id solum bonum:* Car. Steph. habet *quod solum bonum, honestum.* Gud. C. *quod honestum id solum bonum est.* Multae Edd. vett. habent *esse bo-*

num pro *bonum esse;* nullam autem habent latinam inscriptionem, praeter tres, quas diximus, Ed. prc. Mog. 1465. Suffridi Petri et Huberi. Neque latinam neque graecam habent Oxx. I. ψ.; solus Ox. N.: *Quod enim honestum sit dicebant id solum bonum esse*; Ascens. 1520: *Quod solum honestum bonum:* Facc. Ed. 2. (nam prima exhibet, quod nos edimus): *Quod honestum sit, id solum bonum est.* Latinas inscriptiones cum Or. uncinis inclusimus. Mr.

Vereor, ne cui] Codd. Oxx. E. I. N. ψ. U. Crz. 1. 3. duo Gruteri, Drsd. 2. 4. 5. Basil. Gud. B. C. Suerin. Edd. Ven. 1487. 1492. Ed. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1514. Lugd. et Davent. 1515. Paris. 1507. Arg. 1515. habent *vereor tamen.* Pergunt Oxx. E. I. N. ψ. *ne cuiquam.* Tum Crz. 2. Drsd. 2. *nostrum*, pro *vestrum.* Mr. „Liber Metelli et Pal. pr. *Vereor tamen, ne cui,* quod non displicet Gulielmio: tanquam abrupte usque heic incipiat. Mox in eodem adnotatum erat, *alias exoticorum,* quod idem reperit in suo Suffridus, probatque item Gulielmius, quoniam ita omnes peregrini nominarentur Romanis." Gruterus. De sententia, cuius in hac disputatione Cicero defendit veritatem, pluribus idem locis loquitur v. c. De Off. 3, 13. Tuscc. 5, 15 et 30. de Finn. 3, 8. ib. c. 15. Lib. 4, 16 et 26." Mr.

Ex Stoicorum hominum] „Sic quindecim. Unus *ex Socraticorum hominum,* unus *exacticorum hominum*, unus *exoticorum hominum.* Exoticum autem est, quicquid peregrinum est. Nonius ex Plauto. Placet *Stoicorum.* Non enim de Graecorum omnium, id est peregrinorum hominum, disputationibus licet accipere: quod alii arbitrantur. Sed hoc disputat Cicero e Stoicorum duntaxat sententia. atque etiam illa ipsa tantum, quae nec Stoicis ipsis probare facillimum est, quod supra dixit." Ald. Manut. „*Homines* rarius dicitur de sectis, quam de nationibus: veluti Romani homines, Graeci homines. Et autem Graecismus, φιλόσοφος ἀνήρ: at minus apud eosdem frequens est φιλόσοφος ἄνθρωπος." Wytt.

Ex Stoicorum hominum] Cod. Gud. B. habet antiquorum, Drsd. 2. *historicorum* (sic), Duisb. *exoticorum*, cui voci in marg. adscriptum est: *peregrinorum* vel *odibilium* [cogitabat glossator, doctus scilicet, de voce *exosorum*]: al. *ex Stoycorum.* Marklandus in Notis ad Statium, Sylv. V, 2. p. 273. (p. 367. ed. Dresd.), pro *Stoicorum hominum* scripsit, plane legendum *otiosorum hominum*, literis transpositis, nec vero quemquam obedientem habuit. Vox *hominum* abest a Cod. Bas. Proximum *non* excidit in Cod. Ox. σ. Tum Drsd, 4. et 5. habent *ex meo consensu.* Mr.

Deprompta] „In antiquo Cod. invenio scriptum *disputata*, non

deprompta." Frc. Sylv. „Pal. sec. *disputata*, quae scripturae varietas facit, ut putem fere utramque insititiam, neque auctoris; certe non desiderari quivis videt." Gruter. „Pal. sec. et Pith. *ex meo sensu disputata.*" Graev. Est etiam *disputata* in Codd. Crz. 2. et Gud. A.; in Ox. ψ. *derapta.* Cf. de Or. II, 78: *Erunt paene ex intima defensione deprompta.*" Mr.

Haec videatur oratio:] Scribitur *videatur haec* in Codd. Crz. 1. Gud. C. Pergit Crz. 3. cum Drsd. 2. 5. Duisb. Bas. Ed. prc. Mog. 1465. Vict. Ed. ap. Meus. *dicam quod sentio tamen*, quod probavit Bentl. Non placet. In Gud. B. est *dicam quidem sentio tamen*, Suerin. *dicam quid sentiam tamen*, Drsd. 4. *dicam quod sentio tam*, Edd. Ven. 1492. Paris. 1507: *dicam quid sentio tantum*, Edd. Hdlbg. s. l. et a. Ven. 1414. Arg. 1515. Daventr. 1515. Paris 1512. Lugd. 1514. *dicam quid sentio tamen* In Crz. 1. scriptum est *sencio.* Tum Gud. B. *et eo dicam.* Mr.

Quam res tanta dici poscit,] Scribitur *tanta res* in Ed. Paris. s. a. Codd. Crz. 1. 2. Gud. A. C. *tanta res*, cum Drsd. 1., in Drsd. 5. est *res tracta.* Pro *poscit*, quod est optimorum librorum, scribitur *possit* in Codd. Gud. A. B. C. Crz. 1. 3. uno Voss. Drsd. 3. Duisb. Suerin. Ox. U. Pith. Edd. ap. Meus. Crat. Manut. Magn. Lamb. Ven. 1514. Crat. Aldd. tres, Paris. 1543. Lambb. H. Wolf. Sylb. Asc. 1511. Boul. Sturm. Car. Steph. Paris. s. a. Quam lectionem cum stare non posse existimarent correctores, scripserunt nonnulli *dici potest*, et sic Codd. Crz. 2. Ox. I., Edd. Hdlbg. s. l. et et a. Venet. 1492. Arg. 1515. Pariss. 1507. 1512. Lugd. 1515. Ven. 1514. Rob. Steph. et ap. Or. Cod. Bern. cum Ed. prc. Mog. 1465. Denique *posset* Drsd. 3. et *poterit* Ox. N., quae sunt item correctoris. Mr.

Dici possit] „*Quam res tanta poscit*, alii legunt. *Tanta res*, novem. *Potest*, quinque." Ald. Man. „Si breviter dici non potest ἁπλῶς, quomodo a Cicerone poterit? An vero is singulari arte praeditus est, qua ceteri omnes carent? An *possit* pro *posse videatur* positum est? Car. Langius legit *dici poscit.* Sed et hoc durum est: *res poscit dici breviter:* et Graecum ἡ ὑπόθεσις ἀξιοῖ μεταχειρίζεσθαι συντόμως: pro *se* vel *de se dici breviter.* Quare suspicor legendum. *Et dicam brevius, quam res poscit:* omisso verbo *dici.*" H. Wolf. „*Dici poscit:* ita Camerarii editio. Victorii et antiquae *potest.* Sed enim cum in Pal. sec. aliisque restet [quasi vestigium verae lectionis] *possit*, viam nobis ostendit ad scripturam alteram." Gruter. „*Poscit* Lang. et Cam. Sed Vict. et al. *res tanta dici potest.* Pal. sec. Pith. et nonnullae Edd. *possit.*" Graev. „Al. *possit.* Sed minus apte." Facc. *Dici poscit* est

Paullus in fin. D. de solut: *Cum autem creditor pignus distraheret licere ei pretium in acceptum referre.* Cic. in Verr. de Praetura Urbana: *Opus in acceptum retulit quadriennio post quam diem operi dixerat, hac conditione, si quis de populo redemptor accessisset.*" Mr.

in apertum ut proferas] Al. *in acceptum ut referas*, hoc est in codicem accepti. Facc.

In apertum ut proferas,] „Revocavi lectionem Edd. vett., pro qua primus ex aliquot MSS. Lambinus edidit *in acceptum ut referas*, quae tamen non respondet sequentibus: *non est enim ut in arce poni possit.*" Schütz. Non obedientes nactus est Schützius Gernhardum, Orellium, Borgersium: e quibus Gernh. „Et huic, inquit, ipsi locutioni, qua significat rem non magni pretii esse, et verbis *nihil postulo* magis convenit *in acceptum ut referas.* Quis enim modestior postulaverit, ut munus suum in apertum proferatur? Accedit quod ipse Cic. §. 4. dicit *tentare volui*, *possentne proferri in lucem.* Th. Bentleius dubitat utram lectionem sequatur et pro *apertum* male coniicit *apricum;* Or. autem *in apertum ut referas* manifesto, inquit, corruptum, conjectura, ut videtur, ab Herw. 1534. mutatum est *in apertum ut proferas:* sicque Facciol. [in utraque ed.] et Schtz." Mr.

In acceptum ut referas] Restat, ut videamus de libris nostris. Ex Oxx. unus modo, σ, habet *acceptum*, reliqui *apertum* cum Codd. Bas. Erlang. Crz. 1. 2. (hi duo, omisso *ut*) Crz. 3. Gud. A. (item omisso *ut*), Gud. 3. Drsd. 2. Voss. unus; Gud. B. habet *aptum*, Drsd. 1. *in acceptum proferas*, Drsd. 3. *ut in acceptum referas*, Drsd. 4. *in accepto ut referas*, cum Cod. Suerin. Ex his vides illud *proferas* etiam in Cod. MS. esse. Sed est etiam, praeter Herwag. 1534, in Ed. nostra Paris. s. a. Paris. 1543. Ald. 1548. H. Wolf. itemque iam in Asc. 1511. Camerar.; *in apertum ut referas* habent Ed. prc. Ed. ap. Meusel., Magnoli, Manut. Ald. 1517. et 1552. et excepta Vict. et Lamb., ante Grut., reliquae vett. omnes. Nec vero Manutianae Ed. Gernhardus tribuit *deferas*, ut existimabat Or., sed uni Codici ab Aldo Man. collato: cuius annotationem supra exhibuimus. In reliquis (etiam nostro Drsd. 5. et Duisb.) est scriptum, ut nos exhibemus. Est autem *in acceptum referre opus* apud ICtos scribere opus perfectum esse ea ratione, qua locatum est. Mr. Est h. l. elegans metaphora ducta ex tabulis accepti et expensi, veluti mercatores, dispensatores, patres familias habent tabulas pecuniae acceptae et item tabulas expensi. Prouti igitur in tabulis excepti veluti maiores summas ponunt, minores omittunt, sic Cicero hoc parvum opus Paradoxorum non vult censeri tanquam maius opus, quod in tabulas accepti referatur, quod idem

latini dicunt *aliquid in acceptum referre*, unde alia orta est significatio metaphorica *alicui aliquid acceptum referre* pro alicui debere vel donatum accepisse. Wyttenb. Loci autem supra ex Verrinis laudati sunt Act. II. lib. I, 57, 149; lib. II, 70, 170; lib. I, 36, 93. Mr.

Non est enim,] „Edd. *Non enim est tale*." Graev. — „Vocem *tale* interpositam passim delevit Gulielmius e libri Mauriciani fide, tanquam abundaret, et venustius subintelligeretur." Grut.

non est enim] Grammatici addidere *tale*, quod non est opus. Facc.

Non est enim,] Probam hanc lectionem habent Codd. Bern. Crz. 3. Oxx. et Vossiani, Edd. Paris. s. a. Daventr. 1515. vet. ap. Meusel. (nisi quod exhibet *non enim est*) et inde a Grut. omnes. Reliquos libros occupat pravum illud *tale*, sed non uno loco eodemque positum, ut magis etiam glossam agnoscas. Sic Suer. Drsd. 4. 5. et Gud. B. habent *non enim tale est*, Gud. B. *non enim tale*, omisso *est*. Mr.

Ut in arce poni possit,] „*In arcem*, quinque. *In arce* sc. Atheniensi." Ald. Man. „Cod. Duisb. *in archa*, Crz. 2. *in arte*, Gud. 3. *in arcem*, Crz. 3. Drsd. 1. *ut arce*, omisso *in*. Drsd. 3. *in arce reponi:* non male, si plures et meliores addicerent. Mr.

Quasi illa Minerva Phidiae] „*illa Minerva* (sine *Phidiae*), unus. *Illa* abest ab uno. Minerva Phidiae ex aere. Plin. lib. XXXIV, cap. 8. nam aliam non ita laudatam fecerat ex ebore. Plinius ibidem et lib. XXXVI, cap. 5. Vide Plut. in Pericle, Thucydidem lib. II. Pausaniam et Cic. in Tusc. Quaest. et Arist. de Mundo." Ald. Man. Phidias statuarius diis, quam hominibus, efficiendis melior artifex traditur. In ebore vero longe citra aemulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis aut Olympium in Elide Iovem fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptae religioni videtur, adeo maiestas operis deum aequavit. Autor est Quintilianus lib. 12. Cicero in libro de Oratore ad Brutum negat Phidiae signis quicquam in illo genere videri perfectius. Hic speciem sui Minervae in clypeo inclusit, cum inscribere non liceret, ut ait Cicero Tusculanarum 1. *Eam siquis dissolvisset, collocationis universam speciem sustulisset*, ut ait idem libro de Oratore ad Brutum." Frc. Sylv. — „Proverbiale quiddam redolet. Aristot. de Mundo et Cic. Tuscc. 1. de ea scribunt. Hanc Minervam *Ὑγίειαν* Plut. in Pericle cognominat. Celebrantur a Plinio et Pausania etiam aliae Minervae, quas Phidias fecit, prae ceteris vero, quae in Parthenone templo posita fuit." Xyst. Betul. „Phidias architectus et statuarius temporibus Periclis, cuius auctoritate Athenis plurima fecit opera, in his palmariam illam Minervae statuam, quae in arce Atheniensi reposita est. Sen-

tentia loci huc redit: et prouti Phidias, qui palmarium illud signum Minervae fecit, etiam fecit minora signa, nec ea contemnenda, ut ab eodem artis ingenio profecta, nec tamen in arce reponenda: sic tu, Brute, quando quidem a me accepisti maiorem illum librum de Claris Oratoribus, hunc item accipies, nec tamen in acceptum referes, i. e. non eum quasi munus aliquod notandum in tabulas accepti referes." Wytt.

Minerva Phidiae] Statua, quae in arce Atheniensi collocata erat, opus Phidiae longe nobilissimum, de quo in Tuscul. 1. cap. 15. et apud Plinium l. 34. c. 8. Facc.

Minerva Phidiae] Cic. de Or. II, 17, 73: *In his operibus si quis illam artem comprehenderit, ut, tanquam Phidias, Minervae signum efficere possit; non sane, quemadmodum in clypeo ille artifex, minora illa opera facere discat, laborabit.* Ceterum de *Phidia* vid. quae collegit Frc. Junius in Catalogo Artificum (ad calcem operis de Pictura Veterum. Roterod. 1694. f. m.) p. 151—162. — De lectione haec addenda: Legitur *fidie* in Codd. Crz. 1. 2.; *fidiae* in Drsd. 2. 3.; *fide* in Drsd. 5.; *minerva illa fidie* in Gud. B., *Min. illa fidei* in Suerin.; *Phidie* in Ed. Hdlbg. s. a.; habent etiam *Minerva illa* Edd. Vict. Suffridi Petri; abest *illa* ab Edd. Hdlbg. s. a. Ven. 1492. Paris. 1512. Ed. ap. Meusel. Paris. 1507. Lugd. 1515. In varr. lectt. ap. H. Wolf. est *qua* pro *quasi*. Mr.

tamen tale est] „*sed tale tamen est*, quinque; *sed tamen tale est*; tres; *sed tamen*, quinque; *sed tantum*, unus." Ald. Manut. — *Tale tamen est* habent Edd. Crat. Magnoli et Manut. ap. Or., Sylb. Ald. 1517. 1552; *tale tamen* habet Ed. Huber.; *sed tantum* Ed. prc. Mogunt. Ven. 1487. 1492. 1514. Herw. Cam. Sturm. var. lect. ap. H. Wolf. In Codd. Crz. 1. Drsd. 5. legitur *sed tamen tale* in Drsd. 3. *sed tale est*. Reliqui libri simpliciter et sine glossa *sed tamen*, ut nos edidimus. Mr.

Ut ex eadem officina exisse appareat.] Cod. Crz. 1. *officiana*; Crz. 2. *ex eadem efficacia*. Gud. A. *officina i. e. ingenio*. Duisb. omittit *ut*, pergitque *ex eadem off. in hanc eandem figuram exisse app.*, Oxx. E. ψ. *ex ead. off. in hac eadem fig. ex. app.* Gud. A. B. *app. in hac eadem figura:* in Gud. A. supra scr. *in eodem mihi stilo;* Crz. 1. a pr. m. ut nos: a sec. *exisse vid. i. hac eadem fig. exisse appareat.* Crz. 3. *exisse videatur an hac ead. fig. ex. app.* Drsd. 1. *app. i. hac ead. fig. exisse.* Drsd. 3. *app. u. hac ead. fig. exisse.* Edd. Crat. Magn. Manut. Hub. var. Lect. ap. H. Wolf. *exisse videatur.* Idem, sed additis verbis *in hac eadem figura exisse app.* Ed. Hdlb. s. a. Ven. 1492. Par. 1507. 1510. Arg. 1515. Lugd. 1515. Ed. s. l. ap. Meus. — Sola Ven.

1514. *ut ex eadem officina, in hac eadem figura exisse appareat.* Mr.

PARADOXON I.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν.

[*Quod honestum sit, id solum bonum esse.*]

Vereor, ne cui vestrûm ex Stoicorum hominum I. disputationibus, non ex meo sensu deprompta haec videatur oratio: dicam tamen, quod sentio; et dicam brevius, quam res tanta dici poscit. Nunquam mehercule ego neque pecunias istorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maxime adstricti sunt, voluptates, in bonis rebus aut expetendis esse duxi: quippe quum viderem, rebus his circumfluentes ea tamen desiderare maxime, quibus abundarent. Neque enim expletur unquam, nec satiatur cupiditatis sitis: neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. In quo equidem continentissimorum hominum, maiorum nostrorum, saepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla et commutabilia pecuniae [membra], verbo BONA putaverunt appellanda, quum re ac factis longe aliter iudicavissent. Potestne bonum cuiquam malo esse? aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? Atqui ista omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, et obsint probis. Quam ob rem licet irrideat, si qui

vult, plus apud me [tamen] vera ratio valebit, quam vulgi opinio: neque ego unquam bona perdidisse dicam, si qui pecus aut supellectilem amiserit: neque non saepe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem: cujus quum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, quum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret: *Ego vero,* inquit, *facio: nam omnia mecum porto mea.* Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putavit, quae nos appellamus etiam bona. Quid est igitur, quaeret aliquis, bonum? Si quid recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur: et, quod rectum et honestum et cum virtute est, id solum opinor bo-
II. num. Sed haec videri possunt obscuriora, quum lentius disputantur: vita atque factis illustranda sunt summorum virorum haec, quae verbis subtilius, quam satis est, disputari videntur. Quaero enim a vobis, num ullam cogitationem habuisse videantur ii, qui hanc rem publicam tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri et argenti ad avaritiam, aut amoenitatum ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates? Ponite ante oculos unumquemque regum. Vultis a Romulo? vultis post liberam civitatem, ab iis ipsis, qui liberaverunt [eam]? Quibus tandem gradibus Romulus escendit in caelum? iisne, quae isti bona appellant? an rebus gestis atque

virtutibus? Quid? a Numa Pompilio? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles hirnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos: sunt enim omnes pares inter se, praeter Superbum. Brutum si qui roget, quid egerit in patria liberanda: si quis item reliquos eiusdem consilii socios, quid spectaverint, quid secuti sint: num quis exsistet, cui voluptas, cui divitiae, cui denique, praeter officium fortis et magni viri, quicquam aliud propositum fuisse videatur? Quae res ad necem Porsenae C. Mucium impulit, sine ulla spe salutis suae? Quae vis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quae patrem Decium, quae filium devotavit, atque immisit in armatas hostium copias? Quid continentia C. Fabricii, quid tenuitas victus M' Curii sequebatur? Quid duo propugnacula belli Punici, Cn. et P. Scipiones, qui Karthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt? quid Africanus major? quid minor? quid inter horum aetates interiectus Cato? Quid? innumerabiles alii (nam domesticis exemplis abundamus) cogitassene, quicquam in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esset et praeclarum, videntur?

Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac senten- III.
tiae, et iam vel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore et auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui caelato auro et argento,

qui Corinthiis operibus abundant, an C. Fabricii, qui nihil eorum habuit, nihil habere voluit, similes esse malint? Atque haec quidem, quae modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent ut in rebus bonis esse negent: illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum. Quae quidem mihi vox pecudum videtur esse, non hominum. Tu, quum tibi sive deus, sive mater, ut ita dicam, rerum omnium, natura, dederit animum, quo nihil est praestantius, neque divinius, sic te ipse abiicies atque prosternes, ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam putes interesse? Quicquamne bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit? Ut enim quisque est maxime boni particeps, ita etiam laudabilis maxime: neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeste possit gloriari. Quid autem est horum in voluptate? Melioremne efficit aut laudabiliorem virum? an quisquam in potiundis voluptatibus gloriando sese et praedicatione effert? Atqui si voluptas, quae plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis habenda non est: eaque, quo est maior, eo magis mentem e sua sede et statu demovet; profecto nihil est aliud bene et beate vivere nisi honeste et recte vivere.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλόν.] „Ciceronis argumentandi modum, qui iuniores fortasse dialecticos latet, quod cum dicendi flore coniunctus est, hoc pacto in ratiocinationem redigemus: Solum id, quo accepto mens nostra acquiescit, nil amplius desiderat,

est bonum: solum vero honestum est tale: ergo solum honestum est bonum. Sic, sumpta eadem propositione, a contrario: Nullis opibus, divitiis, tectis magnificis, aut huiusmodi, mens expletur: ergo non sunt bona. Ceterum Graecis utitur inscriptionibus, quod declamationum themata sunt haec a Graecis sumpta." Ald. Manut. „Vocabulorum significatio plurimas in disputando amphibolias parit, veluti in hoc ipso *τοῦ καλοῦ* vocabulo, quod tam ex Platone, quam aliis, plerique *pulchrum* interpretantur, Cicero noster, et hi, quibus eius lectio familiarior est, semper *honestum*, apud quos *pulchri* vox, hac saltim significatione, raro invenitur. *Τὸ δὲ καλὸν ἀπὸ τοῦ καλεῖν* Proclo ducitur, eo quod sua pulchritudine hominum mentes permulcet et ad sui amorem invitat. Cicero in Rhetoricis honestum nominat, quod aut totum aut ex parte propter se expetitur. Stoicis vero *τὸ καλὸν λέγεται μοναχῶς τὸ ἐπαινετοὺς παρεχόμενον τοὺς ἔχοντας ἀγαθὸν ἐπαίνου ἄξιον.* — Cicero alibi hoc paradoxon ad Zenonem auctorem refert, Laërtius ad Hecatonem et Chrysippum. Laertii verba negotium fusius declarantia haec sunt: (Lib. VII, 101.) *λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι, καθά φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἀγαθῶν, καὶ Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ. εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετὴν καὶ τὸ μετέχον ἀρετῆς, ᾧ ἐστιν ἴσον τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶναι, καὶ τὸ ἰσοδυναμοῦν τῷ καλῷ, τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τούτῳ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸν, καλόν ἐστιν. ἔστι δὲ καλὸν, ἀγαθὸν ἄρα ἐστί.*" Xyst. Betul. „Ut Langius, ut ante Victorius et Herwagius, sic et membranae patri inspectae ordinant: *ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν*, quod non fuit mutandum." Gronov. „In veteribus exemplaribus inscriptiones nullae latinae exstant. Sunt enim axiomata Stoica, quam sectam Graeci condiderunt." Car. Lang. Facciol. Graeca scripsit: *ὅτι ἀγαθὸν μόνον, τὸ καλόν*, addiditque: Certe ex schola Stoica, sive Zenonis sit sive Hecatonis sive Chrysippi." Inscriptio Graeca abest a Codd. Oxx. E. I. U. *η. σ. ψ.* Suer. Gud. C. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 2. 3. 4. 5. ab Ed. Hdlb. s. l. e. a. In Ed. Vict. est *ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν*, et sic in Arg. 1515. Paris. 1512 (sed *ἀγατόν*), et sic etiam Dav. 1515. Ven. 1514. Ven. 1492. (*οτι μονοντοκαλοναατον.* sic:) Ald. 1548. 1552. Rob. Steph. Boul. Lamb. Paris. 1543. Car. Steph. Crat. Cam. Herw. In Ald. 1517. est *ΟΤΙ ΜΟΝΟΝ ΑΓΑΘΟΝ ΚΑΛΟΝ.* in Paris. 1507. Lugd. 1516: oti monon to calon agaton: in tribus ultimis non est inscriptio Latina. Solam latinam habet Cod. Crz. 1.: *id quod est honestum, est solum bonum;* Crz. 2: *Quod honestum sit, id solum bonum esse;* Gud. B. *quod honestum sit, id solum bonum:* Car. Steph. habet *quod solum bonum, honestum.* Gud. C. *quod honestum id solum bonum est.* Multae Edd. vett. habent *esse bo-*

num pro *bonum esse;* nullam autem habent latinam inscriptionem, praeter tres, quas diximus, Ed. prc. Mog. 1465. Suffridi Petri et Huberi. Neque latinam neque graecam habent Oxx. I. ψ.; solus Ox. N.: *Quod enim honestum sit dicebant id solum bonum esse*; Ascens. 1520: *Quod solum honestum bonum:* Facc. Ed. 2. (nam prima exhibet, quod nos edimus): *Quod honestum sit, id solum bonum est.* Latinas inscriptiones cum Or. uncinis inclusimus. Mr.

Vereor, ne cui] Codd. Oxx. E. I. N. ψ. U. Crz. 1. 3. duo Gruteri, Drsd. 2. 4. 5. Basil. Gud. B. C. Suerin. Edd. Ven. 1487. 1492. Ed. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1514. Lugd. et Davent. 1515. Paris. 1507. Arg. 1515. habent *vereor tamen.* Pergunt Oxx. E. I. N. ψ. *ne cuiquam.* Tum Crz. 2. Drsd. 2. *nostrum*, pro *vestrum.* Mr. „Liber Metelli et Pal. pr. *Vereor tamen, ne cui*, quod non displicet Gulielmio: tanquam abrupte usque heic incipiat. Mox in eodem adnotatum erat, *alias exoticorum*, quod idem reperit in suo Suffridus, probatque item Gulielmius, quoniam ita omnes peregrini nominarentur Romanis.“ Gruterus. De sententia, cuius in hac disputatione Cicero defendit veritatem, pluribus idem locis loquitur v. c. De Off. 3, 13. Tuscc. 5, 15 et 30. de Finn. 3, 8. ib. c. 15. Lib. 4, 16 et 26.“ Mr.

Ex Stoicorum hominum] „Sic quindecim. Unus *ex Socraticorum hominum*, unus *exacticorum hominum*, unus *exoticorum hominum.* Exoticum autem est, quicquid peregrinum est. Nonius ex Plauto. Placet *Stoicorum.* Non enim de Graecorum omnium, id est peregrinorum hominum, disputationibus licet accipere: quod alii arbitrantur. Sed hoc disputat Cicero e Stoicorum duntaxat sententia. atque etiam illa ipsa tantum, quae nec Stoicis ipsis probare facillimum est, quod supra dixit.“ Ald. Manut. „*Homines* rarius dicitur de sectis, quam de nationibus: veluti Romani homines, Graeci homines. Et autem Graecismus, φιλόσοφος ἀνήρ: at minus apud eosdem frequens est φιλόσοφος ἄνθρωπος.“ Wytt.

Ex Stoicorum hominum] Cod. Gud. B. habet antiquorum, Drsd. 2. *historicorum* (sic), Duisb. *exoticorum*, cui voci in marg. adscriptum est: *peregrinorum* vel *odibilium* [cogitabat glossator, doctus scilicet, de voce *exosorum*]: al. *ex Stoycorum.* Marklandus in Notis ad Statium, Sylv. V, 2. p. 273. (p. 367. ed. Dresd.), pro *Stoicorum hominum* scripsit, plane legendum *otiosorum hominum*, literis transpositis, nec vero quemquam obedientem habuit. Vox *hominum* abest a Cod. Bas. Proximum *non* excidit in Cod. Ox. σ. Tum Drsd, 4. et 5. habent *ex meo consensu.* Mr.

Deprompta] „In antiquo Cod. invenio scriptum *disputata*, non

deprompta." Frc. Sylv. „Pal. sec. *disputata*, quae scripturae varietas facit, ut putem fere utramque insititiam, neque auctoris; certe non desiderari quivis videt." Gruter. „Pal. sec. et Pith. *ex meo sensu disputata.*" Graev. Est etiam *disputata* in Codd. Crz. 2. et Gud. A.; in Ox. ψ. *derapta.* Cf. de Or. II, 78: *Eruunt paene ex intima defensione deprompta.*" Mr.

Haec videatur oratio:] Scribitur *videatur haec* in Codd. Crz. 1. Gud. C. Pergit Crz. 3. cum Drsd. 2. 5. Duisb. Bas. Ed. prc. Mog. 1465. Vict. Ed. ap. Meus. *dicam quod sentio tamen*, quod probavit Bentl. Non placet. In Gud. B. est *dicam quidem sentio tamen*, Suerin. *dicam quid sentiam tamen*, Drsd. 4. *dicam quod sentio tam*, Edd. Ven. 1492. Paris. 1507: *dicam quid sentio tantum*, Edd. Hdlbg. s. l. et a. Ven. 1414. Arg. 1515. Daventr. 1515. Paris 1512. Lugd. 1514. *dicam quid sentio tamen* In Crz. 1. scriptum est *sencio.* Tum Gud. B. *et eo dicam.* Mr.

Quam res tanta dici poscit,] Scribitur *tanta res* in Ed. Paris. s. a. Codd. Crz. 1. 2. Gud. A. C. *tanta res*, cum Drsd. 1., in Drsd. 5. est *res tracta.* Pro *poscit*, quod est optimorum librorum, scribitur *possit* in Codd. Gud. A. B. C. Crz. 1. 3. uno Voss. Drsd. 3. Duisb. Suerin. Ox. U. Pith. Edd. ap. Meus. Crat. Manut. Magn. Lamb. Ven. 1514. Crat. Aldd. tres, Paris. 1543. Lambb. H. Wolf. Sylb. Asc. 1511. Boul. Sturm. Car. Steph. Paris. s. a. Quam lectionem cum stare non posse existimarent correctores, scripserunt nonnulli *dici potest*, et sic Codd. Crz. 2. Ox. I., Edd. Hdlbg. s. l. et et a. Venet. 1492. Arg. 1515. Pariss. 1507. 1512. Lugd. 1515. Ven. 1514. Rob. Steph. et ap. Or. Cod. Bern. cum Ed. prc. Mog. 1465. Denique *posset* Drsd. 3. et *poterit* Ox. N., quae sunt item correctoris. Mr.

Dici possit] „*Quam res tanta-poscit*, alii legunt. *Tanta res*, novem. *Potest*, quinque." Ald. Man. „Si breviter dici non potest ἁπλῶς, quomodo a Cicerone poterit? An vero is singulari arte praeditus est, qua ceteri omnes carent? An *possit* pro *posse videatur* positum est? Car. Langius legit *dici poscit.* Sed et hoc durum est: *res poscit dici breviter:* et Graecum ἡ ὑπόθεσις ἀξιοῖ μεταχειρίζεσθαι συντόμως: pro *se* vel *de se dici breviter.* Quare suspicor legendum. *Et dicam brevius, quam res poscit:* omisso verbo *dici.*" H. Wolf. „*Dici poscit:* ita Camerarii editio. Victorii et antiquae *potest.* Sed enim cum in Pal. sec. aliisque restet [quasi vestigium verae lectionis] *possit*, viam nobis ostendit ad scripturam alteram." Gruter. „*Poscit* Lang. et Cam. Sed Vict. et al. *res tanta dici potest.* Pal. sec. Pith. et nonnullae Edd. *possit.*" Graev. „Al. *possit.* Sed minus apte." Facc. *Dici poscit* est

ellipsis pronominis *se:* nam plene dicendum erat, *quam tanta res se dici poscit*, estque hoc Graecae consuetudinis: λέγεσθαι θέλει. Apud poëtas similia reperiuntur. Hor. Ep. II, 2, 6: *Cogi posse negat*, (sc. *se*.)" Wytt. Weissenborn. (W.) in Iahnii Annall. Philoll. 1842. 4. p. 448. nostrum locum in iis ponit, quibus positus sit Infinitivus post verbum, quod poscere videatur Conjunctionem, ut *insto* in Verr. III, 59, 136. Fin. V, 22, 62; *persto*, Madvig. ad de Finn. p. 326; *gestio* Att. IV, 11, 1; *admoneo* pro Cael. 14, 34; *moneo* de Fato 3. Mr.

Nunquam mehercule ego] Codd. Duisb. Gud. B. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 4. Ox. N. η. ψ. Bern. Bas. Ed. Hub.: *Nunquam hercule ego;* Ox. E. Drsd. 3. Ed. Paris. 1507. Lugd. 1515. *nunquam mehercle ego*, cum Ed. Suffr. Petr. Daventr. 1515; Codd. Gud. A. Ed. Paris. s. a. *nunquam ego hercle;* Ox. U. *nunquam hercle ego.* Graev. ex Cod. Pith. rescripsit *Nunquam ego hercule*, addens: quod sane non aspernabuntur, qui aures habent Ciceronianis numeris imbutos. Neque tamen obedientes habuit editores sequentes, qui recte in optimorum librorum consensu nihil novarunt. Notum autem est esse a Cicerone in Oratore 47, 157. scriptum *libentius dixerim mehercule, quam mehercules.* Sed *hercule* item frequens est Ciceroni, quod vel lexica docent. — Ad sententiam Wytt. in scholis: „Cicero oratorie, nec aperte tamen definitionem boni quaerit. Hoc enim agit, ut ostendat, ea, quae vulgo bona dicuntur, non esse bona, veluti pecunia et omnes possessiones, quae aliquod pretium habent: *tecta magnifica:* habitationes magna arte et sumptibus factae. Opes autem intellige potentiam auctoritatemque in re publica, quae oritur ex divitiis, amicitiis, clientibus." — Ceterum recte Gernh. contra Graevii verborum collocationem, *ego* post *nunquam* ponentis, monuit, *hercule* ad *nunquam* pertinere. Neque adiuvatur Graevii sententia eo, quod in Crz. nostro 1. a prima manu est lectio Codicis Pithoeani *nunquam ego hercule:* correcta est a manu secunda, ut nos exhibemus, ita tamen, ut *ego* deletum, non postpositum sit. Mr.

Numquam mehercule ego etc.] Ex Stoicorum opinione admittit bona animi: reliqua sive corporis, sive fortunae ex numero bonorum excludenda esse contendit. Facc.

Neque pecunias istorum] Vocem *neque* post *ego* omittit Cod. Suerin. In excerptis Eybianis ap. Or. in seqq. est *neque facta.* Pergit Ox. I. *magnifica domorum*, quod est glossatoris. Tum Drsd. 1. *nec opes:* mox Drsd. 4. *neque omnes eas.* Verba *neque eas* usque ad *voluptates* desunt in Cod. Gud. Ad v. *pecunias* Frc. Sylv. haec: „Nomine *pecuniarum* divitiae intelliguntur, quae sunt

in pecoribus, praediis aliisque rebus eiusdem generis: quomodo a iuris peritis accipiuntur." Ald. Manutius ad v. *pecunias* adscripsit *M. Crassi*, ad v. *tecta magnifica* significari vult *L. Lucullum*, eaque alias *insanas villarum substructiones* dici ait [nimirum pro Mil. 31. med.], denique *opes*, *imperia* intelligi vult *Cn. Pompeii.* Mr.

Quibus maxime adstricti sunt] „*Stricti* unus, male. Alias *affecti.*" [Sic Crat. in marg.] Ald. Man. „Quas sequuntur, tanquam si *alligati* essent." Frc. Sylv. In Codd. Drsd. 1. 3. est *quibus adstricti maxime sunt;* in Drsd. 2. *quibus adstricti sunt*, omisso *maxime.* Cod. Suerin. Crz. 1. 2. *astricti* et sic scriptum est in quindecim Edd. nostris antiquissimis. Ox. ψ. omittit *sunt.* Ad verba commode comparat Borg. Cic. pro Coelio 19: *Hic si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie versaretur?* Tum Cod. Gud. B. habet *rebus bonis.* Ox. E. *bonis* omisso *rebus:* ne vero ex hac et antecedente scriptione *rebus* abiiciendum censeas. Mr.

Aut expetendis esse duxi] Edidit Ald. Man. *in bonis rebus esse numerandas duxi*, addiditque: „*in bon. reb. aut expetendis esse num. duxi*, quindecim: a quorum septem abest *numerandas.* — *In b. r. aut in exp. esse num. duxi*, unus; *in b. r. aut appetendis esse num. produxi*, unus; *in b. r. aut petendis, desiderandis esse duxi*, unus." — Frc. Syl. item habebat in contextis, quod Ald. Man. Sed ex antiquo, ut ait, Codice enotavit: *in b. r. aut exp. esse duxi.* — Graevius: „*in b. r. aut exp. esse duxi:* sic C. Lang. et Victor. edd. cum MSS. al. Lamb. et Manut. ed. *in bonis reb. esse num. duxi.* al. ed. *in b. r. aut exp. esse num. duxi.* alii aliter." — Post Gruterum et Graevium omnes ediderunt, ut nos, ex optimis videlicet libris, eiectis glossematis. Addemus tamen librorum nostrorum lectiones, non nominatis iis, qui cum optimis faciunt. Codd. Crz. 1. 3. Oxx. η. ψ. Gud. C. Suerin. Drsd. 4. 5. [hic *dixi*] Bas. Edd. Lamb. Ald. 1545. Boul. Herw. Cam. habent *in bonis rebus aut expetendis esse numerandas duxi.* Verba scriptoris *aut expetendis* extrusa sunt a glossa *numerandas* in Edd. Daventr. Hdlb. s. l. et a. Arg. 1515. Paris. 1507. 1512. Aldd. 1517. 1552. Ed. ap. Meus. Ven. 1492. 1514. Crat. Lambb. Goth. Sylb. Solus Cod. Crz. 2. habet *in bonis rebus aut petendis esse duxi.* — „Graecismus est: ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἢ αἱρετοῖς vel τῶν ἀγαθῶν ἢ αἱρετῶν εἶναι. Cuius Graecismi ignorantiâ scholiastes quidam interposuit: *numerandas esse duxi.*" H. Wolf. Ad verba confert Borg. locum de Finib. III, 5: *Quicquid enim expetendum esse dixeris, in bonisque rebus numeraveris:* unde fortasse origo glossematis ducenda: certe inde non licet patrocinium petere vocabulo supervacaneo, neque lectioni Codicis Drsd. 5. *dixi* pro *duxi.* Mr.

Esse duxi] Vulgo additur *numerandas:* quod non est necesse. Facc.

Quippe quum viderem homines rebus his circumfluentes] „*Quippe cum viderentur*, duo. *Homines* abest a duobus." Ald. Manut. „In eodem, quem modo laudavi, codice antiquo aeque bene scriptum est: *quibus rebus circumfluentibus*, i. e. affluentibus undique." Frc. Sylv. „Venet. *circumfluentibus*. Sed illud, quamvis hoc non rejiciendum alicui forte videatur, retinendum puto; nam et similiter Att. II. [ep. 21: *Ille amicus noster semper in laude versatus*,] *circumfluens gloriā*." Camerar. „Gulielmius malebat *circumfluentibus*, *ea tamen eos maxime*, ex Mauriciano. Et vero illud *circumfluentibus* exstat et in primis Edd. et Victoriana: ceterae accedunt nostris: sed ita tamen, ut supra habeant *homines rebus his*, ubi nos illud *homines* expunximus suasu omnium fere membranarum." Gruter. Lamb. et Manut. ed. *cum viderem reb. his circumfluentes*. Grut. ed. *cum viderem reb. his circumfluentes*. Pith. *cum viderentur reb. his circumfluentibus*. In omnibus fere MSS. non habetur *homines*." — „Quod scripserunt Lamb. et Grut. *reb. his circumfluentes*, neuter antiqui Codicis auctoritate sic scribi ait." Vereor ut Lambinus aut eo antiquior ex ingenio haec sic refinxerit. Nam Pithoean. et al. codex, cuius excerpta penes me sunt, nec non editiones emendatissimae Langii et Victorii *rebus his circumfluentibus*, quod est: in magna rerum istarum copia. Id invitis libris veteribus non est immutandum. Illi si addixerint, non refragabimur. Ad *desiderare* autem *istos ἀπὸ κοινοῦ* referendum ex praecedentibus; quod cum non intelligerent correctores, intrusere *homines*. Mirum autem quam in his Paradoxis grassati sint scioli et interpolatores, quos centones undique assuerint, quia terebantur plurimorum manibus, qui pro captu ingenii et doctrinae multa immutarunt, multa adiecerunt, quae ipsis videbantur desiderari." Graev.

rebus his circumfluentibus] Al. *homines rebus his circumfluentes:* quam lectionem refert Graevius ad sciolos et interpolatores, in totum hoc opus audacissime grassatos. Facc.

Quum viderem, rebus his circumfluentes] Ediderunt, Graevii rationibus permoti, *circumfluentibus* Olivetus, Ern. Wetzel. Schütz. idemque Gernhardus, cum in contextis edidisset et in annotatione commendasset *circumfluentes*, in addendis restitui volebat *circumfluentibus* dicens: Bentl., cui *circumfluentes* non displicet, servato tamen *circumfluentibus* coniicit *qui iis abundarent*. — Atque ego quoque tueri idem debebam et cum Pith. duob. Ald. ed. Ven. scribere *quippe cum viderentur*, (vulg. *viderem*) *rebus his circumfluentibus*, *ea*

tamen desiderare maxime, quibus abundarent." Nec vero Gernh. obsequentem habuit Orellium, qui edidit: *quum viderem, homines rebus his circumfluentes ea tamen desiderare maxime.* Sed neque huic viro plane obsequi potui; omittendam enim duxi vocem *homines:* quamquam ipso Or. de ea vel servanda vel delenda se non pugnare scripsit: longe autem *viderem* h. l. praestare lectioni *viderentur* dicit, cum ipse Tullius hoc viderit: denique exquisitiorem structuram *circumfluere divitiis* facile corrumpi potuisse in vulgarem. Mihi quidem in his cum viro amicissimo ita convenit, ut certum videatur deberi Ablativum librariis, qui verborum vel nominum casus proximis accommodare solebant. *Homines* autem abieci, cum quia abest a bonis libris, tum ob sedem vagam in aliis. Sic *cum homines viderent* (ubi intrusum *homines* causa est alterius erroris, *viderent*) Codd. Drsd. 1. 3.; *homines viderem* Cod. Crz. 1. (in quo correctum est *viderentur*). Abest *homines* a Gud. A. Oxx. η. ε. Suerin. duobus Aldi, plerisque omnibus Gruteri, Edd. Hdlbg. s. l. et a. Paris. s. a. Ed. ap. Meus. Paris. 1507. 1512. Arg. 1515. Ven. 1492. 1514. Lugd. 1515. *Circumfluentes* autem est in Ox. U. Crz. 1. (a pr. m.) 3. uno Borgersii, Drsd. 2. 3. Codd. Ald. Man. et Gruteri; *confluentes* habent Edd. Lugd. 1515. Paris. 1507; *confluentibus* Edd. Ven. 1492. 1515. Par. 1512. Daventr. 1515. Ed. ap. Meus. et Hdlbg. s. l. et a. Quare ego cum Edd. optimis edidi *circumfluentes.* Sic Cic. Lael. 15, 52: *qui velit — circumfluere omnibus copiis;* in Verr. Act. II. Lib. III, 4, 9: *istum rebus omnibus — circumfluere;* ad Att. II, 21: *ille — circumfluens gloria.* Legitur *viderentur* in Codd. Crz. 1. (a sec. m.) 2. Duisb. Bern. Ed. prc. Mog. 1465. et Ed. ap. Meus.; *his rebus* in Codd. Crz. 1. Drsd. 4. 5. Gud. C. In Gud. A. legitur *quum videntur rebus his circumfluentibus habundare et tamen desiderare maxime quibus habundarent;* in Gud. B. *homines rebus divitiis hiis circumfluentibus et.* Est etiam *hiis* in Crz. 3. Mr.

Ea tamen desiderare maxime,] „*Tantum* pro *tamen*, duo. *Ea tamen* non legitur in uno." Ald. Man. Ox. E. omittit *ea*, eius loco est *et* in Drsd. 2. 5. Oxx. I. σ. ψ. Gud. A. B. In Gud. C. *et ea tamen illos maxime desiderare;* in Duisb. *eos tamen max. des. cum quibus habundarent.* Ox. I. *desiderare ea.* Crz. 2. habet compendium, quod legendum videtur *etenim*, Crz. 1. *tamen* (omisso *ea*) *videntur max. desid.;* Drsd. 4. *et tamen uidera illos max. desiderare illas quibus —.* Oxx. U. ψ. *illos desiderare.* Mr.

desiderare maxime] Non explent appetitum: non sunt igitur bona. Facc.

Ea tamen desiderare] „MS. Duisb. *eos.* Sed id, aut *istos*, ex

superioribus intelligi potest." Ern. Nihil certe verius, quam accusativum *eos* vel *illos* additos esse ab iis, qui peiore scriptione *circumfluentibus* recepta non poterant non desiderare eiusmodi pronomen, vel, quod est in multis, ut supra vidimus, *homines*. In Crz. 1. 2. Drsd. 1. ut in supra laudatis, scriptum est *habundarent*. Ad rem cf. Senec. Consol. ad Polyb. 28, 2. et de Benef. II, 27. Mr.

Neque enim expletur — sitis] Laudat ad h. l. Gernh. Aristot. Polit. II. 5: ἄπειρος γὰρ ἡ ἐπιθυμίας φύσις. Quem iam ab Ursino et Aldo Manutio adhibitum video. Quod vero Gruterus ait verba *quibus abundarent*, si abessent, neminem desideraturum: in eo fallitur: desiderarent, qui numeris Ciceronianis aures adsuefecit. Mr.

Expletur unquam] Vocem *unquam* omittit Cod. Crz. 1. et Bas. cum Gud. C.; *unquam expletur* est in Crz. 8. Drsd. 2. 4. 5. Duisb. Gud. B. Edd. Daventr. 1515. Argent. 1515. Hdlb. s. l. et a. Paris. 1512. Ven. 1492. 1514. Paris. 1507. Lugd. 1515. Par. 1543. Aldd. tres, Crat. Herw. Camer. Vict. Lamb. Suffr. Petri, Manut. 1555. Car. et Rob. Steph. Ed. Par. s. a. post *sitis* additum habet *avaritiae*. Pro *nec* est *neque* in Codd. Crz. 1. Drsd. 4., in Crz. 2. est *neque enim expletur cupiditas, sitis nec satiatur*, in Suerin. *cupiditas satis*. Laudat ad verba et ad sententiam Borg. Cic. de Finn. I, 13: *Cupiditates enim sunt insatiabiles*. Sall. Cat. 11: *Avaritia — insatiabilis, neque copia neque inopia minuitur*. Ubi vid. interprr. in Ed. Havercampi. Add. Cic. de Rep. VI, 1 p. 458. ed. nostr. *Graves — dominae — libidines, quae — nec expleri, nec satiari ullo modo possunt*. Mr.

neque solum etc.] Al. *neque ea solum, quae habent*. Excruciant libidine augendi et exanimant metu amittendi: non sunt igitur bona. Facc.

Neque ea solum quae habent —] „*Neque solum ea, quae habent*, sex. *Nec ea solum quae habent*, sex." Ald. Manut. „In Codicibus aliis scriptum est *neque ea solum qui habent*." Frc. Sylv.

Neque solum ea qui habent,] Probam lectionem *qui* habent Codd. Oxx. omnes, excepto E., Edd. Vict. Rob. Steph. Grut. Graev. Facciol. Oliv. Schrev. Ern. seqq. et ex Codd. nostris Gud. A. C. Duisb. In Gud. A. est *solum lubidine ea qui —*, in Gud. B. *qua habent*, in Drsd. 1. *ea quae tamen habent*, Drsd. 3. *ea quae iam habent*, Drsd. 5. *ea quum habent libidinem*. In antecedentibus Drsd. 4. pro *sitis* habet *sinus*, Ox. E. *sanus*, Ox. ψ. *sinis*; Drsd. 2. *habent si libidine*; Ed. Par. s. a. *augendi libidine*. Pro *libidine* erat a pr. m. in Crz. 1. *libidinem*, quod correxit altera. Ceterum iidem libri, qui exhibent *qui* pro *quae*, habent etiam fere *solum ea*, nec cum Edd. plerisque vett. *ea solum*. Pro *cruciantur*

Ox. E. habet *cruciatur*; Crz. 3. *admittendi* pro *amittendi*. Drsd. 4. omittit *etiam*. Ad usum pronominis *qui*, qui h. l. obtinet, comparat Borg. Cic. de Legg. II, 11, 28: *ut, illa qui habeant, — putent*, ubi cur Goerensii et nostram annot. laudaret B. nulla plane erat causa, cum alia sit ibi annotandi causa, quam nostro loco; de Or. II, 27: *atque ista — qui docent*. Mr.

In quo equidem — maiorum nostrorum —] Legitur *in quo quidem* in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. 4. Gud. C. A. Edd. Lugd. 1515. Arg. 1515. Pergit Ox. ψ. *convenientissimorum*. In Drsd. 3. scribitur *nostrorum maiorum*, in Drsd. 4. deest *maiorum*. Pro *saepe* est *semper* in octo Codd. Ald. Manut. Oxx. E. I. N. U. ψ. Gud. C. Suerin. (a pr. m.; supra lin. *saepe*) Drsd. 4. Eius loco Crz. 1. compendium habet, quod legere possis vel *prope* vel *propriam*, quorum vocabulorum vel unum vel alterum fortasse alicui non displiceat. Ceterum pro *hominum* Cod. Ox. ψ. lacunam habet, quo loco fortasse codicis scriptor dubitabat de legendo aliquo compendio, ut modo nos in Cod. Crz. 1. Habent Oxx. E. η. *maiorumque*, Ox. N. *quod* pro *qui*: quod est vel glossatoris sive interpretis, vel correctoris. Quod h. l. *requiro*, alibi dicit *desidero*, ut locis a Borg. laudatis, Orat. 1: *desiderari a te prudentiam meam*, et pro Lig. 4: *Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero.* Sed *requirendi* etiam verbo alibi sic usus est, veluti de Sen. 10: *Isto bono utare, dum adsit; cum absit, ne requiras: nisi forte adolescentes pueritiam debent requirere.* Mr.

Qui haec imbecilla et commutabilia] Codd. Drsd. 1. 3. *qui imbecilla haec*, Ox. N. *quod*. In Oxx. E. U. ψ. Crz. 1. 2. quatuor Aldi Man. Ed. ap. Meus., varietas lect. P. Magnoli, Ed. Hdlbg. s. l. et a. et Ven. nostra 1492. *imbecillia*, cum Argent. 1515. Paris. 1512. Sed satis iam constat, Ciceronem maluisse uti huius vocis ea forma, quae est declinationis secundae. Quod autem Gernh. ad h. l. et ad Lael. 17, 63. utramque formam Ciceroni tribuit, ita ut vel ambiguitatis vitandae studium, vel soni suavitas vel grammatica ratio Ciceronem ad alterutram eligendam impulerit, ut apposito substantivo dixerit *imbecillus*: ubi substantive ponatur, praetulerit *imbecillis*, id, quamvis probatum, quod ad εὐφωνίαν, a Doederleinio (Lat. Synon. u. Etym. IV. p. 167.), nulla tamen nititur ratione certa atque probabili, neque optimorum librorum auctoritate atque aureae aetatis scriptorum usu. Quamquam enim Goerenzius in Ed. librorum de Finn. (quae prodiit anno huius seculi tertio decimo) V, 24, 71. p. 621. unum alterumve locum apud Ciceronem esse concedit, quo tertiae declinationis forma constanti codicum lectione nitatur: idem tamen in censura Ed. Laelii Gernhardianae (Jahn Jahrbb. f. Philol.

u. Paedag. 1826. T. I. part. 2. p. 301.) verius iudicavit, Ciceroni unam ubique formam *imbecillus* vindicandam esse, nullumque esse locum, quo tertiae declinationis forma certam habeat sedem: quae certe nunc, ubi diutissime haerebat, ex Lael. 7, 23. exulat in Edd. Orellii, Beieri (vid. ej. Ed. maj. p. 28.), Klotzii. Add. Orell. ad Cic. Lael. 13, 47. p. 288. et Ochsn. ad Cic. Eclogg. 199. qui adhuc in Goerenzii sententia haerebat, ad de Finn. V, 24. prolata. Mr.

Pecuniae membra] „Formas numismatum, vel potius rerum corporalium possessiones.“ Xyst. Betul. „*Pecuniae* nomine intelliguntur pecora, praedia, aliaque eiusdem generis, quae possidentur, quorum multa sunt quasi *membra*.“ Frc. Sylv. „Incertas istas possessiones rerum corporalium, quas fortunae debemus, quaeque facile, ut fortuna, mutari possunt. *Pecuniae* nomine omnia intelliguntur, quae in bonis sunt, praecipue corporalia, quorum multa sunt *membra*.“ Graevius. Vides, unde vir doctus doctrinam suam hauserit. — *Membra* pro *genera* dictum existimabat Büchlingius, addens „sine dubio“: quo ipso se dubitare significabat. — „Ego iam olim corrigendum censui *pecuniae munera*, et sic nunc edidi, in eoque mihi assentiri laetor Wetzelium [quamquam is non recepit coniecturam,] qui apte comparavit locum de Finn. II, 17: *pecunia comparantur voluptates plurimae*.“ Schütz. „*Pecuniae membra* i. e. partes possessionis. Sic exquisite dixit etiam Ovidius de duobus amicis: *Dulcia convictus membra fuere mei.* [Locus est Trist. IV, 10, 47.] Apud Graecos saepe dicitur μέρη καὶ μέλη, partes et membra. Est autem latinum *membrum* a μέρος, per reduplicationem μέμερος, unde, interiecto β, μέμβρον, veluti ex μέση ἡμέρα fit μεσημβρία.“ Wytt. „Admodum probabile est, quod Schützius in libro menstruo supra laudato coniecit, *pecuniae munera*, e cuius compendio nasci potuit vulgata lectio *membra*. Probata est haec coniectura etiam Wetzelio et C. F. Wolffio in nota ad huius l. versionem. Quamquam equidem suspicor neutrum horum substantivorum a Cicerone esse, sed satis habuisse genitivum cum neutro pronominis iungere pro *haec imbecilla et commutabilia, quae sunt pecuniae*. Vid. Parad. VI, 2, 48. ubi in aliquot Edd. vox *membra* addita est: nisi velis, quod in mentem mihi venerat scribere *pecuniâ*, ut sint *commutabilia pecunia*, quae commutari possunt pecuniâ, h. e. emi vendique. Pro Cluent. 46, 129: *qui ad perniciem innocentis fidem suam et religionem pecunia commutarit*.“ Gernh. Idem in Addendis haec: „Non male Th. Bentleius utramque vocem *pecuniae membra* delet, et *haec imbecilla et commutabilia* comparat cum Parad. I, 3, 14: *haec —, quae modo huc, modo illuc transferuntur*.“ — „Nos vulgatum tuemur. *Membra* sunt h. l.

fundamenta. Eleganter, quasi dicat: *hanc pecuniam imbecillis et commutabilibus fundamentis superstructam.* Cf. pro Sext. 46: *Huius autem otiosae dignitatis haec f u n d a m e n t a sunt haec m e m b r a.* Eadem repetuntur eodem cap. extr. Quibus addatur ad Div. V, 13: *circumspice omnia m e m b r a rei publicae. — Nullum reperies profecto, quod non f r a c t u m d e b i l i t a t u m v e sit.*" B o r g e r s.

pecuniae membra] Pecuniae nomine possessiones intelligit, et bona reliqua istius generis, quae in patrimonio sunt. F a c c.

pecuniae [*membra*]] Ego, ut fatear quod est, neque explicationes lectionis vulgatae, neque defensiones, neque emendationes satis probo, neque ipse quicquam certi habeo, quod proponere ausim. Ochsnerus, qui hoc caput in Eclogis Cic. explicat, existimabat ad *membra* adiectivum *imbecilla* commode se applicare: sed statim addit: „nisi forte *pecuniae membra* mavis abiicere." Equidem assentirem, si intelligerem, qua ratione intrudi potuerint aut unde sumi. Vere mihi iudicare videtur Orellius, *membra* uncinis includens, ut Gernh. Idem non improbat Th. Bentleii sententiam, quamquam non probat disertis verbis Schützii coniecturam *pecuniae munera* merito vix Latinam existimat. Denique de Peerlkampi suspicione, Bibl. Crit. Nova 3. p. 411: *fortunae munera*, quam parum probabilem dicit, ita iudicat, ut optare hoc esse censeat, non emendare. Certe si ista Ciceronis essent, quomodo *pecuniae membra* irrepere potuissent? M r.

s o l o verbo bona putaverunt appellanda,] „Bona non recte dicuntur, quae fortuna tribuit. D. Augustin. in Serm. V. in Ev. sec. Matth.: *Ipsae ergo divitiae bonae sunt: sed ista omnia bona, quae commemoravit, a bonis et malis haberi possunt: et, cum bona sint, bonos tamen facere non possunt.* — *Solo* abest a septem, in quorum uno additum." A l d. M a n u t. — Illud *solo* est in Edd. vett. plerisque itemque in Codd. multis. Abest tamen ab optimis, septem Manutianis, Oxx. I. N. U. σ. Crz. 2. Drsd. 2. Gud. A. B. Duisb. duobus Voss. Bas. Edd. Vict. Lamb. Suffr. Petri, H. Wolf. Grut. Gronov. Graev. seqq. In Oxx. E. U. ψ. post *verbo* positum est. Post *appellanda* additur *esse* in Drsd. 1. 2., et tum demum sequitur *putaverunt*, ut in Drsd. 3. Gud. A. B. Ox. E. η. in Drsd. 4. et 5. Gud. C. est *appellanda putarunt.* Pergit Cod. Crz. 1. *cum re ve factis.* Crz. 2. cum Gud. A. omittit *longe*, Drsd. 1. habet *aliter longe*, unde cave litem moveas voci *longe.* Pro *iudicavissent* est *iudicassent* in Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. 5.; in Gud. A. *iudicarent*, in Gud. B. *iudicasse.* Habent item *iudicassent* octo Aldi Man. qui alios legere refert *indicassent*, i. e. ostendissent, quod reperio in Ed. H. Wolfii in annot., nec vero in contextis. — Quod autem

dicit *re ac factis*, id opponit superiori *verbo*, ut recte monuit Ochsn. Ecl. Cic. p. 362. laudatque Cic. Tuscc. I, 25. ubi opponitur *non re, sed vocabulo.* Sed cum h. l. reprehendat Cicero maiores, qui *bona* appellaverint, quae essent commutabilia et incerta, in eo non illos modo vituperat, sed universum fere genus humanum, et philosophos adeo plerosque. Qua de re cum in commentario suo rarissimo optime disputaverit Xystus Betuleius, eius annotationem paullo longiorem coniicere placuit in *Excursum secundum*, cui addemus, quae addenda videbuntur ex Cicerone ipso, qui, ubi non agit Stoicum, ipse huius praecepti vel reprehensionis fuit immemor. Mr.

Potestne bonum cuiquam malo esse?] „In codice antiquo aliter scriptum invenio, sed eadem sententia. Ita enim scriptum est: *Potestne cuiquam bonum nisi bono inesse?* Ab efficientibus autem arguit, haec bona non esse. His autem rebus multi fiunt deteriores. Auctore Quinctiliano III. 7, 147. *divitiae, potentia, gratia cum plurimum virium dent in utramque partem, certissimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter haec, aut peiores sumus.*" Frc. Sylv. „Haec sunt fere in improbis hominibus, et nocent probis: non possunt igitur dici bona." Facc. „Est argumentum Stoicum, malum hominem nil posse habere boni: ergo, si malus habet divitias: consequitur divitias non esse bonum." Wytt. In Cod. Crz. 3. post *potestne bonum* unum deest folium, idemque pergit cap. 2. post medium. — Cod. Drsd. 5. habet potestne *cuiquam bonum malo esse;* Cod. Gud. A. *cuipiam;* Cod. Bern. et v. l. Magnoli, Drsd. 2. Oxx. E. N. η. *cuiquam malo inesse:* quod vere dicit Gernh. ab externae rei possessione discrepare. In Gud. A. est *esse malo;* in Crz. 1. *malum esse.* — Or. ex Ed. prc. Mog. 1465. et Manut. 1559. enotavit lectionem *Potest enim* pro *potestne:* quod in nostrarum nulla est. Mr.

cuiquam malo esse.?] Ad h. l. Wetzelius: „Divitiae autem, honores, forma, nobilitas malo saepe fuerunt. Ergo omnia illa in bonis numeranda non sunt." Hic igitur *malo* videtur habere pro Neutro: pro Masculino habent Frc. Sylvius et Wyttenbachius. Ochsnerus in Eclogg. p. 362. coll. p. 363. dubitat, ita tamen, ut illud praeferat, addat tamen, si hoc sit intelligendum, in seqq. malle se scriptum *obsint* pro *obsint.* Mihi quidem secus videtur. Masculinum intelligo cum Wyttenbachio: nec vero *absint* correxerim, quod ne recte quidem diceretur pro *desint:*, neque etiam si cum illis facias, necessarium videtur. Mr.

Aut potest quisquam —] Vocem *aut* omittit Drsd. 5. Vocem *quisquam* post *ipse* reiectam habent Codd. Drsd. 1. et 3; in posteriore autem vox *ipse* eiecta videtur, ut *quisquam* post *bonorum* se-

quatur, ut est eiecta in Codd. Gud. A. et Crz. 2. Cod. Ox. ψ. habet *ipse esse non bonorum*. — Ad sententiam confert Borg. cap. 3: *Quicquam bonum est, quod non eum, qui id possidet, meliorem facit?* Mr.

Atqui ista omnia talia videmus,] „Sic tredecim; tres *atque ista omn.*; unus *aut qui*, unus *an ista omn.*" Ald. Man. Cod. Crz. 1. *ista talia omnia* cum Drsd. 4. 5; Cod. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. Gud. A. *atqui omnia ista talia*. Ad sententiam Wytt. in scholis: „Est assumtionis probatio. Constructio elliptica sic explananda: Atqui omnia illa pecuniae membra videmus talia esse, ut et improbi ea possideant, et probis hominibus noceant, sive per se, sive adversus eos adhibita ab improbis. *Bona* autem veteres dicebant ea, per quae nobis *bene* est: nam antiquitus dicebant *benus*, quod arguit adverbium *bene*. Est autem a verbo *beo*, quod item est a Graeco *βέω*, *βένω*, firmo. Ita recte docuit I. D. Lennep. in Append. Lat. Etymologici Graeci." Conf. de hac sententia aliisque disputantem I. G. Vossium in Etymolog. L. L. v. *bona*. In alia omnia abit Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. T. VI. p. 40., qui ducit *bonus* (duonus) a *δύνασθαι*. Mr.

ut etiam improbi habeant,] „*Ut improbi*, sex. *Dives enim aut iniquus est, aut iniqui heres. D. Hieronymus.*" Ald. Manut. — Laudat Graev. ad h. l. eum Senecae locum ex Epistolis, quem in Excursum secundum coniecimus. — Est in Codd. Crz. 1. Gud. C. Drsd. 4. *ut etiam improbi ea habeant*. Omittitur *etiam* in Cod. Bern. Est *et* pro *etiam* in Edd. Man. Lamb. Ald. 1552 (nec vero 1517.) H. Wolf. (qui tamen, ut saepius, in scriptione non secum consentit, cum in Annot. alios habere dicit, quod ipse edidit, *et*, laudatque *etiam*). In seqq. sola Edit. Paris. s. a. *probis* habet post *licet*, et *obsit* pro *obsint*. Mr.

Et obsint probis] „*Obsint bonis*, octo. Unus *absint a bonis*, (id est, ut boni non habeant.)" Ald. Man. Habet *bonis* etiam Cod. Pith.; in Gud. B. Drsd. 4. *ut obsint*, sed prior *probis* habet, posterior *bonis*, cum quo faciunt etiam Crz. 1. 2. Drsd. 1. 5. In Suerin. est *et ut obsint probis:* iuncta, ut fieri solet, lectione utraque. In Gud. A. est compendium, quod legendum videtur *obsunt*. *Bonis* manifesta est glossa, eaque supervacanea. Cur *absint* reprobandum videatur, supra dixi. Addo, mihi non displiciturum fuisse omissionem utriusque voculae, *et* et *ut*. Sicut ad antecedentia intelligi debet *saepe* vel *multi*, sic hoc etiam loco intelligas facillime *saepe* vel *multis*. Particulam in oratione ῥητορικῶς paullo commotiore non desiderabis. Mr.

Quam ob rem licet irrideat,] Codd. Oxx. E. I. *licet me hos*

propter quae dico. „*Licet* abest a quattuor. Alii scribunt esse in quibusdam *Quamlibet irrideat*. Quod tamen non probant.“ Ald. Man. Abest etiam *licet* a Codd. Suerin. Bas. Drsd. 4. 5. *Quamlibet* in Par. 1552. Ceterum ad sententiam huius loci Xyst. Betuleius haec: „Parum sibi constat haec ratio, quam ut veram tantopere praedicat, quamvis ex media Stoicorum disciplina deprompta. Nam si pecuniae *ἀδιάφορα* sunt, et perinde (ut Terentianis utar verbis) ut illius animus, qui ea possidet: animo probi utique erunt *εὐχρηστήματα*, quae ipse *commoda* interpretatur. Nam *δυσχρηστήματα* in viro sapiente locum non habent, et multo magis *βλάμματα* sunt: sed manent semper recte utentibus *ὠφελήματα*. Mr.

Quamobrem licet irrideat] „Est mihi Cod. vetustissimus, in quo ita scriptum comperi. In aliis legitur *quamlibet irrideat*. Sed et inveni priorem lectionem margini annotatam, nec eram in hunc locum quicquam commentaturus, nisi posteriorem scripturam Latomo placuisse viderem. Ciceronis mens est: cum haec et bonis obsint et a malis possideantur, nullo pacto posse esse bona: quam quidem sententiam in duplicem *συλλογισμὸν* coniecit. Prior est: Nullum bonum cuiquam potest esse malo: atqui ista probis sunt malo: ergo non sunt bona. Posterioris formula est: Quicquid a malis possidetur, malum est: ista possidentur a malis: sunt igitur mala. Hinc satis, opinor, liquet, eam, quam secuti sumus, scripturam magis quadrare conclusioni. Nam *ἐπιφώνημα* nullum hic audio.“ Morisotus.

Si qui vult] „Ita Lamb., pro *si quis*, saepe reposuit. Sed *ἀρχαισμὸς* videtur.“ H. Wolf. [Nonne inde colligas, eum habere *si quis* in contextis? Sed edidit *si qui.*] „Ita Victorius, Iuntas, Langius, nec aliter membranae: et sic mox ex eodem Langio membranisque: *si qui pecus:* itemque *Brutum si qui roget*, non *quis*, quo utitur interdum magis ex voluntate edentium, quam ex auctoritate MSStorum.“ Gronov. Gernh. ex marg. Verb. notavit alios habere *si quid velit:* voluit fortasse *si quis velit*, ut est in Edd. Ald. 1517. 1552. Crat. Manut. Car. Steph. Magnoli; *si qui vult* habent H. Wolf. (ut dixi) Vict. Lamb. Suffr. Petr. Ed. prc. Mog. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. Or. Reliqui *si quis vult.* Pro *vult* Cod. Suerin. ex veteri, Ciceronis etiam, more, *volt.* — Ceterum de locutione *si qui* et *si quis* utrum et quid differant, varia variorum sive iudicia sive commenta exponere et diiudicare longum est. Quod si quis potiora cognoscere velit, eius in usum infra laudabimus libros, unde ea cognoscere possit. Nos paucis defungemur, una sententia electa, unicuique iudicium relinquentes integrum et liberum. Optime nimirum mibi rem expedivisse videntur

C. Reisigius (Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. §. 202.), C. Haasius (in annot. ad eum librum, N. 356.) et G. T. A. Krügerus (Gramm. d. Lat. Spr. T. II. §. 424—426.), docentes: Fieri posse, ut aliqua fuerit utriusque formulae antiquitus diversitas: nunc in tanta librorum scriptionis varietate et maiore fere sententiarum discrepantia, quae a viris doctis sunt prolatae, discerni non posse usus varietatem, cum promiscue utraque formula in eadem sententia scripta reperiatur. Sic ad Famm. IV, 5, 6: *si qui etiam inferis sensus est;* contra Philipp. IX, 6. 8: *si quis est sensus in morte;* pro Mil. 7, 17: *Nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si quis humilem necaverit.* Ergo neque iis assentiendum videtur, qui, utrum *si qui* an *si quis* scribas, de eo aurium et εὐφωνίας iudicium esse volunt (quamquam apud poetas metrum et elidendae syllabae necessitas usum alterius utrius formulae suadet variis locis:) neque iis plane, qui *si qui* magis Ciceronianum esse contendunt, quam *si quis* (quamquam non sine causa dixit Niebuhrius ad Cic. frgmm. oratt. p. 83: *si qui* fere semper habere meliores Ciceronis libros:) neque eos dixisse aliquid existimamus, qui scripserunt sic differre *si qui* et *si quis*, ut illa forma magis sit universa atque incerta, haec specialis atque certa: nec magis eos, qui *si qui* cum substantivo adiective, *si quis* substantive sine adiectivo scribendum esse contendunt. Quod vero suasit Goerenzius, ut *si qui* intelligatur: *wenn Jemand, si quis: wenn irgend Jemand*, id nihili est: neque multo melius, quod recentiorum aliquis Grammaticorum scripsit: in *si qui* posteriorem voculam esse ἐγκλιτικήν, *quis* autem post *si* suam quandam et propriam habere vim atque potestatem. Sed vide quid, praeter eos quos laudavimus, disputent Drakenb. ad Liv. III, 17, 7; Graev. ad Cic. in Verr. II, 49; Casaub. ad Sueton. Neron. 17; Ducker. ad Flor. I, 18; Bentlej. ad Horat. Sat. I, 6, 79 et II, 6, 10; Burmann. ad Sueton. Aug. 79; Ruhnken. ad Iul. Rufinian. (ad calc. Rutilii Lupi) p. 201; Oudendorp. ad Suet. Caes. 56; Heusinger. ad Cic. de Off. I, 7. p. 57. et ed. Zumpt. p. 36. sq.; Gernhard. ad Cic. de Off. II, 21, 74. p. 258. sq. et ad nostrum locum; Ruhnk. ad Terent. Heaut. Prol. 44; Benecke ad Cic. Cat. IV, 6, 12. p. 278; Goerenz. ad Cic. de Finn. V, 3, 8. p. 539; Beier. ad Cic. de Off. II, 21, 74. p. 142—144; Schuppius in Seebod. krit. Bibl. 1820. Vol. II. P. IV. p. 839; Jen. Lit. Ztg. 1820, 152. p. 265; Ramshorn. Lat. Gramm. §. 160. p. 371. ed. pr.; Benedict. ad Cic. Epist. III, 8. §. 24; Stürenburg. ad Cic. pro Arch. p. 82. sqq.; Lindemann. ad Cic. de Invent. II, 6. p. 538 sq.; Weissenborn. Lat. Syntax §. 44; Ochsner. ad Cic. Eclogg.

p. 363; Beier. in Indicc. ad Scriptorum Cic. Editiones, p. 81. a; Herzog. ad Caes. B. G. VI, 13. p. 319. Unum addo locum ex libro de Rep. II, 31. p. 301 et 303, ubi in Codice antiquissimo rescripto, eodem capite legitur: *legem tulit* —, *ne quis magistratus civem Romanum — verberaret*; et: *lex sanxit*, *ne qui magistratus sine provocatione crearetur*. Mr.

Plus apud me tamen vera ratio valebit,] „*Tamen* abest ab uno. *Vera ratio*: *Oratio*, duo." Ald. Manut. „*Vera oratio*: alii *vera ratio*." H. Wolf. — Cod. Drsd. 5. *Sed plus apud me ratio valebit*, omissis verbis *tamen* et *vera*. Est *plus tamen ap. me vera rat. valebit* in Codd. Drsd. 2. Duisb. Gud. C. *Vera* abest etiam a Cod. Gud. A. Duisb. Crz. 1. *tamen vera* absunt ab Ox. I. et Bas.; abest *tamen* a Drsd. 4; in Crz. 2. est *oratio*. Abesse dicit *tamen* Or. ab Edd. Crat. Manut. et Magnoli; abest item a nostris Car. Steph. Aldd. 1517. 1552. Ed. Par. 1567. *tum* pro *tamen*. Quare, et propter sedem vagam, ego quoque cum Or. eam vocem uncinis inclusi, cum, quod significat, efficacius fere sono significari possit. Gernhardus quoque; quamquam neque abiecit neque inclusit, probavit omissam in aliquot libris. Quid? quod idem etiam arridere posse dixit, quod absunt ab uno Ox. verba *tamen vera*, quamquam *veram rationem* explicat rationem et veritatem aut veram argumentationem, laudatque Fragmentum Hortensii apud Priscianum s. v. *detrahere* [debebat pro Prisciano laudare Nonium Marcellum]: *Ut ea sibi ratio vera restituat*, *quae consuetudo vitiosa detraxerit*. In libro de Off. tertio c. 21. est *cum ad veritatem coepi revocare rationem*. Mr.

Quam vulgi opinio] Cod. Suerin. omittit *quam* et exhibet *vulgi opinione*. Ed. Par. s. a. *vulgo*. Ad verba confert Borg. Cic. de Or. III, 6: *sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus non modo vulgi*, *verum etiam hominum leviter eruditorum*: additque videri posse, quantum vulgi opinioni Cicero tribuerit in oratore vel probando vel improbando, in Bruto c. 50 sq. Mr.

Neque ego unquam bona perdidisse dicam,] Cod. Crz. 1. *neque'go* (sic); Oxx. I. ψ. Bas. Drsd. 4. 5. post *unquam* addunt *illum*, cum Edd. Herw. H. Wolf. Crat. Cam. Suff. Petri, Ald. 1517. et 1552. Sylb. Sturm. Lamb. Lambb. Aud. Tal. et aliquot Codd. Aldi Manutii: Vides igitur errare eum, qui Edd. Lambb. (post 1566.) curavit, quod scripsit in marg. *illud* esse in Cod. vet. nullo. In Crz. 1. est *unquam dico bona*, in Drsd. 5. *ego dicam unquam*, in Crz. 2. *perdidisse bona dicam*, in Drsd. 4. deest *dicam*, Suerin. *unquam illud bona*. In seqq. fluctuant libri, ut supra, inter *si qui* et *si quis*. Ego veterem et, ut Niebuhrio quoque visum esse

dixi, Ciceroni usitatiorem, a librariis saepissime mutatam formam edidi cum Or. ex Edd. Lamb. H. Wolf. Gron. Verb. Ern. Wetz. Schz. Borg. Nobb. Quare miror, quod Gernh. scripsit se nescire unde Ern. *si qui* dederit, et qua auctoritate. Unus Gud. A. *si pecus*, omissa voce media. Idem in seqq. compendium habet, quod significat *amiserim*. Ei voci post *suppellectilem* praeponitur *dicam*, perperam repetitum ex superioribus, in Cod. eodem. A dv. *suppellex* haec annotavit Wytt. in Scholis: „Ita dicuntur omnia instrumenta et vasa, quibus domus ornatur et ad usum commoditatemque instruitur. Nominis dubia est origo. Illud sine dubio: coniunctum esse cum Graeco ἔπιπλα, quod, nomen plurale, supellectilem notat, ut proprie antiquitus *supplex* hoc sensu dictum fuerit, sic ἔπιπλα ex ἐπὶ et πλοῦς (quasi ἐπὶ πλοῦν); similiter formatur *duplex* ex διπλοῦς, quamquam ex alia origine." Aliorum (Labeonis, Turnebi,) sententias vid. in G. I. Vossii Etymol. Ling. Lat. h. v., M. Martini Lex. Philol. Etym. h. v., Chr. Becmani Manuduct. ad Ling. Lat. (de Originn. L. L.) p. 595. sq. v. *lectus;* Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. T. VI. vv. *Supellex* et *sublica;* add. eiusd. Handb. d. lat. Etymol. p. 181 et 183. — Ox. N. habet *supellectile*, Ox. N. *supellectiles*. Mr.

Neque non saepe laudabo sapientem illum,] Scribitur *nec non* in Duisb. Oxx. I. U. η. ψ. Suerin. Crz. 1. 2. Gud. C. Drsd. 2. Edd. vett. nostrae et Or. septem, cum Codd. Bern. et Bas. Reliqui Codd. et Edd. inde a Grut. nobiscum faciunt, nisi quod Ox. E. habet *nec vero saepe*. In Crz. 1. est *illum saepe laud. sap.;* in Drsd. 2. *illum laud. sap.* cum Gud. C. Bas.; Drsd. 4. exhibet *neque non illum laud. sap.;* Drsd. 1. *haec non saepe*, Suerin. *non illud saepe laud. sap.*, Eyb. et Gud. B. *illum sapientem laud.* In Ed. Paris. 1507. est *nec non saepe laudabile sapientem illum*, in Lugd. 1515: *nec non se laudabilem sap. illum.* Laudat Gernh. Cic. Epist. Famm. III, 12: *Neque enim tristius dicere quicquam debeo de te — neque non me tamen mordet aliquid.* Mr.

Biantem, ut opinor,] Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. *Byantem.* Pergit Ox. I. *qui, ut opinor.* Ad rem Xyst. Betuleius: „Apud Plutarchum, Laërtium, Stobaeum varia leguntur Biantis Apophthegmata et responsa: sed hoc apud solum Valerium Maximum reperio, cuius verba, quia huc faciunt, adscribam (VII, 2. ext. 3.) *Bias, cum patriam eius Prienen hostes invasissent, omnibus, quos — saevitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus, quid ita nihil ex bonis suis secum ferret: Ego vero, inquit, bona mea mecum porto. Pectore enim illa gestabat, non humeris, nec oculis visenda, sed aestimanda ani-*

mo: quae domicilio mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt et ut manentibus praesto sunt, ita fugientes non deserunt. — Ad v. *ut opinor* Frc. Sylvius: „Nescit certo Cicero, an fuerit Bias, qui id responderit. Diogenes quidem Laërtius libro I. (p. 57 sq. Ed. Colon. 1615.) scribit Prienen, Thebanorum coloniam, quum a rege Halyatte obsideretur, Biantis consilio liberatam fuisse. Ciceronis vero sententiam Val. Max. sequutus est." Refert idem Seneca de Tranquill. Animi II, 5. (sive, ut item dicitur hic liber, de Constantia Sapientis): sed ibi Stilponi tribuitur haec sententia, non Bianti. — „Quod Cicero addit: *ut opinor*, id eo factum videtur, quod idem factum alii tribuunt Stilponi, philosopho Megarico, qui patria sua Megaris a Demetrio Poliorceta expugnata, idem fecerit, ut est apud Plutarchum in Vita Demetrii et in libro de Educatione Puerorum. Fuit autem Priene una ex duodecim urbibus Ioniae, quam tum expugnaverat Alyattes Lydiae rex." Wyttenb. Quod autem verba *ut opinor* ita explicat Büchling., quasi Cicero de eo dubitaverit, utrum Bias in septem sapientibus numerandus sit, nec ne, id tum quidem intelligi sic posset, si in libris esset, ut est in Ox. I, *qui, ut opinor* —. Sed de Biante non ambigitur, sed de Periandro et Mysone, quorum qui unum in septem numerant, alterum omittunt. Vid. I. F. Buddei Dissertt. octo, quae inscribuntur Sapientia Veterum h. e. Dicta septem Graeciae sapientum. Halae, 1699: quarum tertia est de Biante, septima de Periandro et Mysone. Mr.

Qui numeratur in septem,] Unus tantum Cod. Aldi Man. habebat *in septem*, reliqui omnes *inter septem:* sed *in* habet Ox. I. cum Gud. A. Duisb. Suerin. Bas. Ed. vet. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Vict. Rob. Steph. et C. Lang. Ita enim H. Wolfius: „*In septem* C. Langius, ut sit Graecismus, ἐν τοῖς ἑπτὰ vel ὁ τῶν ἑπτά. Alii [et ipse H. Wolf.] *inter septem*, alii *inter septem sapientes:* et pro *numeratur* alii *enumeratur:* quod depravatum iudico." Post Gruterum omnes *in.* Sed *enumeratur* habent Edd. vett. multae, ut ex nostris Paris. 1507. Arg. 1515. Lugd. 1515. Par. 1512. Venn. 1492 et 1515. Sed recte Graevius: „Ex Pithoeano Cod. rescripsi sine cunctatione *qui numeratur* in septem. Nam *enumerare* in hoc sensu non invenies apud ullum bonae notae aetatisque scriptorem, sed *numerare* pro aestimare, habere, millies. Cic. I. ad Famm. 9: *Itaque tota iam sapientum civium, qualem me et esse et numerari volo, — sententia — mutata esse debet;* ib. XII, 2: *reliquos, — ignosce mihi, si non numero consulares;* VII, 1: *me autem uterque numerat suum.*" Ceterum pro *numeratur* est *nominatur* in Codd. Crz. 1. et Drsd. 5. Post *septem* additur *sapientes*

in iisdem ferè libris, qui habent *inter:* in una tantum Ed. Hdlbg. s. l. et a. est *in septem sapientes.* Sed abest ea glossa ab Oxx. N. U. Crz. 2. Suerin. Duisb. Gud. A. B. vet. cod. ap. Car. Steph. Bern. Bas. et Gruterianis, ut videtur, omnibus, itemque ab Edd. quae habent *in* pro *inter:* excepta, quam dixi, Ed. s. l. et a. Mr.

numeratur in septem] Vulgo al. *enumeratur inter septem sapientes.* Explicatio irrepsit in contextum. Facc.

ut opinor, qui numeratur in septem:] Ad verba *ut opinor* Borg. ait ea esse formulam negligenter affirmantis et aliud agentis: promiscue usurpari *opinor* et *ut opinor:* prius pro Sest. 21. Philipp. III, 8; posterius Lael. 23; Verr. II, 4, 3. et c. 19. Ad v. *in septem* conf. Lael. 16: *a Biante esse dictum, qui sapiens habitus esset unus e septem.* Ad rem Herodot. I, 15. 142. 181. Mr. „Constat ex Laërtio Prienen, Ioniae urbem, Thebarum coloniam fuisse: ex Strabone, eam ab Aegypto, Nelei filio, esse conditam, postea a Philota Thebano coloniam eo deductam atque ab eo etiam Cadmen fuisse dictam. Constat ex eodem, hanc, cum prius maritima fuerit, alluvione limi continenti iunctam esse, ad stadia CCL, item Prienenses ab Helice originem traxisse. Ex Herodoto constat, Ardyn, Gygis V. Lydorum regis filium, Πριηνίας (sic enim nominat) expugnasse, qui fuit Tulli Hostilii σύγχρονος, Olympiade XXIX." Xyst. Betuleius.

Cuius cum patriam Prienen] Abest *Prienen* a Codd. Crz. 2. Bas. Drsd. 4. et Ox. σ.; in Crz. 1. est *Prienam*, in Suerin. *Pirihenem*, in Gud. A. *plen'a patriā*, Gud. B. Oxx. E. N. ψ. Drsd. 5. *patriam plenam*, Duisb. Gud. C. *prienam*, Drsd. 1. *priennem*, Drsd. 2. *penem*, Edd. Paris. 1512. Daventr. 1515. Arg. 1515. Par. 1507. Lugd. 1515. *Prieñam.* Habent *Prienam* etiam Edd. H. Wolf. prc. Mog. Suffr. Petr. Hdlb. s. l. et a. et Ed. ap. Meusel. Pergit Cod. Ox. E. *ceterique enim ita*, Drsd. 4. *ceteri itaque;* Cod. Duisb. *ceterisque ita.* Var. ad calcem Ed. Magn. *cepissent hostes.* Post *Prienen* ab aliis addi *quidam* refert H. Wolf. Mr.

ut multa de suis rebus secum asportarent,] „*Multa de suis rebus*, pro *multas.* Est hoc proprietatis Ciceronianae, ut *res* coniungantur cum adiectivo plurali." Wyttenb. „*Secum* abest a quattuordecim: in quorum uno additum." Ald. Manut. Abest item *secum* ab Oxx. σ. ψ. Crz. 1. 2. Drsd. 4. Gudd. A. B. C. Duisb. Ed. Arg. 1515. In Ed. Ven. 1492. et Ed. ap. Meus. est *et multa*, in Par. 1507. et Lugd. 1515. deest *ut*. Codd. Crz. 1. et Drsd. 1. *exportarent*, Drsd. 5. *apportarent.* — „Videtur legendum vel *ut multa de suis asportarent* etc. vel: *ut multas de suis rebus asportarent.* Verum tamen nihil mutare ausim. Satis habui ad-

monere lectorem minus attentum, duriusculum esse ita loqui: *multa asportare de suis rebus.*" Lambin. Ad hanc annotationem respondet Wytt. in annot., quam modo adscripsimus. Exempla, quae omisit W., afferunt Borg. et Ochsn. Conf. de Off. II. 4: *quae utilitates ex rebus iis, quae sunt inanima, percipiantur*, de Finn. IV, 10: *earum rerum quam plurima et quam maxima adipisci;* Divin. I, 52: *earum enim rerum utrumque.* Vid. Cort. ad Cic. Epist. Famm. XVI, 4, 5: *sumptui ne parcas in ulla re, quod ad valetudinem opus sit.* — Delevisse illud *secum* etiam Bentleium refert Gernh. in Addendis. *Rebus* omittunt Oxx. σ. ψ. Mr.

Quum esset admonitus a quodam] Scriptum est vetusto more *ammonitus* in Crz. 1. 2; *amonitus* a Suerin. *Esset* abest ab Ox. η. Refert Prell. in Excerptis Eyb. esse *ut ipse idem f.*, quod habet item Paris. s. a., in Codd. Bas. Drsd. 2. *ut ita fac.*, in Guelph. *ut idem fac.* Et posterius quidem exhibet etiam Crz. 2. cum Drsd. 1. in Gud. C. est *ut ipse idem;* in Drsd. 2. omittitur *ut;* Drsd. 3. facit cum Bas. Tum Drsd. 1. *inquid* pro *inquit.* De formula *Ego vero* elegans est commentatio Henrici Stephani, quam, cum sit in libro rarissimo, in *Excursu* adiicere visum est *tertio.* In Cod. Suerin. est *ut ididem ipse faceret.* Mr.

Omnia mecum porto mea.] Ita edidi cum Gernh. et Or., optimo certe ad sententiam ordine, ille ex Ed. Herwag., hic ex Vict. Quam autem Herwagianam appellat Gernh. est ea, quam nos Camerarii dicimus (Bas. 1540. f. m.), in qua sunt annott. et Camerarii et Victorii. Est praeterea hic verborum ordo in Edd. Aud. Talaei, Rob. Steph., quae habet item emendd. Victorianas, et, si fides collationi, Cod. Gud. B. In Gud. A. est *omnia mea mecum asporto*, quod correxit aliquis ex antecedente *asportarent;* idem enotavit etiam Or. ex Guelph. Plerique et scripti et editi habent *omnia mea mecum porto*, cum Valerio Max. VII. 2. 3, qui addit: *Pectore enim illa gestabat, non humeris: non oculis visenda, sed aestimanda animo;* unus noster Cod. Crz. 1. habet *nam mea omnia mecum porto.* Denique *omnia mea porto mecum* exhibent Edd. Suffr. Petri, Grut. Gron. Graev. Ern. Wetz. Schz. Borg. — „Virtutem et sapientiam, quae homini nisi cum vita eripi non possunt." Ald. Man. „Ab aliis, qui hoc citarunt, vel Graecis vel Latinis, additur: *virtutem ac doctrinam*, παιδείαν καὶ ἀρετήν." Wytt. De Stilpone Megarico idem referens Seneca de Const. Sap. 5. §. 3. ita: *Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit. Ab hoc Stilpo philosophus interrogatus, num quid perdidisset, Nihil, inquit, omnia namque mea mecum sunt. Atqui et patrimonium eius in praedam cesserat, et filias rapuerat hostis, et patria*

in alienam ditionem venerat. — *Habebat secum vera bona, in quae non est manus iniectio.* Narrat idem de Simonide Phaedrus Fabb. IV, 21, 24 sqq. ubi est:

— — — — *Ceteri* [naufragi] *tabulam suam* [naufragii]
Portant, rogantes victum. Quos casu obvius
Simonides ut vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum esse cuncta. — — — —

Nec plane dissimile est, quod de Aristippo naufrago referunt Galenus Protrept. c. 5. et Vitruvius Archit. praef. L. VI., qui popularibus suis id praecepisse fertur, ut eiusmodi possessiones et viatica liberis pararent, quae etiam e naufragio una possent enatare. Ipse autem Cicero infra Parad. IV, 1: *Nihil neque meum est neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest.* Mr.

Ille haec ludibria fortunae ne sua quidem] Cod. Gud. A. *Ille autem haec.* Ad v. *ludibria fort.* Ald. Manutius haec: „Ludit enim fortuna divitiis nunc tribuendis nunc eripiendis. De Officiis [I, 32, 115]: *Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiae, opes eaque, quae sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur.* Ovidius [Trist. III, 7, 41 sq.]

Nempe dat id, cuicunque libet, Fortuna, rapitque;
Irus et est subito, qui modo Croesus erat. — Et alius [Ovid. ex Ponto IV, 3, 49:

Ludit in humanis divina potentia rebus." Adde Iuvenalem Sat. III, 38 sqq. — — — — — — *quum sint,*
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari.

Pergit Cod. Crz. 1. cum Gud. A. *nec sua quidem,* Crz. 2. *ne quidem sua,* Gud. B. *nec sua,* omisso *quidem,* Oxx. E. η. *sua quidem non esse.* — Laudat Ochsn. ad h. l. praeter eos, quos nos laudavimus, locos, Plin. Epist. IV, 11, 2: *Quos tibi, Fortuna, ludos facis!* Quibus adde Boeth. Consol. Phil. II, 1.

Sic ludit illa [Fortuna], *sic suas probat vires,*
— — — — — — — — — *si quis*
Visatur una stratus ac felix hora.

Claudian. in Eutrop. I, 24:

Hoc regni, Fortuna, tenes? quaenam ista iocandi
Saevitia? — — — — —

Plaut. Captiv. Prolog. 22:

Enimvero dî nos quasi pilas homines habent.

Plaut. Rud. III, 1, 1:

Miris modis dî ludos faciunt hominibus.

Senec. Consol. ad Polyb. 35: *Fortuna impotens, quales ex hu-*

manis malis tibi ipsa ludos facis! Horat. Carm. III, 29, 49 sq.

Fortuna saevo laeta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax —.

Ubi vid. interprr. Mr.

Quae nos appellamus etiam bona.] *Etiam appellamus* Codd. Bas. Duisb. Suerin. Drsd. 1. et excerpta Eyb., Ox. U. omittit *nos*, Crz. 1. habet *quae etiam nec nos app. bona.* Drsd. 3. *quae mea etiam nos app. bona.* Cod. Bern. omittit *etiam.* Mr. — „Est breviloquentia in particula *etiam*: i. e. nos illa ludibria non tantum *nostra* appellamus, sed etiam *bona* vocamus." Wyttenb.

Quid est igitur, quaeret aliquis, bonum?] „*Quaeret igitur aliquis, quid sit* (*est* Bern.) *bonum* Codd. Bas. Bern. Guelph." Or. — Pro *quid* Ox. σ. *quis*, Ox. ψ. *quod*, Oxx. E. I. η. *sit* pro *est.* In Cod. Pith. est, ut in Bas., et sic etiam Gud. A. Duisb. (sed hic superscriptum habet: *quid est igitur bonum, quaeret aliquis:* nec vero, quod refert Gernh., in marg. vulgata est:) Crz. 2; Drsd. 4. Gud. B. habet *aliquis quaeret*, Crz. 1. *Quaeret quis, quid sit bonum;* Gud. C. *quaeret igitur aliquis, quid est bonum.* Drsd. 1. *quaeret ig. aliquis, quod sit bonum;* Drsd. 3. *quaeret aliquis, quod sit bonum* (omisso *igitur*); Drsd. 5. *quaerit igitur aliq. quid sit bonum.* Pergit Drsd. 4: *si quid fit recte*, Gud. A. omittit *fit*, Gud. B. habet *si quidem sit recte.* Cod. Suerin. *Quid est igitur quaeret igitur aliquis etiam vel quid sit bonum:* vides h. l. variarum lectionum in contexta receptam confusionem. Mr.

Et cum virtute, id bene fieri —] Abest *et* a Crz. 1; Cod. Drsd. 5. habet *et cum virtute est, id bonum videri recte videtur et quod honestum et rectum.* Drsd. 3., omisso *id*, pergit, *bene fieri et vere*, Crz. 1. *id bene fieri recte videtur;* Gud. A. *id bene et recte fieri.* Verba *id bene* usque ad *virtute est* desunt in Ox. I. aberrante scriptoris oculo a priore *id* ad posterius. *Et* ante *quod* abest a Gud. C. et Duisb.; Ox. I. habet *est* inter *virtute* et *id;* Ox. ψ. ante *id* habet *et cum veritate est.* Ald. Man. ab uno abesse ait *vere*, et a Lamb. editum esse *id bene fieri et recte dicitur:* sed quamvis idem dixerit Gernh., recte tamen monet Or., in vera Lamb. a. 1566. eam lectionem non esse, quamquam est in Lambinianis a. 1580. 1581. 1584. Goth. Herw. Boul. Ald. 1548. Camer. Par. 1543. Graevius dicit in Cod. Pith. esse *id bonum fieri vere dicitur.* Additum illud *et recte* ineptum est: quomodo enim dixerit Cicero *si quid recte fit, — id fieri recte dicitur —?* vel si *recte* referas ad *dicitur*, quomodo dicat commode: *recte dici id bene fieri quod recte fit —?* Quod vero diximus *et* abesse a duobus nostris abest item ab octo Manutianis et ab Edd.

Herw. et Cam. itemque ab Ed. vet. ap. Meus., Ed. prc. Mog. 1465. Manut. 1555. Magnoli, Lamb. Suffr. Petri, quod recte improbat Gernh. Quod autem dicit in Ed. Asc. esse *et honestum cum virtute est*, id habet Asc. 1520, nec vero Asc. 1512. Quod autem se nescire ait Or., quem dicat Ochsnerus habere *si quod recte fit — id bene fieri vere dicitur, quod rectum* cet., id est Bentleii, ut refert Gernh. in Add. Ceterum cf. ann., quae sequitur H. Wolfii. Mr.

Si quid recte — id solùm opinor bonum.] „Alii *si quod recte fit:* quae lectio magis mihi probatur, ut verba *vere dicitur* absolvant πρότασιν periodi, cuius ἀπόδοσις desinit *opinor bonum.* Sed licet etiam duas periodos ex his verbis contexere, hoc modo: *Si quid recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur.* Sequitur altera periodus sine connexione: *Quod rectum et honestum et cum virtute est, id solum opinor bonum.* Sed prior forma, ὑποθετική, magis mihi probatur, quam haec ἀποφαντική. Nam ὑπόθεσις niti videtur assensu et comprobatione audientium, quod est ῥητορικώτερον καὶ δεινότερον, quam simplex affirmatio.“ H. Wolf. „Sunt, qui putent, bonum et honestum ἀντιστρέφοντα omnino esse. Seneca tamen Epist. 118. hoc differre dicit, quod honestum per se bonum sit, bonum vero ex honesto fluere et, quod bonum est, malum esse potuisse, quod vero honestum est, nisi bonum esse non potuisse. Et probat exemplis: Res ἀδιαφόρους, si recte et honeste fiant, bonas esse. Quibus verbis hunc locum pulchre explicat, quid sit recte et honeste fieri. — Auctor Rhetoricae ad Herennium [III, 2.]: *Honesta res dividitur in rectum et laudabile. Rectum est, quod cum virtute et officio fit. Id dividitur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam.*“ Xyst. Betuleius. Ad rem adde Senec. Epist. 71. *Summum bonum est, quod honestum est, et, quod magis admireris, unum bonum est, quod honestum est. Cetera falsa et adulterina bona sunt.* Et Epist. 76: *Omnia pro honesto patienda sunt: quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum, quam honestum.* De Finn. III, 8: *Ex quo intelligitur — solum bonum esse, quod honestum sit: idque esse beate vivere, honeste, id est, cum virtute vivere.* Id. ibid. c. 10: *Ego assentior Diogeni, qui bonum definierit id, quod esset natura absolutum:* et de Finn. II, 14: *Honestum igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis praemiis fructibusve, per se ipsum possit iure laudari.* — Ad lectionem addo, pro *et honestum* in Cod. Drsd. 2. esse *et honeste*, in Suerin. *vere dicetur* pro *vere dicitur*, in Crz. 2. *id solum bonum opinor:* in Crz. 1. ad *opinor* supra lin. adscriptum est *existimo.* Mr. „*Rectum* Graece ὀρθὸν dicitur a via

recta, quae est brevissima ad propositum finem. *Honestum* autem dicitur a honore; Graece καλὸν, i. e. pulchrum morale.“ Wytt.

Sed haec videri possunt obscuriora,] „*Obscura*, unus. *Odiosiora* esse in quibusdam libris, alii scribunt.“ Ald. Manut. „Gulielmius malebat *odiosiora* ex duobus suis: item mox *illustrata*. Ego acquiesco lectioni exemplari vulgatae antiquitus.“ Gruter. „MSS. duo *odiosiora*.“ Graev. Codd. Gud. B. Drsd. 4. *possunt videri*. Cod. Crz. 1. *obscura*, cum Ox. E., quorum prior supra lin. habet glossam *non intelligibilia*. Oxx. σ. ψ. Duisb. *odiosiora*: et hic quidem in marg. habet *lentius disputata odiosiora sunt*. Gud. A. *videri obscura possunt*. Cod. Bern. *Sed videri haec possunt*. — *Odiosiora* enotavit Or. ex var. lect. ad calc. Ed. Magnoli, nos reperimus in Ed. Col. Agr. 1576. sola. Mr.

quum sine appositione exemplorum lentius disputantur,] „*Positione* unus. *Oppositione*, unus. *Sine app. exemp.* absunt a decem. in quorum duobus add., in uno deletum.“ Ald. Manut. „In Cod. Memmiano hoc totum *sine expositione*, sive *sine appositione exemplorum*, ut est in vulgatis, ex Codicum veterum auctoritate deletum erat, neque Langius in suis habuit. — In uno duntaxat reperi *sine expositione exemplorum*, quod magis probo, quam *sine appositione exempl.* Quin, ut, quod sentio, libere dicam, utrumque mihi suspectum est. Praeterea pro *lentius disputantur* quidam legi volunt *latius disputantur*.“ Lambin. [*Latius* nullus habet liber, quod sciam: sed scripsit ita Turnebus Adversar. XX, 20. p. 192. ita tamen, ut nescias, utrum sic emendare voluerit, an ipsius vel typographi errore ita editum sit. Mr.] „Recentius cusi post *quum* interiecere *sine appositione exemplorum*. Inepte. Imo, ne quid dissimulem, suspicor illud *Sed haec videri possunt obscuriora, cum lentius disputantur* totum esse a glossa: aut vero subsequens istud: *haec quae verbis subtilius, quam satis est, disputari videntur*. Sed prius magis [scr. potius] membrum resecandum, quam secundum. tuncque legendum omnino *illustrata*, hoc modo: *opinor bonum. Vita atque factis illustrata sunt summorum virorum haec, quae verbis subtilius quam satis est, disputari videntur.*“ Gruter. „Merito glossemata haec foeda [a Lambino reiecta] non habent Pith. aliique MSS. nec editiones optimae Langii.“ Graev. Absunt verba *sine appositione exemplorum*, quae manifesto produnt glossatoris manum, ab Ed. principe, Ven. 1487. Victor. Rob. Steph. Ven. 1492. Hdlbg. s. l. et a. et Parisina 1512. Ed. ap. Meus. itemque Daventr. 1515. tum inde a Grut. ab omnibus. In duabus, Arg. 1515. et Ven. 1514., glossa alio loco inserta est; habent enim: — *obscuriora sine appositione exemplorum, cum*

lentius disputantur. Ex Codd. nostris potiores non habent glossam, Crz. 1. 2. (in tertio h. l. excidit folium) Drsd. 2. 5. Gud. A. Oxx. σ. ψ. Duisb. Suerin. Mr.

Lentius disputantur] „I. e. crassius et minus, ut ita dicam, efficaciter, quod minus persuadeant." Frc. Sylv. „i. e. quod *lenius.* Sunt enim ab eadem origine haec duo Adiectiva et sensu coniuncta. Cic. Tuscc. IV, 19. [§. 44, ubi vid. quae nos annotavimus p. 366. ad substantiva *lenitatis* et *lentitudinis* iuxta posita, T. III. ed. nostr." Mr.] et Ernest. in Clav. Cic. v. *lentus* [add. v. *lente*, ubi in Lex. Cic. convertit Schütz. *in trockener Allgemeinheit*, dictumque dicit de disputatione nimis subtili nec satis exemplis illustrata. Mr.] Sensus est: philosophorum more, sedate; ut vulgo dicunt *in abstracto*, non *in concreto.* Huic rationi opponitur oratorum ratio, quae fit per exempla sub oculos subiicienda, quae iam sequuntur inde a verbo *Quaero*, per figuram, quae dicitur percunctatio." Wyttenb. Habet Ox. I. *levius*, Oxx. U. η. Crz. 1. *lencius*, Ox. ψ. *lente.* Ernestus explicat *subtiliter*, Forcellinus *placide*, Mencken. in Obss. Lat. Ling. p. 574: „quae verbis tantum et rationum conclusionibus, non illustribus exemplis, explicantur." Interpretes Graeci, Dion. Petavius, Adr. Turnebus et Io. Morisotus, ita: primus: *ὅτε δίχα παραδειγμάτων γλίσχρως οὑτωσὶ διαλαμβάνεται*, alter: *ἀνειμένως ἄνευ παραδειγμάτων διαληφθέντα*, tertius: *ὁπότε χωρὶς τοῦ προστιθέναι παραδείγματα βραδύτερον διορίζεται.* Vides hos viros reddidisse etiam glossam. C. P. Hessius autem, qui a. 1833. edidit conversiones Petavii et Turnebi Graecas, monet convertendam fuisse vocem *lentius ψυχρῶς (trocken).* Interpretes Germanici, qui ad manum sunt, Ioerdens, a. 1791. reddidit: *nur so trocken*, Schreiberus a. 1799: *zu allgemein*, Gauppius a. 1811: *trocken;* Gernhardus refert F. C. Wolffium convertisse *in der bedächtigen Sprache der Abhandlung.* Mr.

lentius] „In vulgatis additur *sine expositione exemplorum.* Scilicet haec ipsa est alicuius Grammatistae explicatio." Facc.

lentius disputantur] Ex Gernhardi Addendis haec addimus: „Schützius Grutero, cui verba: *haec — lentius disputantur*, e glossemate accessisse videntur, assentiens, Sane, inquit, si scribatur *Sed vita atque factis* sqq., nihil desideraveris. — Th. Bentleius deleri vult verba *cum lentius disputantur* et *summorum virorum haec.* Molestum sane est duplex *haec;* tum reliqua *verbis — videntur* malim pro interpretamento haberi superiorum *haec videri possunt — lentius disputantur*, quam haec ipsa deleri, quae prius cogitanda erant, quam facta postularentur." Mihi quidem neque Gruteri Schütziique suspicioni, neque Gernhardi coniecturae assentien-

dum videtur: nam ut nihil certius est, quam verba *sine appositione exemplorum* glossatori deberi, ita, quae alia in suspicionem vocantur, nequaquam habent additamentorum colorem. Sed ut nihil videatur deesse, addo, Borgersium vocem *lentius* interpretari: „Philosophorum more, *tenuiter, ieiune:* eumque laudare Orat. 14: *In hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset, exercuit.* De Finn. III, 5: *Haec dicuntur fortasse ieiunius: sunt enim — quibus ubertas orationis adhiberi vix potest.* Adde ad usum v. *lentius* Fragm. Hortensii ap. Nonium, p. 479. ed. Cic. Orell. T. IV: *Crassum, qui lentius dicere solebat.* Ad Att. II, 1: *nisi librum lente et fastidiose probavissem.* Oxx. I. U. et Ed. Ven. 1492. habent *disputant.* Mr.

Vita atque factis] „MS. *vita igitur atque factis.*" Graev. Cod. noster Crz. 2. *vita quidem atque factis.* Pergit Duisb. cum Gud. B. et Suerin. *Illustrata sunt,* quod habet etiam Drsd. 4, qui omittit sequentia *summorum virorum,* quod favere possit videri coniecturae Th. Bentleii, sed videretur tantum. In seqq. Crz. 1. habet *quae in verbis;* Gud. B. omittit *verbis,* Gud. A. facta transpositione habet *virorum summorum.* Ad v. *subtilius* Ald. Man. explicandi causa adscripsit: *more Stoicorum.* Idem ad sequentia „*Est,* inquit, abest ab uno. Male alii legunt *quam factis.*" Idem refert in varr. lectt. Graevius. Pravum illud *quam factis* occupat Edd. Arg. 1515. Ven. 1492. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1514. Par. 1512. Daventr. 1515. Lugd. 1515. Par. 1507. Ed. prc. et Ed. ap. Meus. Reprehendit etiam lectionem *factis* in commentario H. Wolfius cum Frc. Sylvio, qui *quam s. est* explicat *nimium.* — Pro *quaero enim* est *quaero autem* in Codd. Drsd. 1. et 3. ex perperam lecto scribendi compendio. Ad usum vocis *subtilius* cf. Or. pro Scauro c. 1. ib. Heinr. Brut. 9. de Finn. I, 9. Mr.

Num ullam cogitationem,] „*Illam,* tredecim. Male. *Ullam:* non modo non maximam, ut plerique: aut aliquam, ut non pauci: sed nec ullam prorsus." Ald. Manut. „Pithoean. *num illam cogitationem.*" Graev. Reperit *illam* Or. in Codd. Bern. Bas. Guelf. et Ed. prc.; nos in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 3. 4. 5. Gud. A. B. C. Duisb. Edd. Ven. 1487. 1492. Par. 1507. 1512. Lugd. 1515. Ven. 1514. Ed. ap. Meus. Arg. 1515. Daventr. 1515. In Cod. Suerin. est *unde illam cogitationem.* Ad locutionem contulit Gernh. Velleium Pat. II. 17: *Diu ita se gessit, ut nullam petendi consulatum cogitationem habere videretur.* — Pro *videantur* Crz. 2. *videntur.* Pro *ii* in multis est *hi* et *hii,* de qua perpetua confusione non videtur ultra monendum post ea, quae diximus ad

Cic. de N. D. I, 5. p. 23. ed. maj. p. 11. ed. min.; ad de Rep. I, 2. p. 11. II, 40. p. 325; ad de Div. I, 3. p. 16. I. 4. p. 21. I, 6. p. 27. I, 9. p. 44. I, 17. p. 85. I, 18. p. 89. et qui sunt in Tusculanis triginta loci, quos indicavimus in indice ad Tuscc. T. III. p. 421. a. b. add. Herzog. ad Sall. Cat. 13. p. 63. Mr.

Num ullam cogitationem — argenti ad avaritiam] Ad sententiam confert Borg.: Cic. de Finn. II, 19: *Num — P. Decius — aliquid de voluptatibus suis cogitabat?* ib. V, 22: *Quis est, qui non intelligat — eos immemores fuisse utilitatum suarum.* Ad dictionem Wyttenb. in scholis haec: „Observetur proprietas latina: *cogitationem habere alicuius rei ad aliquam rem:* quod alibi frequentius dicitur *rationem* pro *cogitatione.* Sic v. c. de oratore dicitur, cum eum tres virtutes sequi oporteat, perspicuitatem, suavitatem, gravitatem: *Habet rationem perspicuitatis ad intelligentiam, suavitatis ad delectationem, gravitatis ad commovendum.* Et omnino frequens est usus praepositionis *ad* tali in compositione. Veluti dicimus: hoc est praeclarum ad laudem, amoenum ad voluptatem, firmum ad stabilitatem." Add. Handii Tursellin. I. p. 113 sq. Mr.

Num ullam cet.] Cod. Gud. A. *videantur habuisse*, Gud. B. *videbantur*, uterque *rem*, pro *rem publicam*, cum Crz. 2; idem Crz. 2. omittit *nobis.* Cod. Suerin. habet *praeclare tam fundatam.* Drsd. 3. *reliquerint.* Ad v. *fundatam* Xyst. Betul. dicit: „legibus nimirum atque institutis: haec enim *fundamenta* sunt rei publicae bene constitutae." Graev. qui *rem* etiam in Pith. reperisset, addidit: „non male". Mr.

Aut auri et argenti ad avaritiam] Ald. Manut., qui legebat *atque argenti*, annotavit: „*aut arg.* quindecim; *et arg.* tres." Grut., qui edidit *aut auri aut argenti*, haec: „Illud *aut auri* non est in Maur. et Met. Sed nec videtur in Pal. sec. aut tert. ac forsan omnino reponendum, quod extat in pr. *auri*, *argenti*, eiectis syllabis aliis duabus." — „*Aut auri* non haberi in quattuor MSS. melioribus, auctores sunt Guilielmius et Gruterus, nec habetur in Pithoeano, iureque abest, quod a sciolo est insertum, qui nesciebat, *argentum* usurpari apud antiquos de omni pecunia, sive sit aerea, sive aurea. Terent. Heaut. II, 3: *Argentum, quod illi es pollicitus, inveniam.* Adelph. III, 4: *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.*" Graevius. „Recte delevit Graevius *aut auri:* nam *argentum* satis est ad exprimendam pecuniam, nec id est in melioribus libris. Edd. pr. habent *auri et argenti*, quod tolerabilius est." Ern. Tolerabilius dicit, quam *aut auri aut argenti.* Ipse Ern. dedit *aut argenti* omissis duabus vocibus *aut auri.* Et sic etiam Facciolatus, Wetzel. Schützius, quamquam Wetz. nostram lectio-

nem *aut auri et argenti* praeferendam existimabat, cum utrumque coniungere Ciceroni admodum sit familiare. Vid. N. Klein in Seebod. krit. Bibl. 1822. 1. 2. p. 172. In hanc sententiam laudavit Gernh. Cic. de Legg. II, 18: *aurum autem et argentum in urbibus — invidiosa res est.* Parad. VI, 2: *nulla vis auri et argenti pluris quam virtus aestimanda est:* additque, etiam Th. Bentleium defendere *aut auri et argenti* coll. Parad. I, 3, 13: *qui caelato auro et argento abundant.* Mihi quoque praeferenda visa est lectio, quam probarunt Th. Bentl. Wetz. Gernh. et Orell. Habent *aut auri* tres Codd. Manut. Drsd. 2. 3. Ed. prc., Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Arg. 1515. Hdlb. (s. l. et a.) Ed. ap. Meus. Daventr. 1515. Edd. Crat. Ald. 1517. Herw. Camer. Rob. Steph. Paris. 1543. Sed hae omnes pergunt, ut Grut. *aut argenti.* Sed *atque argenti* habent Edd. Car. Steph. H. Wolf. Ald. 1552. Lamb. 1566. Boul. sed hic in marg. Sylb. Colon. 1576. Una Ald. 1548. *ut argenti.* Habent *auri*, omisso priore *aut*, Codd. Oxx. E. I. U. Gud. B. Drsd. 1. 4. 5. Ed. Asc. 1510. Abest *aut auri* a Codd. reliquis. Cod. Suer. *auri*, *argenti.* Mr.

argenti] „Hoc est *pecuniae.* Vulgo interpretes leg. *auri atque argenti:* veriti, ne vox *argenti* non satis significet.“ Facc.

ad avaritiam] Ruhnk. ad Vellei. Pat. II, 17 corrigi volebat *ad divitias*, dicens lectionem librorum sensu carere: eamque emendationem probabat Wytt. in scholis. Sed recte Schützius ad *avaritiam* intelligendum esse dicit *explendam*, quod satis apte conveniat sequenti *ad delectationem:* et commode affert Borg. Cic. pro Rosc. Am. 52: *non satis habet avaritiam suam pecunia explere;* Gernhardus pro Leg. Man. 14: *Pompeium non avaritia — ad praedam devocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem.* Mr.

aut amoenitatum ad delectationem,] Absunt haec verba a Cod. Drsd. 2. „Amoenitatum complura sunt genera. *Amoenitatis*, quinque. *Amoenitates* unus.“ Ald. Manut. Habet *amoenitatis* etiam Gud. C. In Drsd. 5. et Ox. ψ. et Ed. Suffr. Petri; deest *ad;* in Drsd. 1. scriptum est *dele....es*, et in Drsd. 3. 4. *de lectationes.* Quod edidit Gernh. *suppellectilis*, duplici *p*, id videtur deberi typothetae. Est certe aliud agentis: prima enim syllaba corripitur. Notissimus est ille Persii versus IV, 52: *Tecum habita, et noris, quam sit tibi curta supellex.* Est in Ox. I. *supellectilium*, in Ox. ψ. *supellectiles.* Pergunt Ox. ψ. et Drsd. 4. *ad divitias;* utramque vocem omittit Ox. N. — Ad voces *delectationem* et *delicias* Wyttenb. in Scholis haec: „Non sunt eadem, quamquam sunt ab eadem origine verbi *licio* [lacio], unde *allicio*, a v. λείχω, *lambo.*

Delectatio est quasi actio, *deliciae* autem effectus, et simul maiorem notat affectum, ut *delectatio* saepius bona significatione, quam *deliciae* usurpetur." — Pro *voluptates* Cod. Gud. C. *voluptatem.* Ald. Man. alios legere dicit *aut voluptatis.* Ex nostris nullus. Mr.

Ponite ante oculos] Cod. Ox. σ. *Ponite vobis ante oculos.* Bern. et Drsd. 1. *ponite ante oculos vestros.* Utraque lectio est glossatoris. Laudat ad h. l. Borg. Cic. pro Rege Deiot. 15: *Propone tibi duos reges, et id animo contemplare, quod oculis non potes:* additque promiscue usurpari *ponere, proponere, statuere, constituere ante oculos*, laudans Auct. ad Herenn. IV, 36; de Or. I, 57; Part. Orat. 6. pro Marc. 2. ibiq. Ern. Mr.

Vultis a Romulo?] Edd. *vultis, incipiam a Romulo?*" Graev. var. lect. „Vox *incipiam* non est in Pal. sec. tert. sexto, imo ne quidem in F. aut M. et vero editione sua excludit Victorius. V. et Pal. pr. eius loco habent *incipere.*" Gruter. Sed neque in membranis, quibus usus pater, ex quibus etiam mox produxit *escendit*, ubi vulgo *ascendit.*" Gronov. „Recte sane Victorius delevit *incipiam*, secundum optimos Codices. nec extat ea vox in Pithoeano. *Vultis a Romulo?* sc. exemplum. Mirum, hic non auditum Victorium et codices, cum in statim sequentibus recte codicum fidem sequuti sint Gruterus et alii: *Quid? a Numa Pompilio?*" Graevius. „Intellige: *exemplum petere.* In libris quibusdam scriptis et editis est *incipere* aut *incipiam:* quae sunt glossae non bonae." Ern. „Scil. *exemplum.* Plerique *Vultis, incipiam a Romulo;* sed vocem secundam nesciunt Victorius, Graevius etc." Olivet.

Vultis a Romulo?] Al. addunt *incipiam*, al. *incipere.* Apte, si addere necessarium esset, quod eleganter reticeri potuit, et in optimis codicibus deesse critici adverterunt. Facc.

Vultis a Romulo?] „Subaudiendum est *incipiamus*, *ordiamur:* quorum prius multis in Codd. exstat: perperam; est enim breviloquentia optimis quibusque scriptoribus usitata." Wyttenb. „Sic *loquuntur* omittitur Phil. I, 11: *Sed iidem illi ita mecum;* Phil. VII, 6: *quis unquam omnes tribus? quis — militares?* ubi omissum est: *habuit in potestate?* Cf. ad utrumque locum Garatonius." Borg. Est: *vultis a Romulo incipere* in Codd. Bas. Oxx. E. l. U. η. ψ. Crz. 1. Gud. C. Drsd. 1. 3. Ed. Asc. 1511. et Paris. s. a.; Ox. E. post *vultis* insertum habet *prius;* Drsd. 5. habet: *vultis a Romulo? incipe.* Ed. vet. ap. Meusel. *vultis incipere Romulo;* Edd. Ven. 1487. 1492. 1517. Paris. 1507. 1512. Lugd. 1515. Arg. 1515. Hdlb. (s. l. et a.) et ed. prc. Mog. 1465. *vultis incipere a Romulo?* Sola nostra Rob. Steph. cum Codd. reliquis et Edd. inde

a Graevio probam exhibent lectionem; ceterae Edd. veteres *omnes vultis incipiam a Romulo;* nec vero in uno libro est *incipiamus*, quod in multis esse dixit Wytt. Mr.

vultis post liberam civitatem,] „Sic omnes mei. Male alii *liberatam.*" Ald. Manut. Habent ex libris nostris *liberatam* cum Ed. Suffr. Petri, Edd. H. Wolf. Lamb. et Colon. 1576. Ceterum recte monet Gernh. Ciceronem scripsisse videri *liberam*, ut vitaretur structurae verborum *ab iis ipsis* ambiguitas. — „Ita Graevius recte edidit secundum plerosque Codices. Langius et alii eum secuti ediderunt *liberatam.* Prius praestat." Wyttenb. — Utrumque Ciceroni usitatum. Sic de Rep. II. 26: *qui etiam liberata iam civitate dominationes appetiverunt.* Pro Mil. 3: *M. Horatius, qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani centuriis liberatus est.* Post *ab iis* (ubi plurimi habent *ab his*) deest *ipsis* in Codd. Gud. A. C. Crz. 1. In Crz. 2. deest *iis.* Mr.

Qui liberaverunt eam?] „*Eam* abest a sex." Ald. Manut. Uncinis includendam duxi voculam *eam* cum Orellio, cum non sit plane necessaria, et absit etiam a Codd. Bern. Duisb. Suerin. Oxx. σ. ψ. Gud. B. Crz. 2. Drsd. 2. 4. Edd. prc. Mog. 1465. Bentl. et var. lect. ad calc. ed. P. Magnoli. Accedit quod habet Pronomen sedem vagam, estque *eam liberaverunt* in Codd. Drsd. 1. 2. Gud. A. Guelf. et Ed. Par. s. l. Mr.

Quibus tandem gradibus Romulus] Vocem *Romulus* omittit Cod. Gud. C. Ordine inverso habent *Romulus gradibus* Codd. Gud. B. Crz. 1. Bas. Drsd. 2. 5. Edd. Hdlb. (s. l. et a.) Daventr. 1515. Arg. 1515. Par. 1507. 1512. (sed haec *tamen* pro *tandem*:) Lugd. 1515. Ven. 1492. 1514. Edd. prc. Mog. Ed. ap. Meusel. Magnoli, Vict. Rob. Steph. Sylb. Manut. Ald. 1517. 1552. — Ad rem, nimirum Romuli ἀποθέωσιν, laudant interpretes Plutarchi Romulum c. 26. Ovidii Fast. II, 491—512. Cic. de Legg. I, 1, p. 7. et p. 530. ed. nostr. Cic. de Rep. I, 16. extr. *Romulum — virtus — in caelum dicitur sustulisse.* II, 10. De N. D. II, 24, ubi *Romulus* etiam in his enumeratur, de quibus dicitur: *Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent.* Tusc. I, 12: *Romulus in caelo cum dis — agit aevom, ut famae assentiens dixit Ennius:* ubi vid. laudd. p. 95. T. I. ed. nostr. Add. Dion. Halic. I, 56. Liv. 1, 16. In seqq. Cod. Duisb. habet *ad caelum* pro *in caelum.* Mr.

escendit in caelum] Ita edidi ex libris Gronovii cum Gron. Verb. Ern. Wetz. Schütz. Bip. Orell. Borg. — Gernhardus edidit *ascendit*, laudans Lael. 23: *si quis in caelum ascendisset;*

pro Milon. 35: *cuius* [gloriae] *gradibus etiam homines in caelum viderentur adscendere.* Sed talibus locis nihil efficitur: nam primum iis multi opponi possunt, quibus in consimili sententia legitur *escendere:* deinde multis locis fluctuat codicum lectio, denique multo saepius factum est, ut *escendere* a librariis mutaretur in formam magis notam *ascendere*, quam vice versa. Ut vero habeant lectores, unde ipsi iudicent, laudabo locos et interpretes, unde certum aliquod iudicium sibi possint eruere. Et primum quidem videant librum, quamvis paucioribus, quam meretur, notum, Parei Lex. Crit. p. 422 sq. ibiq. laudd. Interprr. ad Liv. II, 28. p. 230 sq. ed. Drakenb. Stuttg. et quos ibi laudant I. Fr. Gronovius et Drakenborch. Tum Garaton. ad Cic. Philipp. II, 34. p. 515. ed. Wernsdf. T. I. Ochsner. ad Oliveti Eclogg. Cic. p. 228. Kühner. ad Cic. Tuscc. I, 29. extr. p. 118. ed. 2; nos ad Cic. Tuscc. V, 9. p. 56; in primis autem ad I, 29. ubi cum Klotzius in ed. maj. edidisset, ut nos: *ut — in caelum videretur escendere*, factum est, ut in praefatione ad eandem editionem p. VIII. et ad minorem p. IV. restitutum vellet *ascendere:* a me autem certis rationibus monitus in Ephemerid. Litt. Heidelbergens. a. 1837. m. Nov. p. 1096 sq. et codicum optimorum auctoritate motus retractaret sententiam restitutumque vellet *escendere*, in libro, qui inscribitur *Nachträge u. Berichtigungen zu Cic. Dispp. Tuscc. v. R. Klotz* (Lpz. 1843.) p. 36. His adde Arntzenium ad Aurel. Vict. de Viris Illustr. c. 58, 8. p. 228; G. Cortium (Kortte) in Diss. II. de Usu Orthogr. Lat. (Lips. 1721. 4.) p. 57—61; eundem ad Sall. Catil. 55. p. 355. (ad quem locum conf. etiam Kritz. p. 291.): denique egregium librum C. L. Schneideri, morte praematura litteris nostris erepti, *Ausführliche Gramm. d. Lat. Spr.* I. Elementarl. II. p. 552 sq. ubi item laudatam videbis Korttii Diss. de Usu Orthogr., sed errore typothetae p. 80. Volebat Schneiderus p. 60, ubi, quae huc faciunt, leguntur primaria. Cf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. IV. p. 60. Quibus hos libros non licet inspicere eos monitos volo plerumque ita distingui illa verba, ut *escendere* dicatur et proprie et tralate tum, quum de altitudine et virium contentione agitur: *ascendere* dicatur is, qui editiorem aliquem locum consequitur." Mr.

Iisne, quae isti bona appellant?] Non enarramus libros, in quibus, pro *iisne*, est *hisne*, *hiisne*, *hysne*, qui sunt plurimi: sed attendere iubemus lectorem ad eam, quae hic reperitur, attractionem, qua, quum *iisne* referatur ad *quibus tandem gradibus*, tamen sequitur *quae*. Quod quam recte fiat et necessario, statim videbis, si structuram mutaveris ad regulam consuetam, scripserisque: *iisne (gradibus), quos isti bona appellant*. Nam non *gradus* appellant

isti bona, sed ea omnia, unde delectationem et voluptates capiunt, bona appellant, quae minime comparari possunt cum rebus gestis ac virtutibus, quibus, quasi gradibus, in caelum escendit Romulus. Ceterum vid. G. T. A. Krüger: Die Attraction in der Lat. Spr. p. 95—100. — Ceterum Cod. Drsd. 3. habet *his que neque isti;* Ed. Par. s. a. et Cod. Gud. B. *his neque;* Drsd. 5. *appellarent* pro *appellant.* Pergit Gud. A. *aut rebus gestis,* Crz. 2. *an rebus bene gestis,* cum Ox. E., uterque cum Drsd. 3. habet *an virtutibus* pro *atque virtutibus;* et habent hoc *an* Edd. Ven. 1487. 1492. 1514. Paris. 1507. Hdlb. (s. l. et a.) Ed. ap. Meusel. Arg. 1515. Lugd. 1516. Mr.

Quid autem Numa Pompilius?] „*Autem* abest ab omnibus. recte. *Pompilius* abest ab uno. Quia verbum subauditur, vereor, ne quis temere locum mutarit: cum in quibusdam impressum hoc modo legatur: *Quid? a Numa Pompilio minus ne gratas* etc. quod mihi quidem, pace dixerim doctorum hominum, haud satis probatur. Subaudiri et hoc videtur posse et alia consimilia: *Quid Numa Pompilius?* videturne vobis aut videri cuiquam potest, deorum benevolentiam ideo non esse consecutum, quia non filicatis pateris, ut luxuriosa posteritas, verum fictilibus urnulis et capidibus in sacrificando uteretur. Nec dubito, quin huius generis exempla inter legendum alia occurrant.“ Ald. Manut. „Lectionem *Quid? a Numa Pompilio* puto veram esse, imitatione Graeca: τὰς παρὰ τοῦ Νουμᾶ ὑδρίας. Alii: *Quid Numa Pompilius? minusne gratas* —. Sed tum, nisi addatur *eius,* hiulca erit constructio.“ H. Wolf. — Nec tamen dedit H. W. in contextis, quod probavit in annotatione, sed: *Quid? Numae Pompilii minusne gratas diis — fuisse* etc. Mr.

Quid? a Numa Pompilio, minusne —] „Non displicet haec scriptura, inventa in Pal. duobus et S. Victoris membranis; tanto quidem minus, quod eam repraesentavit Victorius probavitque H. Wolfius, ut graeca imitatione prolatam. Alii: *Quid autem Numa Pompilius?* Sunt, qui etiam malint: *Quid? Numae Pompilii minus* etc. Sed sic nulli MSS. nostri, nulli Aldi nepotis. Gruter.

Quid Numa Pompilius?] Al. *Quid? a Numa Pompilio, minusne* etc. Al. *Quid autem Numa Pompilius?* Facc.

Quid? a Numa Pompilio?] „i. e. vultisne a Numa Pompilio incipiamus? Numa Pompilius in sacrificiis instituit vasa simpliciter facta et figulina, i. e. fictilia: urnulas et capedines, i. e. vasa, quae ansâ capi et prehendi possent. Postea crescente luxuria inductae sunt paterae, vasa ita dicta a patendo, et quidem filicata, i. e. multo artificio elaborata ad similitudinem fruticis, qui filix dicebatur. Ita quidem h. l. interpretatur Langius ex Festo in v. *filicatus.* Conf.

Cic. ad Att. VI, 1. Fortasse verior sit etymologia, qua ducitur a filo, ut opus filo argenteo quasi textum fuerit: qualis fuit fabrica in urbe Carysto Euboeae insulae. Qua de re dixi ad Plutarch. de Defectu Oracul. p. 410." Wyttenb. Dedi hanc lectionem Wyttenbachio etiam probatam cum Victor. Suffr. Petr. Rob. Steph. Graev. Grut. Gron. Verb. (quamquam hi quatuor, pro altero interrogandi signo, posuerunt distinctionem minorem: minus bene:) Ern. Wetz. Schütz. Orell. Et sic, praeter duos Codd. Palat. nostri Drsd. 1. Duisb. Suerin. Reliqui Codd. *Quid Numa Pompilius* ut Edd. Asc. a. 1511. Paris. s. a. itemque Orellii Cod. Bas. In Oxx. N. σ. ψ. Edd. Lamb. Col. 1576. H. Wolf. Facciol. Oliv. est *Quid? Numae Pompilii minusne* —, ut respondeat voci *aliorum.* Solus Cod. Crz. 2. omittit verba *Quid? a Numa Pompilio?* In Gud. A. B. verbis *Quid Numa Pompilius* superscriptum est *fecit.* Reliquae Edd. veteres omnes *Quid autem Numa Pompilius,* quam lectionem nullus habet Cod. MS. Orta autem videtur inde, quod voculam *a* primi editores existimabant esse compendium vocis *autem*, et *Pompilii* compendio scribebatur *Pōpi.*, ut est in nostris antiquissimis. Mr.

Minusne gratas diis —] De sacris a Numa Pompilio institutis referunt Plutarch. in Numa. 8. 9. Liv. I. 19. ibiq. interprr. Est autem in iis quoque legibus, quas Cicero in libro de Legibus secundo sanctas esse vult, una, quae *opes* a sacris *amoveri* iubet, II, 8, 19. p. 202. ed. nostr. Hoc loco scriptor codicis nostri Crz. 1. bis haesit, cum vocem *gratas* scriberet *gā gtā gtas*, deleto primo et altero compendio. Voces *diis immortalibus* desunt in Gud. A. Mr.

Capides ac fictiles urnulas] „*Capedines*, omnes mei. *Atque*, duo. *Capedinesque fictiles urnulas*, unus. Vasis genus, a Numa sacris adhibitum: III. de Nat. Deor. [17.]: *Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus, iure pontificio et more maiorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit*, etc. Vide Varronem lib. IV. et VIII. de Ling. Lat. [IV, 26: *vasa fictilia, vel in sacrificiis usurpata: et dicta quod ansata essent, ut prehendi possent, id est capi.*] Festus autem: *Capis, poculi genus, a capiendo dictum.* — *Urnas*, septem. Lambinus *hirnulas.*" Ald. Manut. „Duo alioqui optimi libri *capudines.* Marsus *capides. Capedunculae Numae* lib. III. de N. D. C. Langius. „Urnulis quoque fictilibus in sacrificiis ex Numae instituto utebantur. Auctore Plinio cap. 12. libri XXXV Numa rex septimum collegium figulorum instituit, quo in loco plasticen, id est figlinam artem, laudat maxime: ea enim deorum simulacra, alia vasa ad sacrificandum, alia ad usum hominum alia ad mortuorum sepulturam fingi ostendit." Frc. Sylvius. „*Capis, capedo, capula, capeduncula* dicitur vas ansa-

tum ligneum, quo olim in sacris utebantur, ut est apud Varronem." Graev. Legitur *cupidines* in Cod. Duisb. Drsd. 3; in Gud. C. *capides.* Ad rem et lectionem cf. Creuzer. ad Cic. de N. D. III, 17. p. 560. Grotefend. Rudimenta Ling. Umbr. V. p. 11 sq. et quos ibi laudat vir doctissimus. Mr.

capedines] In tertio de Natura Deorum cap. 17. dicuntur *capedunculae Numae*, hoc est exiguae simplicesque paterae. Facc.

ac fictiles hirnulas] „Nonnulli libri veteres, in iis Pithoeanus, et Cuiatianus, et Huraltinus habent *fictileis hirnulas*. Est autem *hirnula* seu *irnula* vasis genus, cuius erat usus in sacris, ut docet Festus." Lambinus. Quod autem refert Gernh. Lambinum edidisse *hirnulas*, errat. Verius autem, *hirnulas* placuisse Th. Bentleio, qui laudat Caton. R. R. 81: *indito in hirneam fictilem.* Ceterum in libris nostris hae sunt lectiones: Ox. ψ. habet *fialas* (φιάλας), quod est interpretis; Crz. 2. *ac sectiles vel fictiles urnulas*, Crz. 1. a pr. m. *urnas*, supra lin. *urnulas*. Habent etiam *urnas* Codd. Gud. A. C., Drsd. 1. *urnullas*; Drsd. 2. *vernulas.* In hac lectione fortasse vestigium exstat scriptionis *hirnulas*, quam cum Or. exhibendam duxi ex tribus illis Lambini codicibus, cum veri non sit simile eam deberi librariis, qui pro vocibus ignotis malebant notiores obtrudere scriptoribus, quam ignotas pro notis. Exhibet etiam *hirnulas* Ed. Suffr. Petri. Or. annotationem viri docti ad marg. Ed. Lamb. suae descripsit hanc: „Vetus *hinulas* (sic). Lego *irnellas*, ut est apud Festum" additque: „ἔτυμον re vera est *ir* sive *hir*. Vix adducor, ut credam, tam doctum vocabulum interpolatoribus deberi. Contra facillime abiit in *urnulas*, quod habent Edd. omnes praeter Suffr. Petr." *Urnas* habent etiam Codd. Bern. Bas. Guelph. Addo Turnebi expositionem ex Adversarr. XX, 20. p. 192: „Pro fictilibus *urnulis* in Paradoxo primo reperi in quodam exemplari *hirnulas.* Est autem *hirnula* et, crescente etiamnum deminutione, *hirnella*, *vasis*, ut ait Festus, *genus in sacris.* Nomen habebat ab *hirnea*, quae tamen Plauto poculum est. Nam poculum hoc, quo Pterela bibebat, dono datum fuit Amphitryoni, ut et a Graecis relatum est. *Urnulas* tamen, iudicium doctorum secutus, magis approbo. Nam *urnula* vas erit, *capedo* poculum. Dionysius lib. II. urnulas πρόχους appellat, capedines κυλίσκας." Conf. etiam Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. VI, p. 158, ubi est: „*Hirnea*, *hirnella*, *irnella*, χέρνιβος. Od. v. *urna?* Vgl. χωρεῖν." Mr.

quam filicatas aliorum pateras arbitramur? „Veteres omnes libri *filicatas:* itaque et ipse sic scripsi. Sex. Pompeii sunt verba: *Filicata patera dicta, quod ad filicis herbae speciem sit*

caelata." P. Victorius. „In quodam libro *delicatas:* unde quidam *Deliacas* fuisse scriptum arbitrabantur, cuiusmodi vasorum mentio est pro Sestio et in Verr. Sed in pluribus *felicatas* est, quarum meminit Sex. Pompeius: a *filice* herba, quae et *felix* et *felicula* Catoni." Car. Langius. „*Delicatas*, id est aureas, argenteas, murrhinas, aut crystallinas. Delicatas templorum pateras insectans Persius, *Dicite*, inquit, *Pontifices*, *in templis quid facit aurum?* Patera quid sit, M. Varro explicat illis verbis libro de L. Lat. primo: *In poculis erant paterae: eo*, *quod pateant*, *latine ita dictae. Hisce etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendae causa*, *cum magistri fiunt*, *potio circumfertur: et in sacrificando diis hoc poculo magistratus dat deo vinum.* Haec ille. Sex. Pompeius itidem significat, Romanos uti patera in sacrificiis solitos, *Pateram*, inquit, *perpluere in sacris cum dicitur*, *significat perpluere aut pertusam esse.*" Frc. Sylvius. Veneti ita: *Quid autem a Numa Pompilio? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse*, *quam filicatas aliorum pateras arbitramur?* Quae nobis lectio admodum probatur: nam et Sex. Pompeius *filicatam* pateram dicit esse cet. Quales et nunc caelaturas licet cernere, quasi tenuioribus et serratis foliis, serie quadam de cauliculo excurrentibus, et labra fundosque poculorum includentibus. Sed hoc et Victorius annotavit." Jo. Camerarius. „Apud Plutarchum Antonio aureae (i. e. *delicatae*) paterae probri loco obiiciuntur. Ceterum Camerarius et Victorius, vetustas sequuti lectiones, *filicatas*. Lazarus Bayfius in Tit. De auro et argento legato, quam tractationem de Vasculis inscripsit, *Deliacas* hoc loco legit: et huic lectioni astipulor: et ut eius lectionem facilius sequar, faciunt ea, quae paullo post de Deliaca supellectile scribit." Xyst. Betul. — „Sic [*filicatas*] restitutus est hic locus multis iam ante annis ex auctoritate codicum antiquorum: quamquam nonnulli legi volunt *Deliacas*. Sed pluris est veritas, quam coniectura." Lambinus. „Hic locus varie legitur: vel *delicatas*, i. e. pretiosas, quasi luxui dicatas: vel *filicatas*, ad filicis herbae speciem caelatas: vel *Deliacas* ex aere Deliaco factas, cuius antiquissima gloria fuit, ut ait Plin. 34, 2." Aud. Talaeus. „*Filicatas* maxime probandum videtur a filice frutice, cuius imago in poculis et pateris caelari solita fuerit, ut sunt apud Demosthenem φιάλαι λυκουργεῖς: de qua tamen voce Grammatici certant. Et apud Virgilium Menalcas pocula ponit:

Fagina, *caelatum divini opus Alcimedontis*,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos." H. Wolf.

„Abripuit me auctoritas librorum P. Victorii; neque aliter Pal. sextus. Ceteri enim nostri fere *delicatas*. Ma. tamen habét *felices*. F. vero et V. *felicatas*.“ Gruter. „*Delicatas* omnes.“ Ald. Manut. — *Deliacas* probat etiam H. Iunius II. Animadv. 2. — „Recte *filicatas*. Sic et *filicatae* aut *felicatae lances* in Ep. I. lib. VI. ad Att. sunt caelatae. Vid. quae ibi notamus.“ Graevius. — Qui *Deliacas* commendant, laudant praeter Ep. ad Att. l. l. etiam Verr. II, 72, 176: *multam Deliacam supellectilem;* ib. IV, 1, 1: *vas ullum Corinthium aut Deliacum fuisse nego;* pro Sext. Rosc. Am. 46: *domus referta vasis Corinthiis et Deliacis*. *Filicatas* habent Drsd. 2. Duisb. (sed *felic.*) Gud. A. Oxx. σ. ψ. (hic quoque *fel.*) Edd. prc., Manut. Vict. Lamb. Suffr. Petr. Rob. Steph. Car. Steph. Lamb. seqq. Priores *delicatas*, ut Codd. reliqui. Pro *aliorum* Crz. 1. habet *aliquorum*. Idem a 1. m. habebat *patres*, sed supra lin. correxit alia manus *pateras*. Drsd. 5. *eorum* pro *aliorum*. Verbum *arbitramur* abest ab Ox. η. Quod pro *aliorum* in Edd. Lamb. et Suffr. Petr. est *istorum*, Orellio coniectura videtur, sed bona. Nec mihi displicet. Reperi eandem sive lectionem sive conjecturam in Ed. Colon. a. 1576, quae sola ex meis, cum Ed. ipsius Lambini a. 1566, habet textum vere Lambinianum. Mr.

filicatas] filicis specie ornatas, pictas, caelatas. Alii leg. *delicatas*, al. *deliacas*, quo nomine intelliguntur summi pretii vasa, quae cum Corinthiis coniunguntur a Cicerone pro Rosc. Amer. c. 46. Facc.

Sunt enim omnes pares inter se,] Habent Codd. Bern. et Crz. 2. cum Ed. Par. s. a. *Sunt enim pares inter se omnes*, ordine verborum haud improbabili. Cod. Suerin. exhibet: *Sunt enim omnes, praeter Superbum, pares inter se*. Minus bene. Pro *enim* male legitur in Drsd. 3. *autem*, in Drsd. 1. peius *aut*: erroribus ex perperam lectis scribendi compendiis vel siglis orto. Glossam habent Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 5. Oxx. I. η. *Superbum Tarquinium*: alterum hoc nomen in Gud. A. supra lin. adpictum. Quasnam vero Edd. significat Graev. qui in varr. lectt. dicit exhibere eas *praeter Tarquinium Superbum*, eae sunt Herw. Cam. Sturm. Aud. Talaei, Boul. Ald. 1548. Paris. 1543. Nec vero video quomodo Gernh. ex annotatione Graevii eruere potuerit, habere hanc lectionem Codicem Pith. et Edd. veteres, excepta Ven. 1487. et Asc. 1520: nam et pleraeque habent, quod nos edidimus, et Pithoeanum aliosque MSS. habere idem significat Graevius, quamquam ob brevitatem paullo obscurius. In uno Gud. A. excidit *pares*. De Tarquinio vid. Liv. I, 49 sqq. in primis c. 53. Mira est lectio Ed. Hdlb. s. l. et a. *praeter superbum Brutum. Si quis roget* —. Mr.

Brutum si qui roget,] „Vulgo *Brutum vero si* —. Sed *vero* abest a duodecim. Lucium intellige, non Marcum. Valer. Max lib. V. de pietate erga patriam.“ Ald. Manut. De hoc Bruti facto Livius et Dionys. Halicarn. satis multa scripserunt.“ Frc. Sylv. [Livius Lib. I. extr. Dionys L. IV. p. 265 sqq. ed. Sylb.] Habent illud *vero* Edd. pleraeque ante Gruterum: non habent Vict. Rob. Steph. Ven. 1492. 1514. Hdlb. (s. l. et a.) Ed. ap. Meus. Arg. 1515. Ven. 1487. Par. 1507. 1512. Daventr. 1515. Sola Ald. 1548. exhibet *Brutum vere si quis roget;* sola Lugd. 1515: *Brutum, de quo si quis roget.* Illud *vero* ex Codd. nostris solus habet Drsd. 5. In Gud. B. est *si quidem roget.* Gud. A. *interroget.* Ad rem Audom. Talaeus haec: „*Tullus Hostilius*, ut Florus I. 1. [c. 8. nec vero his verbis] ait, fortis bellator fuit et Albanos domuit: *Ancus Martius* urbem amplificavit: *Tarquinius Priscus* ornamenta militiae reperit: *Servius Tullius* censum populi instituit: postremus *Tarquinius* tyrannidem exercuit: qua de causa et rex et regnum sublatum est et institutus consulatus auctore *Junio Bruto:* de quo Virgilius VI Aeneidos [v. 817 sqq.]:

Vis et Tarquinios reges animamque superbam
Ultoris Bruti fascesque videre receptos?
Consulis imperium hic primus saevasque secures
Accipiet, natosque pater nova bella moventes
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit
Infelix. Utcunque ferent ea facta minores:
Vincet amor patriae laudumque immensa cupido.“

Recte monet Gernh. merito abesse *vero*, cum plura exempla sequantur. Quod autem addit, Verburgium edidisse *si qui roget*, quasi reliqui omnes exhibeant *quis*, mirum est: habent enim *si qui* Victor. Rob. Steph. Lamb. Colon. 1576. Suffr. Petr. Grut. Gron., quibus accedit Or. — Ad v. *si qui roget* confert Borg. Philipp. I, 7: *De Caesare ipso si quaereres, quidnam egisset*, de Finn. IV, 25. *Roges enim Aristonem — Zenonem roges* —. Adde de N. D. I, 22: *Roges me, quid aut quale sit deus.* De Bruto elegans est locus apud Auct. ad Herenn. IV, 53, 66. Ad v. *egerit* cf. pro Lig. 4, 10: *Quid autem aliud egimus —?* Mr.

si quis item reliquos — socios,] „Sp. Lucretium, P. Valerium Tricipitinum, Collatinum et alios. De Romulo, Numa, Superbo Livius lib. 2. Dionys. lib. V. Plut. in Valerio Poplicola.“ Ald. Manut. Idem Xyst. Betul. addens: De Scaevola vid. Valer. Max. lib. tertio, capite de Patientia; de Horatio Coclite, lib. tertio, capite de Fortitudine. — In Cod. nostro Crz. 1. est *si quis roget reliquos;* in Gud. B. et Suerin: *si quis reliquos item*, quod habent etiam

Edd. Crat. Magnol. Manut. Car. Steph. Ald. 1517. 1548. 1552. Boul. Sylb.; in Ox. σ. *si quis etiam*, Ox. I. *item ceteros*, Crz. 2. *eius consilii*, Gud. A. *eiusdem generis consilii*. Mr.

quid spectaverint,] Codd. Gud. A. B. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. 5. Oxx. E. I. N. U. σ. ψ. *quid exspectaverint*, Duisb. et Drsd. 4. *quid exspectaverunt*; Crz. 3. *quid petiverint*, Crz. 1. Gud. C. *quid expetiverint*. — „*Quid expectaverint*, novem. *Quid exspectarint*, duo; *quid expetiverint*, quattuor; *quid exspectaverunt*, unus; *quid expotaverint*, unus; *quid computaverunt*, unus. male.“ Ald. Manut. Solus vetus Car. Stephani exhibet *quid exspectaverint vel expetiverint*. In multis Editis per syncopen scribitur *spectarint*, Ed. prc. Magnol. Manut. Crat. Ald. 1517. 1552; in Edd. Hdlb. (s. l. et a.) Ven. 1492. 1514. Daventr. 1515. Paris. s. a. et 1507. 1512. 1543. Lugd. 1515. Arg. 1515. et Ed. ap. Meusel. est *expetiverint*. Reliqui nostram habent lectionem, eamque verissimam. Cf. Cic. ad Att. VIII, 7: *nihil spectat, nisi fugam*. Mr.

quid secuti sint,] „*Consecuti*, quattuor. Alii notant esse in q. l. *assecuti*.“ Ald. Manut. Est *consecuti* in Oxx. E. I. N. η. ψ. Gud. A. Crz. 2. Drsd. 2. 3; in Drsd. 1. *assecuti*; habent *sunt* Drsd. 4. Crz. 1. 2. Gud. A. Editi nihil variant. Conf. hunc usum apud Cic. pro Mur. 27: *tranquillitatem vitae sunt secuti*. Leg. II. 2. *amoenitatem hanc sequor*. Mr.

num quis exsistet] „*Num quis ex iis, cui*, unus; *existet*, quattuordecim; *existit*, duo; *existimet*, mendose, unus.“ Ald. Man. Probam lectionem *exsistet* (vel *existet*) habent Codd. Bas. Gud. A. B. C. Oxx. omnes, Duisb. Crz. 2. 3; in Crz. 1. est *existit*. Edd. ante Grut. *existat*; post eum omnes, ut nos. Sed *non* pro *num* habent Cod. Drsd. 3. Edd. Ven. 1492. 1514. Par. 1507; *num* omittit Ed. Par. 1512. Eius loco habet *rem* Lugd. 1515; *quid* pro *quis* habet Cod. Suerin.; *numquid* Cod. Duisb. *num qui* Drsd. 1. Mr.

officium fortis et magni viri] Ante haec in Cod. Duisb. legitur: *Numquid existet voluptas? numquid divitiae?* Suerin. *num cui existat voluptas, cui divitiae* —. Verba *cui voluptas* desunt in Cod. Ox. σ; in Drsd. 1. et 3. legitur *fortis et magnanimi viri*, in Drsd. 2. *fortis et magnanimum virum*. Gud. A. *fortis et magni viri officium*. Inde ne quis patrocinetur coniecturae inani Thomae Bentleii, verba *fortis et magni viri* pro glossemate habentis. Cod. Gud. B. habet *quicquid* pro *quicquam*; in Drsd. 2. est *ad* pro *aliud* ex perperam lecto compendio, quale est in Crz. 1. *a'd*. In Drsd. 3. legitur *videatur fuisse*; in Drsd. 4. *fuisse videantur*. Gud. A. omittit *fuisse*. In seqq. scripsi *Porsenae*, non

Porsennae, ut ediderunt Gernh. et Or. cum plerisque; quamquam Or. simplici *n* rectius scripsit hoc nomen in Onomastico, itemque in Epist. ad Att. IX, 10, 3. et or. pro Sest. 21, 48. Graeci scriptores scribunt *Πορσίνας*, *Πορσήνας*, *Πορσηνᾶς*. Mr.

C. Mucium impulit,] „Valerius lib. III. cap. de Patientia." Ald. Manut. „De Mucio, de Coclite si quis amplius volet legere, apud Livium libro II. inveniat: quemadmodum de P. Decio in bello Latino, deque eius filio in bello Samnitico se devoventibus, idem libris VIII et X. scripsit. Frc. Sylv. [Liv. II, 12. 13; II, 10; VIII, 9. et 10; XII, 22. 24. 28.] „Cum Porsena, rex Hetruscorum, Tarquinios exsules cum ingentibus copiis reduceret, urbemque obsideret, Mucius, accepta a Senatu transfugiendi potestate, in castra regis venit, et purpuratum quendam pro rege deceptus interfecit, ad regemque pertractus ardentibus focis manum imposuit, quod in caede regis peccasset. Martialis lib. 1. [22, v. 1. 2.]

Dum peteret regem decepta satellite dextra,
Iniecit sacris se peritura focis." Aud. Talaeus.

„Scripsit C. Mucius Gulielmius: quod sic nominaretur a Livio et Plutarcho; neque aliter sane editio prima membranaeque M. ac V. Posterius vulgati *Quintum* maluere, quod demiratur viros doctos non examinasse." Gruter. Nomen *C.*, quod in Edd. ante Grut. fere omnibus mutatum est in *Q.*, paucissimi habent libri: unus Ox. *σ*. Drsd. 2. Suerin. Ed. prc. Mog. 1465. In Cod. Crz. 1. praenomen deest, in Duisb. scribitur *Quintium impulit*. In Or. pro Sestio 21, 48. item in omnibus libris hic *Mucius* appellatur *Q.*, ibique nihil annotavit Or. Sed in lemmate Scholiorum Bobiensium, ab A. Maio repertorum p. 299. ed. Or. recte dicitur *C.* Scholion autem hoc est: *De C. Mucio Cordo non ignobilis historia est, qui solus adulescens vigore animi strenuissimus, quum Porsinnam* (sic) *Etruscorum regem vellet occidere, deceptus similitudine habitus purpuratum eius occidit, comprehensusque virtutis miraculo dimissus est.* Locus autem orationis, qui huc facit, est: *praesertim quum eius essem civitatis, ex qua Q. Mucius solus in castra Porsenae venisset, eumque interficere, proposita sibi morte, conatus esset: ex qua P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius, se ac vitam suam, instructa acie, pro salute P. R. victoriaque devovisset.* — Pro *salutis suae* Codd. Crz. 1. et Gud. C. *suae salutis*, unde, cum absit *suae* a Cod. Gud. A., aliquis coniiciat, *suae* ab aliena manu esse Ciceroni obtrusum. Ego tamen non abiecerim. Mr.

C. Mucium] Scaevolam. Facc.

Coclitem] „Valerius lib. III. cap. de Fortitudine." Ald. Man.

Habent *Oratium Coclitem* Codd. Oxx. E. I. U. Drsd. 1. 3. Gud. C.; *Horatium* additur in Edd. Crat. Magnol. Màn. Car. Steph. Paris. 1543. Aldd. tribus, Cam. Boul. Asc. 1511. Sturm. Aud. Tal. Sylb. Lambb. (nec vero Lamb. 1566.) In Ed. Par. s. a. est *Horacium Codicem*. Est etiam *Codicem* in Duisb. sed in marg. *Coclem*, quamquam ibidem *Codex* ut nomen in marg. significatur. Crz. 1. a pr. m. *dicem*, a sec. *codicem*, in marg. *H. Cocles civis romanus.* Crz. 3. *Conclitem*, Crz. 2. *Coditem*. Mr.

Coclitem] „Plinius l. 36. c. 15. hunc pontem *sublicium* appellat, ubi Horatius Cocles solus aciem Hetruscorum sustinuit, donec pons ipse a tergo rumperetur. Ob hanc virtutem statuam Horatio Romani in comitio posuere." Aud. Talaeus. Pergit Drsd. 5. *contra omnium hostium.* Crz. 2. *contra omnes copias hostium*, Suerin. *contra omnes tenuit hostium copias;* Drsd. 4. *Coclitem tenuit* (omissis quatuor vocibus interiectis); Gud. B. *tenuit contra omnes hostium copias.* Mr.

quae patrem Decium,] „Livius lib. VIII. Valerius lib. V. cap. 6. *Quae vis patrem Decium, quae filium*, sexdecim." Ald. Manut. „P. Decius Consul bello Latino, positis ad Veserim fluvium castris cum videret in acie partem suam inclinare, se ipsum et Latinos hostes diis Manibus devovit et impetu in eos facto sua morte suis gloriam reliquit. P. Decius filius, bello Samnitico patris exemplum imitatus, advocato Livio pontifice, devotum etiam diis inferis caput obtulit. Iuvenalis Sat. VIII, 254 sqq.

Plebeiae Deciorum animae, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen et pro
Omnibus auxiliis atque omni pube Latina
Sufficiunt diis infernis terraeque parenti:
Pluris enim Decii quam qui servantur ab illis." Aud. Talaeus.

„Uterque se devovit voluntariae morti Consul, ut exercitui Romano victoriam pareret. Pater adversus Latinos a. U. c. 415, ut est apud Livium VIII, 9; Filius adversus Gallos a. U. c. 455, ut est apud eundem Liv. X, 18. Nepotem Decium idem fecisse Consulem a. U. c. 474. bello adversus Pyrrhum prodidit Cic. de Finn. II, 19. et alibi. At vero plerique scriptores tacent: de qua nos quaestione egimus ad Plut. in Parallel. Gr. et Rom. p. 310. A." Wyttenb. Ad locum de Finn. Goerenzius p. 214. haec: „De tertio Decio, qui se devoverit, reliqui auctores tacent. Sed idem noster repetit I. Tusc. 37, 89: *Non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent.* Solus Zonaras Annall. II Tomo narrat, P. Decium ad devovendum se paratum fuisse, eamque famam non parum terroris incussisse hostium

exercitui. Conciliari igitur recte sic posse Ciceronem cum Zonara putabis, si consilium Decio se devovendi fuisse statuas, sed pugna in felicius versa, id esse intermissum: tam cupide tamen illum pugnasse, ut in proelio caderet. Idque sane eo probabilius videri debet, cum Cicero alibi binos modo Decios commemoret. (Parad. I, 2; III. Off. 4, 16; Cat. maj. 20, 75.) Ceterum de pugna ad Ascalum sermonem esse Zonaras ipse l. l. testatur." Locus est VIII, 5. Ed. H. Wolfii T. II. p. 47 sq. quem nos, addita Frc. Fabricii expositione rei gestae, excerpsimus ad Cic. Tuscc. I, 37, 89. p. 305 sq. Mr.

quae patrem Decium, quae filium devotavit,] Codd. E. I. N. U. *quae vis patrem:* et sic Codd. Bern. Bas. Gud. B. C. Drsd. 1. 3. 4. 5. Crz. 1. 2. 3. Suerin. Edd. Par. 1507. Ed. ap. Meusel. Crat. Magn. Man. Lugd. 1515. Par. 1512. 1543. Hdlb. (s. l. et a.) Arg. 1515. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511 (sed haec: *quae vis Decium patrem Deciumque filium*) Boul. Ald. 1517. 1548. Cam. Sturm. Reliqui nobiscum faciunt, nisi quod Drsd. 3. habet *patrem Decii*, Crz. 2. haec omnia *(quae vis patrem — hostium copias)*, in contextis omissa, in marg. adpicta habet, in Ed. Par. s. a. est *quis* (ortum ex *quae vis) Decium patremque Decium*, Drsd. 2. 3. *Decium et Decium eius filium*, Ox. I. *eiusque filium*. Repetitum *vis* primus auctoritate Codd. suorum eiecit Langius, nec vero edidit, ut est miro errore in Graevii var. lect., in annot. adeoque in ipso contextu, *qui filium*. Mr.

devotavit,] „Sic octo." Ald. Man. „Sic solus Langius. Alii omnes *devovit*." H. Wolf. „Invenit *devotavit* in suis Langius, neque aliter M. F. V. imo sic quoque ed. prc. Sequentes *devovit*." Grut. „Omnes libri veteres habent *devotavit atque immisit*: itaque emendatum est in Cod. Memm. ex tribus veteribus. Ego putabam olim legendum *devotos immisit* etc., sed nunc veteres libros sequor." Lambin. Oudendorpius ad Appuleium (sed quo loco, inspicere non licet): „Parad. I, 2. non tuto viri docti probant *devotare* pro *devovere*. Nam in bibliothecae Leidensis antiquissimis membranis optime legitur *devota vita immisit*." Nec vero hae membranae, de quibus nihil monet in scholis Wytt., quamquam commendavit nostram lectionem, quemquam habuerunt obsequentem, et recte monuit Or. scite observasse B. Kordesium [in additam. octavo ad Eberhardti librum: *Ueber den Zustand der schönen Wissensch. b. d. Römern*, p. 63] desumptum videri rarius hoc verbum ex Accii Aeneadis s. Decio apud Non. p. 98: *Patrio exemplo et me dicabo atque animam devotabo* (de Cauchii coniectura pro inepto *devorabo*) *hostibus*. Vid. P. Scriverii Collectanea vett. Tragg. in. castigg. G. I. Vossii p. 90: et Bothii Fragmm. Poetarum Latii

Scenicorum Vol. I. p. 161. Adde his Io. Meursii librum rarissimum: Criticus Arnobianus et Hypocriticus Minutianus (Lugd. B. 1598. 8.) p. 262; et Io. Gruter. ad Plauti Casin. II, 6. 36. p. 359. Ed. Taubmann. ad versum: *Credo, hercle, hodie* *devotabit* *sortis si attigerit.* Restat ut libros addam, qui probam habent lectionem: Oxx. I. N. η. σ. ψ. (sed in Cod. I. literis *ta* puncta subscripta) Duisb. Bas. Drsd. 1. 2. Edd. prc. Lang. et inde a Grut. omnes, exceptis duabus Facciolati. Vestigia eius scriptionis sunt in Crz. 2. et Drsd. 5. *devota vis*, et Drsd. 4. Gud. B. *denotavit.* Mr.

atque immisit in armatas hostium copias] *Et misit* habet Ox. U. *Ac immisit* multae Edd. vett. contra morem Cic.; *immisitque* quatuor Aldi Man. Drsd. 1. 2. 3. 5. Bas. Ox. I.; *et immisit* Gud. B. Oxx. E. Drsd. 4. Suerin. quatuor Ald. abest copula a Codd. Oxx. σ. ψ. Guelf. Crz. 2. (sed hic habet *invasit*) Gud. A. Unus Aldi habet *misitque.* Mira est scriptionis confusio in Crz. 1. Primum scripsit librarius *quae filium immisit, qui devovit*, tum inter scribendum correxit: *devovit ac immisit.* Deinde pergit *Quid matuitas hostium copias;* denique alia manus delevit *Quid* et correxit *in armatas.* Quae cum ita sint, advertere nos possit, quod dixit Madvig. ad Cic. de Finn. II, 19, 61. p. 251: „in Plautino et Acciano versu et in asyndeto inaudito satis manifesta vestigia sunt verae scripturae, quam Oudendorpius e bono Codice protulit *devota vita immisit.* Et tamen interpolata putatur." Sed cum nihil in scholis dixerit de ea lectione Wytt., adeoque fieri possit, ut erraverit Oudendorpius, ego in lectione reliquorum librorum acquiescendum existimavi. Or. *atque* uncinis inclusit. *In*, quod sequitur, omissum est in Cod. Suerin., post *armatas* ponitur in Gud. B. et Drsd. 4; *armatos* habet Drsd. 5. Ad verba confert Borg. Cic. pro Font. 17: *qui se armatus saepe in hostium manum — immiserit;* pro Mil. 28: *ut in eos se potius mitteret;* ubi rectius edidit Or. *immitteret.* Adde Gronov. ad Liv. 9, 4: *vel in medios me immittere hostes paratus sum*, ubi prius edebatur *mittere*, Gron. autem e MSS. correxit, aliosque Ciceronis, Livii, Curtii locos laudavit, nec nostri oblitus. Mr.

Quid continentia C. Fabricii] „Plut. in Pyrrho, [20.], Valer. lib. IV. cap. de Paupertate. Gell. lib. I. cap. 14. Plin. lib. XXXIII, 12." Ald. Man. „*Samnitium legati cum ad C. Fabricium grandem pecuniam dono offerrent orarentque ut acciperet, tum Fabricius planas manus ab auribus ad oculos et infra deinceps ad nares et ad os et ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxit, legatisque ita respondit: Dum illis omnibus membris, quae attigi, obsistere atque imperare potero, mihi nunquam quicquam deerit.*

Propterea pecuniam, qua nihil mihi opus est, ab iis non accipiam, quibus eam usui esse scio. Haec A. Gellius I, 14. ex Julii Hygini sententia. Valerius Max. L. IV. de Abstinentia et Continentia idem exemplum posuit adiecitque Fabricium locupletem non multa possidendo, sed pauca desiderando factum esse. Continentiam autem, ut sit avaritiae contraria, ex hoc loco satis cognosci potest, ut sit continens is, qui rebus suis contentus aliena non cupiat." Frc. Sylvius. Quae de C. Luscino Fabricio narrantur, facta sunt a. u. c. 473. Vid. Cic. Brut. 14. Cat. M. 13; de Off. I, 13; III, 22. Fuit bis consul et censor. — In Cod. Crz. 1. est *Gaii*, in Crz. 2. legitur *Q. Fabritii*, ut in Oxx. η. ψ.; praenomen omittitur in Gud. B. et Drsd. 4. Loci Valerii Max., supra laudati, sunt IV, 3, 6. IV, 4, 3. et 10. Mr.

M' Curii] „Valerius L. IV. cap. de Paupertate; Plin. XVIII, 2; XIX, 5. Columella I. praef. et cap. 3. Plutarchus in Apophthegm." Ald. Manut. „Plutarcho in vita Catonis auctore cum Curium ad focum sedentem et rapas coquentem legati Samnitium offendissent, magnum auri pondus obtulerunt. Eo repudiato Curius negavit auro opus esse iis, quibus coena tam tenuis satis esset." Frc. Sylv. Conf. Cic. Cat. M. 16. Locus Plutarchi in vita Catonis est c. 2. Valerii Maximi IV, 3, 5. Fuit Curius Dentatus Consul a. u. c. 463. — Scribitur *M.* pro *M'* in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 2. 5. Gud. A. B. Verba *belli Punici* absunt a Cod. Drsd. 5. Mr.

Cn. et P. Scipiones,] „Virg. VI. [843. *Scipiadas, duo fulmina belli.* Et Silius Italicus [Punic. XV, 3 sq.]

— *geminus iacet hoste superbo*
Scipio, belligeri, Mavortia pectora, fratres.

Livius lib. XXI. XXII. XXIII." Ald. Man. „Cn. et P. Scipiones in Hispania Hasdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt, ut ait Florus [II, 17.] Sed rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt prope cum totis exercitibus caesi anno octavo, quam in Hispaniam iverant: amissaque eius provinciae possessio foret, nisi C. Marcii, equitis Romani, virtute et industria, contractis exercituum reliquiis, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent." Aud. Talaeus.

Cn. et P. Scipiones] „Qui primum Hannibali in Italia restiterunt, deinde in Hispania contra Hasdrubalem pugnantes obierunt bello Punico secundo. Refert Liv. 25, 36. Publii filius fuit Scipio Africanus maior, qui mox dicitur Africanus maior, et de quo loquitur Cic. de Off. III, 1. Huius maioris Africani filius cum nullos ipse haberet natos, adoptavit Lucii Aemilii Pauli, eius qui Macedonas devicit, filium, qui hinc dictus est Scipio minor Aemi-

lianus, et item a deleta Carthagine Scipio Africanus minor dictus est." Wyttenb. Ad v. *propugnacula* confert Borg. Cic. in Pis. 4: [Leges Aelia et Fufia] *propugnacula tranquillitatis et otii* dicuntur. Ad seqq. de Sen. 20: *Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt*: Phil. VI, 3: *ut paene corpore suo Gallia prohiberet Antonium*; ib. XII, 4: *Gallia crudelitati M. Antonii suum totum corpus obiecit.* Quod L. Valla Elegant. L. V, 69. nostrum locum laudans (p. 467.) ita scribit: *Qui iter poenorum cadaveribus corporum suorum intercludendum putaverunt*: inde noli suspicari eum aliter haec legisse in quodam suo libro. Ex memoria enim laudat locum, cum in explicando verbo *intercludere* sententia ei succurrisset. Ceterum Scipionum, Cn. et P., saepius mentionem iniecit Cicero: sic Cat. M. 9, 29; de Off. III, 4, 16; de Rep. I, 1, 1: *incendium belli Punici sanguine suo. restinxerunt*; pro Balbo 15: *Cn. et P. Scipiones, duo fulmina nostri imperii*; Tuscc. I, 37, 89. ibiq. nostr. ann. p. 306. de N. D. III, 32, 80. Eius familiae stemmata genealogica exhibent tabulis descripta Xyst. Betuleius in Commentario ad h. l. p. 23; Io. Glandorp. in Onomastico Hist. Rom. p. 949. coll. p. 257. et Orell. in Onomast. Cic. p. 183 sq. Egregie autem, ut nihil amplius desideres, de fratribus Cn. et P. Scipionibus egit Al. Capellmannus in Progr. Gymn. Dusseldorpiani 1841. (De Scipionibus Commentationis particula) p. 6—12. Sed restat, ut de librorum lectionibus dicam: Gud. A. habet *Gnei' et scipio*, Crz. 1. *Gneij et Publij Scipiones*, Crz. 2. *Gnei et P. Cipionis*, Drsd. 4. *M. et P. Scipio exigebat.* Drsd. 5. *C. et Publii Scipionum.* Tum Crz. 1. *Cartaginensium* cum Drsd. 1. Gud. C. *carthaginensium*; Gud. B. *Gñ. M. et p. Scipionis*; Crz. 1. omittit *suis*. In Ox. ψ. est *iter claudendum*, in Drsd. 5. *suis corporibus*, in Crz. 2. *intercluserunt.* Mr.

Quid Africanus major? quid minor?] Crz. 1. 2. *affricanus*, verba *maior? quid* absunt a Gud. A. Pro *major? quid minor?* est *minor? quid maior* in Codd. Crz. 2. 3. Bern. Drsd. 1. 3. De *Scipione Africano majore* vid. quos congessit locos Orellius Onom. Cicer. P. II. p. 186 sq. De *minore* idem ib. p. 187—199. Et huius quidem vitam scripserunt duo homines Itali, Carolus Sigonius (*de Vita et rebus gestis P. Scipionis Aemiliani* liber ad calc. Editionis Arntzenianae Aurelii Victoris. Amst. 1733. 4. p. 612—647.) et Anton. Bendinellus (*P. Cornelii Scipionis Aemiliani Africani minoris vita.* Ed. 4. cur. Isidor. Bianchi. Havniae. 1776. 8. 95 pp.)— In seqq. Cod. Drsd. 1. omittit *inter*, a Gud. A. abest *horum*, cuius loco Gud. C. habet *eorum*; tum Gud. B. *etatē*; Ox. E. *interceptus* pro *interiectus.* Mr.

Cato?] Codd. Crz. 1. 2. *Catho.* De hoc *Catone* (Censorio), qui mortuus est annos natus octoginta quinque primo anno belli Punici tertii, tribus annis ante, quam Africanus minor Carthaginem delevit, vid. Orell. l. c. p. 486—489. Wetzelii Excursum in Catonem et Caelium p. 255—269. ibidemque de Scipionibus p. 269—285. Mr.

inter h. aetates interiectus Cato?] Ad formulam: *inter horum aetatem interiectus*, confert Borg. Cic. Brut. 64: *interiectus inter duas aetates:* et Phil. X, 4: *fratrum aetatibus mediis interiectus.* Ad rem Wytt. in Scholis: Cato is (M. Porcius) qui dicitur *maior* item *censorius*, floruit inter bellum Punicum secundum et tertium: vir bello et litteris et idem multis artibus clarus: cuius ex multis libris unus *de Re Rustica* superest." Sed exstant fragmenta orationum aliorumque librorum satis multa. Vid. M. Porcii Catonis de Re Rustica liber. Fragmenta, quae supersunt. Ausonius Popma recensuit. Franequerae, 1620. 8. — I. H. van Bolhius Diatr. lit. in *M. Porcii Catonis Censorii quae supersunt, scripta et fragmenta.* Utraj. 1826. 8. — *M. Porcii Catonis* Vita et fragmm. Fasc. I. et II. scr. Wilms. Dortmund. 1843. 4. (sunt prolusiones, quas dicunt, scholasticae.) — Oratorum Romanorum fragmm. colleg. atque illustr. H. Meyer. p. 8—92. Ed. pr. Mr.

Quid? innumerabiles alii] Codd. Crz. 1. Drsd. 5. Gud. C. *quid alii innumerabiles.* Cod. Drsd. 4. *abundamus exemplis.* Scribitur *habundamus* in Codd. Gud. A. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 1. Laudat ad h. l. *(domesticis exemplis abundamus)* Gernh. locum praefationis Livii, ubi de reip. historia loquens scripsit: *nulla unquam res publica nec maior nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit.* Mr.

Quid? innumerabiles alii (namque — abundamus) cogitassene —] Dedimus sic partim ex Borgersii, partim ex nostra emendatione, cum in tanta lectionum varietate, ne dicam an confusione? nulla plane satisfecerit. Posui igitur *Quid? innumerabiles alii (nam domesticis exemplis abundamus) cogitassene quicquam in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esset et praeclarum, videntur?* Et sic Or. cum Borg., nisi quod uterque dedit *cogitasse.* Gernh. cum Ern. ediderat: *quid innumerabiles alii? (nam domesticis — abundamus) cogitasse putamus, quicquam — expetendum, nisi quod laudabile esse* (vocem *esse* uncinis inclusit Gernh.) *et praeclarum videretur?* Sed videamus de libris, unde apparebit nos quidem violenter egisse nihil: *An putamus quemquam horum cogitasse quicquam in vita sibi expetendum —* Sic Ald. Man., cuius haec est annotatio: „*Putamus nos quidquam*

illos cogitasse in vita s. e., quattuor. *Putasne illos in vita quicquam s. cogitasse exp.*, quinque. *An putamus nos illos cogitasse quidquam in vita s. e.*, tres. *Putamus nos illos quidquam in vita s. e.*, unus. *Putasne non illos cogitasse, quidquam in vita s. e.*, unus. *Putamusne illos cogitasse quicquam in vita s. e.*, duo. *An cogitasse aliquid in vita s. e.*, et additum *putamus* post *an*, unus. *An cogitasse sibi in vita quidquam exp.* et additum *putamus illos*, unus. Et pro *expetendum nisi quod*, novem: *expetendum esse nisi quod.*" Vetus Car. Stephani: *an cogitasse quicquam eos putamus.* — „*Abundamus*] *Cogitasse quidquam in vita:* sic Palatinus secundus: neque recessit Ed. Victorii, quam quod sine parenthesi expresserit *abundamus. an cogitasse* etc. Aliae intrusere: *abundamus. An putamus quemquam horum cogitasse quicquam in vita* etc." Gruter. „In h. l. se torsere viri docti et editores. Quia constructio non constabat, intrusere aliquid. Graevius post Langium recepit *putamus*, quod est in Edd. pr., sed cum *an: an cogitasse quicquam putamus?* quod delevit Langius. Sed ita ante scribi debebat *innumerabiles alios.* In *alii* intellige *spectavere, secuti sunt*, e superioribus. sed *cogitasse* sane verbum desiderat, a quo pendeat. Itaque *putamus* et ipse addidi, quia in libris multis repertum est." Ern. „*An* damnat etiam Pithoean." Graev. Oxx. E. U. *Putasne illos in vita quicquam sibi esse expetendum cogitasse?* I. η. *Putamus nos illos cogitasse quicquam in hac vita sibi esse expetendum.* Ox. N. *Putamus eos quicquam cogitasse quicquam in vita sibi esse exp.* Ox. ψ. *An cogitamus nos illos putasse quicquam in vita sibi exp.* Oxx. I. N. U. η. σ. ψ. *esset* (ut nos edimus) pro *esse*; Suerin. *an putamus nos illos cogitasse — nisi quod laud. esset et praeclarum videretur.* Gud. A. *An cogitasse sibi quicquam in vita exp. nisi quod est laud. et praeclarum videretur.* Gud. B. *esse exp.*, tum *laud. esset.* Gud. C., ut Oxx. E. U.; Cod. Duisb. *cogitassentne* (hoc *ne* interrogativum nos recipiendum duximus) *quicq. in vita sibi esse exp. nisi quid laudab. et praecl. esse videretur;* Crz. 1. *putamus nos eos quicq. in vita sibi esse exp. cogitasse, nisi quod laud. esset et praecl. videatur;* Crz. 2. *an cogitasse aliquid in vita expet. sibi nisi quod laud. et praecl. esse videretur.* Crz. 3. *non cogitasse quemquam* (supra lin. *quicq.*) *putamus sibi exp. in vita.* Codd. Bern. et Bas. *putamus nos illos quicquam in vita sibi exp. esse cogitasse, nisi quod l. et pr. esse videretur?* Drsd. 1. non habet *putamus*, tum exhibet *sibi esse exp.*, denique: *laud. et praecl. esse videretur;* Drsd. 2. *An aliquid dicet cogitasse sibi esse exp.;* Drsd. 3. *an putamus quemquam horum cogitasse quicq. in vita sibi esse — laud. et praecl. esse videre-*

tur; Drsd. 4. *an putamus nos illos cogitasse. — sibi esse exp. — laud. esset et praecl. videretur;* Drsd. 5. *Putamus non quidq. illos in vita sibi exp. cogitasse — laud. esset —;* Cod. Voss. 84. (Borg.) *cogitasse quicq. in vita sibi esse exp. — videtur.* Voss. 10. (Borg.) *an cogitasse in vita quicq. sibi exp. esse, nisi quod laud. et praeclarum esset, videntur* (unde nos recepimus verbum extremum). Ed. prc. *an cogitasse quicquam putamus — videtur?* Paris. s. a.: *an putamus quemquem horum cogitasse quicquam — laud. esset et praeclarum videretur.* Edd. Mediol. 1492. 1514: *an cogitasse quicquam putamus in vita sibi expetendum, nisi quod laudabilior* (sic hae; sola Arg. 1515. *laudabilius:* reliquae *laudabile*) *esset et praeclarum videretur?* Reliquae vett. pleraeque ante Lamb. *laudabile esse.* In Lamb. 1566 est: *cogitasse quidquam putamus in vita sibi exp., nisi quod laudabile esse et praeclarum videretur?* Edd. Crat. Man. Magn. Car. Steph. Ald. 1517. 1552. *an putamus quemquam horum cogitasse quicquam in v. s. exp. nisi q. l. esse et pr. videretur?* Ald. 1548. Boul. *An cogitasse quicq. putamus in v. s. exp.* — et sic etiam Herw. Cam. Paris. 1553. — Cum Lamb. faciunt H. Wolf. et Colon. 1576. — Victor. et Rob. Steph. *an cogitasse quicquam in vita sibi esse exp., nisi quod laud. et pr. videretur.* Grut. et Gron. idem, sed omisso *putamus*, quod restituerunt Graev. Ern. Verb. et sic, qui eos secuti sunt, nisi quod Gernh. et Nobb. uncinis incluserunt *esse* post *laudabile.* Abiecit *putamus* Orellius, cum a multis omittatur, alii habeant *putabimus, putamusne, putasne, putesne,* et paullo ante Cic. scribat *putaverunt.* — Pro sua emendatione laudat Borg. ad illud *Quid?* locum Parad. V, 2: *Quid? iam illa cupiditas* —. Quod extrusit *an* et *putamus*, in eo auctores habet Codd. Vossianos, e quorum uno recepimus cum eo *videntur*; *esse* autem ejecit post *sibi*, cum suis Vossianis: *ne* denique post *cogitasse* ego recepi ex Cod. Duisb. Quo facto locum, quantum fieri potuit, sanatum existimo. Ad loquendi formulam conf. Or. pro Coelio 17: *Nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et cum dignitate coniunctum.* Mr.

Veniant igitur isti irrisores] „*Veniant isti igitur irrisores*, undecim, *Veniant istius igitur irrisores*, duo.“ Ald. Man. Cod. Pith. *Veniant igitur irrisores istius orationis.*“ Graev. Cum undecim illis Aldinis facere ait Gernh. Editionem Lugd. 1555, eamque exhibere *isti igitur.* Idem refert abesse *isti* ab aliquot edd. veteribus: neque magnopere opus eo esse existimat. Ego eandem vocem abesse vidi a multis Edd. et tribus Codd. nostris: sed tuentur eam sex Codd. Oxx. Duisb. Suerin. Crz. 3. Drsd. 2. 5. cum Edd. Asc. 1511. H. Wolf. Vict. Rob. Steph. Cam. Grut. et post eum

omnes: tuetur item sententia. Est enim *irrisores* manifesto positum ut appositio vocis *isti*, quasi participium: ac si dicat Cicero: *veniant igitur isti, qui irrident hanc sententiam.* Pro *huius* habent *istius* Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. Sed pro *isti* habent *istius* Codd. Ox. ψ. et Gud. B. In Cod. Bern. est *irrisores isti*, quod minus placet vulgato. Vocem *huius* plane omittit Ox. ψ. Ad verba confert Borg. Cic. de Finn. III, 22: *qui* (sapiens) *vere — omnia ista nomina possideat, quae* *irrideri ab imperitis* *solent.* Mr.

et iam vel ipsi iudicent,] „*Ipsi* abest a duobus.“ Ald. Man. Omittunt *et iam* Cod. Bas.; *iam* omittit Cod. Crz. 1., cum Gud. A. et Drsd. 5.: *etiam* pro *et iam* est in Oxx. E. I. U. η. Suerin. Drsd. 3; abest *vel* a Drsd. 1. et 3. In Crz. 2. legitur: *vel etiam ipsi iudicent;* quatuor verba: *et iam vel ipsi* desunt in Ox. σ. Gud. B. Drsd. 4. Perperam *et iam* in *etiam* iungitur item in Edd. Hdlb. (s. l. et a.) Arg. 1515. Lugd. 1515. Par. 1507. 1512. Pro *iudicent* est *iudicarent* in Ox. η. Mr.

utrum se horum alicuius] Vocem *se* delevit altera manus in Cod. Crz. 1; sed in eodem infra scriptum est *sese similes esse malint.* Ox. E. habet *alicui* cum Drsd. 2. 4. Pergit Gud. A. *qui in marmoreis.* Vocem *marmoreis* omittit Drsd. 2. cum Ox. E. eius loco habent Oxx. σ. ψ. *maioribus;* Drsd. 4. 5. *marmoreis in tectis;* sequitur *hebore* in Drsd. 2; tum Drsd. 4. *et auro et argento fulg.* Ad verba *marmoreis tectis* conferri iubet Gernh. Horatium Carmm. II, 18, 1. ubi vid. interpretes; add. infra Parad. VI, 3. et nos ad Cic. de Legg. II, 1, 2. p. 155. ad verba *pavimenta marmorea et laqueata tecta*, ibidemque Wyttenbach. Ad structuram *utrum se — esse malint* vid. Krüger Von d. Attraction p. 332—336; nos ad Tuscc. IV, 27, 58. p. 405 sq. V, 23, 66: ad v. *qui se — non — malit*, p. 142, et quos laudavimus ad Tuscc. I, 41, 98. p. 337. II, 24, 58: *se mori malunt.* Pro *et auro* Gud. B. *auroque.* Verba *fulgentibus* usque ad *animum* desunt in Cod. Ox. σ. Pergit Cod. Drsd. 5. *qui abundant signis.* — *Signa* quid sint h. l. vid. apud Schützium in Lex. Ciceron. v. *Signum* n. 6. et *tabulae* explicantur in Ernesti Archaeol. Literar. p. 52. ed. G. H. Martini: sed universe de his rebus videnda de historia artium apud veteres opera Winckelmanni, Thierschii, Hirtii, Kugleri, Schnasii, germanice scripta, itemque C. O. Mülleri liber de Archaeologia, item Germanice editus, ex prioribus autem F. Iunii liber de Pictura Veterum. Laudat etiam Gernh. Ciceronis Brutum 18, 70; Quinctil. II, 17, 8. 21, 9. et Heynii Antiquar. Aufs. II. p. 135 ad opera *caelata;* neque vel nunc negligenda, quae seculo superiore scripserunt Comes Caylus (Abh. z. Gesch. u. s.

Kunst. 1768. 4.) et I. F. Christius (Abhh. üb. d. Litt. u. d. Kunstw. d. Alterth. 1776. 8.). Mr.

qui marmoreis tectis —] Th. Bentleium coniecisse refert Gernh. in Addendis: *qui solis marmoreis*, *qui tectis ebore* cet. cuius coniectura nemini videtur placuisse: neque ea opus est. *Solis* certe Ciceronis manum non redolet. Mr.

auro et argento] Verba *et argento* desunt in Cod. Drsd. 4. — „Ex aere Corinthio post ipsam Corinthum a L. Mummio eversam. *Operibus*, sex. *Opibus* duodecim: [ex perperam lecto compendio]. Aes Corinthium Virg. Georg. II. [464.] *Ephyreïa ara* appellat." Ald. Manut. „Ephyre Corinthus est, ut ait Servius. Hoc aes ex S. C. deleta a L. Mummio Corintho factum et conflatum est: nam aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atque simulacris aeris, auri argentique venae in commune fluxere. Aes Corinthium, Deliacum et Aegineticum cum ex multis scriptoribus, tum maxime ex Plinio nota sunt: 34, 2. Legendus omnino tibi Lazari [Bayfii] liber de Vasculis est." Xyst. Betuleius. „*Corinthia opera* erant vasa, item statuae et similia opera ex aere Corinthio facta: quod fuit aes certa ratione compositum, quae compositio diruta Corintho in oblivionem abiit, unde vasa Corinthia immani pretio vendebantur. *Caelatum aurum:* est hoc nomen factum a Graeco κοιλός, et significantur eo vasa, quibus imagines insigniuntur exstantes, quod postea item *sculpere* dictum est, et *opus sculptum.* — *Signum* Romanis proprie dicitur sigillum, quo litterae et alia obsignantur. Deinde omnia opera artis, annuli, tabulae pictae, caelatae et statuae eodem nomine appellata sunt." Wyttenb. „Super aere Corinthio, quaenam illius origo fuerit, varia tradita sunt ab antiquis. Plinius casu mistum esse ait, Corintho, cum caperetur, incensa. L. quoque Florus eandem sententiam sequitur, a quo ita hac de re scriptum est [II, 16, 7.] *Aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria; quia incendio permistis plurimis statuis atque simulacris, aeris, auri argentique venae in commune fluxere.* [Ad quem locum vid. interpretes, in primis Dukerum.] At alii unam modo antiquis temporibus domum arsisse dicunt, in qua cum auri argentique nonnihil inesset, aeris autem magna vis, commista illa et in eandem confusa massam, ex eo metallo, cuius maior inerat pars, Corinthii aeris nomen acceperint. Alii etiam, quod propius ad veri similitudinem accedere videtur, narrant, aerarium quendam fabrum fuisse Corinthi, qui cum incidisset in thecam auri plenam eamque sibi abstulisset, ne id resciretur, metuens, dissectum in minutas particulas aurum paullatim aeri admiscuerit, admirabilemque illam tem-

peraturam effecerit, qua magnas sibi opes postea comparavit." Muretus, Varr. Lectt. III, 5. p. 61 sq. Ruhnk. T. II. Conf. Winckelmann. Gesch. d. Kunst. Herausg. v. Meyer u. Schulze. T. III. p. 135. et annott. p. 431. I. F. Christ. Abh. üb. Litt. u. Kunstw. d. Altrth. p. 147 sq. p. 195. I. A. Ernesti Archaeol. Litt. auct. a G. H. Martini, p. 22. et p. 288. K. O. Müller. Handb. d. Archaeol. d. Kunst. 2. A. p. 406 sq. — Scribitur in Codd. Duisb. Crz. 1. *Chorinthiis*, in Crz. 2. *corinciis*, in iisdem *opibus* (sed correctum in Crz. 2.); duo priores habent *habundant*. Pergit Crz. 1. *an quinto Fabricio.* Habent *Q.* pro *C.* Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 3.; omittit praenomen Crz. 3. In Gud. A. est *G. Fabricii*, in Gud. B. *gagii Fabr.* Unde vides ex scriptione nominis *Gaii* ortum esse etiam errorem *Q.* Mr.

qui nihil eorum habuit,] „C. Fabricius consul innocentia, integritate et fortitudine excelluit bello adversus Pyrrhum: eius saepe fit mentio apud Ciceronem." Wyttenb. Locos vide congestos apud Orellium in Onomast. Cic. P. II. p. 248. — Lectio valde variat: Oxx. E. η. ψ. *nihil habuerit horum*, cum Drsd. 2. 5.; in Gud. A. deest *nihil*, in Gud. B. est *nihil habuit eorum*, ut in Duisb.; in Crz. 2. *nihil horum habuit:* cum Drsd. 1. 3. in Drsd. 4. *nihil habuit horum.* Pergit Crz. 1. *vel nihil habere voluit*, Oxx. E. η. ψ. Drsd. 1. 3. *nihilque*, Ox. U. *nihilque eorum*, Drsd. 4. Gud. B. *et nihil;* Drsd. 5. *nihil eorum h. v.*, Drsd. 1. *habere uoluit*, Drsd. 2. *habere voluerit.* Ad rem confert Gernh. Valer. Max. II, 4, 3: *In C. vero Fabricii et A. Aemilii Papi, principum seculi sui, domibus argentum fuisse confitear oportet: uterque enim patellam deorum et salinum habuit. Sed eo lautior Fabricius, quod patellam suam corneo pediculo sustineri voluit.* Exempla eleganter firmatae negationis eiusdem verbi repetitione Borg. laudat haec: Parad. IV. med.: *Si haec nec fecisti, nec facere potuisti;* Verr. II, 62: *Huius ego pecuniae —* *non habui rationem, neque habere potui;* pro Flacco 12: *illud vero neque suscepit, neque suscipere debuit:* coll. Phil. II, 2. de Petit. Cons. 9. Mr.

similes esse malint?] Repetitur *se* (quod iam supra est positum post *utrum*) in Oxx. E. I. N. U. η. ψ. Gud. A. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 3. 5. Duisb. Edd. Par. s. a. Dav. 1515. Ven. 1492. 1514. Ed. prc. Par. 1507. 1512. 1553. Lugd. 1515. Hdlb. (s. l. et a.) Arg. 1515. Crat. Herw. Vict. Rob. Steph. Magn. Ald. 1517. ante *similes;* abest *esse* a Codd. Duisb. Crz. 2. Drsd. 1. 3. (hic habet *si* pro *se*) Drsd. 3. 4. 5. Ed. Suffr. Petri. Hoc improbat Gernh., illud (repetitum *se*) probat. Nobis neutrum probatur. Habet Gud. B. *se malint similes.* Crz. 1. *sese similes esse malint*, Drsd. 3. *malunt.*

Atque haec etc.] Transit ad voluptatem, quam Philosophi multi in bonis numerabant, quidam etiam summum bonum esse volebant. Facc.

Atque haec quidem] „Alias *atque hi quidem*, quo modo unus meus. *Aque hoc quidem*, unus. *Atque haec hi quidem*, unus. *Atque ad haec quidem*, unus.“ Ald. Manut. Ox. E. habet *atque hi quidem haec*. Crz. 1. *Atqui* pro *Atque*. Pro *quidem* Gernh. edidit *quidam*, fortasse invitus, quamquam haec scriptio nec sensu caret, et habet eam Cod. Duisb., cuius si voluisset recipi lectionem, verbo certe monuisset. Ceterum mihi quidem nequaquam probaretur. Xyst. Betuleius, qui lectionem *hi* pro *haec* reperisset alicubi, eam probabat dicens: Respondet sibi ipsi. Non video cur non antiqua lectio salva esse possit: *atque hi quidem*. Mr.

quae modo huc modo illuc transferuntur,] „*Τὰ ἀδιάφορα*.“ Ald. Man. „Sunt ἀδιάφορα, quae modo in appetendis ponuntur, modo in contemnendis.“ Ern. Ad haec bene monet Gernh., rectius Wetzelium intellexisse mobilia, quae loco suo moveri possunt, qualia sunt signa, tabulae, vasa, quae modo commemorantur. Nimirum res, quae dominum mutant, ab uno possessore ad alterum transeunt. Frc. Sylvius: „bona quae fortunae ludibria appellavit.“ Similiter Wytt. in scholis: „dona fortunae s. bona externa.“ In Cod. Drsd. 5. est *quae modo illuc modo huc*. Tum Crz. 1. *abduci*, Crz. 3. *aduci* (ortum ex scriptione veteri ADVCI i. e. *adduci*; Drsd. 5. *adduci possunt*. Ox. ψ. *duci solent*.“ Pergunt Codd. Gud. B. Suer. Duisb. Drsd. 4. *ut in bonis rebus*; in Gud. A. deest *rebus*; in Drsd. 5. est *negent esse*. Pro *negent* Gud. A. *egant*. Mr.

Illud tamen arcte tenent, accurateque defendunt,] Vocem *tamen*, (pro qua Suer. *autem*) omittunt Ox. ψ. Drsd. 5. Duisb. Crz. 2. Gud. A. Ego cum Or. abieci. Sed hic Gud. A. habet *arrecte tenent, accurate defendunt*. In Cod. Crz. 1. ad v. *arcte* adscriptum est *stricte*, supra lin. ab al. m. Ox. ψ. *arte*. Ad *arte tenent* H. Wolfius haec: „τεχνικῶς ἤ ἐντέχνως, pro callide, omisso eo, quod minus firmum est, illud apprehendunt, quod faciliorem videtur habere defensionem. [Legebat nimirum W. *arte*, (quamquam in contextis edidit *arcte*) idque pro *artificiose* dictum existimabat, cum tamen sit plane id, quod *arcte*, eiusque adverbii, ut vult Freundius cum Grotefendio Gr. Lat. II, p. 211. et Schmidio ad Hor. Ep. I, 5, 29. (ubi *arta* etiam scripsit Orellius) scriptio accuratior: quae est in nostra Par. 1507.] Sed magis placet *arcte tenent*: metaphora ab iis ducta, qui sibi eripi aliquid et extorqueri de manibus non patiuntur.“ Borgers. ad eandem lo-

cutionem: „i. e. urgent. Vid. Schütz. Lex. Cic. v. *tenere*. Phil. IV, 5. de Finn. IV, 28: *urgent tamen, nihil remittunt;* mox ibidem: *Verba mordicus tenent.*" Ad verba *accurateque defendunt* Wyttenbachius in scholis dictavit: „Illud *accurate* habet aliquam dubitationem, ut Cicero fortasse aliter scripsisse videatur." Qua de re, quod in *specimine secundo Symbolarum Criticarum ad Cic.* (Ulmae, 1828. 4. p. 6 sq.) commentatus sum, cum non displicuisse vidissem nonnullis, qui de ea commentatione iudicium fecerunt, in Excursum quartum conieci, eaque, quae adiicienda visa sunt, addidi. Mr.

Quae mihi quidem vox pecudum videtur esse,] Cod. Gud. A. *esse videtur.* Vox *mihi* abest a Cod. Gud. B. post *quae*, et iniecta post *videtur*, ut in Drsd. 4; in Drsd. 5. plane deest, et scribitur *pecudis;* in Crz. 2. et Suerin. *mihi videtur esse;* Duisb. *vox et pecudum.* Ad sententiam cf. Lael. 9, 32: *At ii, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentiunt;* ib. 6, 20: *Multi etiam voluptates* [praeponunt.] *Beluarum hoc quidem extremum est.* De Finn. II, 33: *aliud quid hominis summum bonum reperiendum est: voluptatem bestiis concedamus.* Mr.

Tu, quum tibi sive deus, sive mater —] Cod. Ox. ψ. *tuum tibi.* Scriptor Cod. Crz. 2. aliud egit cum scriberet: *Tu quidem cum sibi deus tibi deus tu cum tibi sive deus, sive mater* —. Sed alia manus rubro colore delevit voces septem priores. Mox idem exhibet *natura omnium rerum* cum Gud. A. Vocem *omnium* omittit Ox. E., quod multo melius est illa vocabulorum confusione. Ad vocem *mater* Ald. Manut. hanc, piam scilicet, annotationem adiecit: „Aliquando noverca." — Codd. Oxx. E. N. U. *dedit* pro *dederit*, Duisb. *dederunt.* Cod. Crz. 2: *nihil divinius*, pro *neque divinius.* Ox. σ. et Gud. B. *atque* pro *neque;* Gud. A. B. omittunt *est* post *nihil*, prior duas voces *neque divinius.* Mr.

sive deus, sive — natura] Recte monet Borg. e Stoicorum disciplina *deum* modo *mundum*, modo *naturam* nominari: coll. Cat. m. 12, 39: *cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente praestabilius dedisset, huic divino muneri nihil esse tam inimicum, quam voluptatem*, de N. D. I, 14, 37. Turneb. ad Cic. de Legg. I, 6. p. 546. ed. nostr. Tiedemann. Syst. d. Stoisch. Philos. II. p. 186 sqq. I. Lipsii Physiol. Stoic. I, 5. p. 841—843. ed. Vesal. T. IV. Mr.

sic te ipse abiicies atque prosternes,] Codd. Oxx. U. η. *te ipsum*, cum Drsd. 5. In Crz. 2. est *sic te abiicies ipsum;* Crz. 1. *sic te ipsum proiicies atque prosternes*, cum glossis pravis: *amoveas atque depones*, supra lin.; Crz. 3. *abicies* (ex ABICIES). Ad

verba confert Borg. Cic. in Cat. II, 1: *Iacet ille nunc prostratus, — et se — abiectum esse sentit.* Ad sententiam magis convenit de Finn. V, 22, ubi iunguntur *abiectum* et *humile*, et de Or. II, 51, ubi iuxta ponuntur *prostratus* et *afflictus*. Ed. Par. s. a. omittit *te*. Mr.

ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam] „*Inter te et quadr.* sic novem. *Inter te atque quadr.*, septem. *Inter te, inter quadr.* duo." Ald. Manut. Idem edidit *quadrupedem aliquem*, cum hac annotatione: „*Aliquem* abest a sex. *Aliquando*, unus. *Aliquam*, tres. Male. *Quadrupedem:* Voluptas homini cum bestiis communis est." — „Nolui abire a Palatinis, praesertim cum sic quoque ediderit Victorius, nisi quod repetierit *inter*, nimis odiose [an voluit *otiose* scribere?], cum statim sequeretur *interesse*. Vulgati *atque inter quadrupedem aliquid putes.* Gulielmius voluit exprimi: *inter quadrupedem dicas interesse*, fide Cod. Mauriciani, quod non sic putarent tantum, sed dicerent, cum voluptatem arcte defenderent." Gruter. „Ut Victorius repetit *inter*, sic et Langius cum membranis; et utique patet Gulielmio idem in MSStis inventum. Cur igitur deleretur? Gruterus quum odiosas [otiosas] repetitiones iactat, loquitur ex suo sensu. Tullius ubique sic iteravit praepositionis usum, ut vidimus passim." Gronov. [Dedit nimirum Gron. *atque inter qu.*] Graevius, eiecto repetito *inter*, refert in Edd. esse: *ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquid putes interesse*; Pith. et al. MS. *ut nihil inter te et quadrupedem aliquid putes interesse.* — Repetitum illud *inter* non habent Codd. Oxx. omnes (septem), Drsd. 1. Crz. 1. 2. 3. Gud. A. B. Duisb. Suerin. Bas. Edd. Man. Magn. Asc. 1511. Grut. Graev. Ern. Wetz. Borg. Gernh. Nobb. Or. Pro *atque* habent *et* Gud. A. (omisso *te*) B. Crz. 1. 2. Guelf. Bern. In Drsd. 3. scriptum est *et quadrupedem inter aliquam.* Abest *inter* in constructione simillima de Off. I, 4: *Inter hominem et beluam hoc — interest.* Locos, quibus repetitur, vid. in Zumptii Gramm. Lat. §. 745. Recte monet Or. ad Tuscc. IV, 14, 32: Omnino iteratum vix locum habet apud Cic., nisi ubi vocabula aliquot interponuntur. Mr.

quadrupedem aliquam putes interesse] *Aliquam*, quod repererat Ald. Manut. in tribus suis, atque immerito improbaverat, est in Oxx. N. U. η. σ. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. Duisb. Hic autem distinctionem habet hanc: *quadr. aliquam putes interesse quicquam. Bonum est* —. Vocem *aliquam* omittunt Codd. Gud. A. Ox. I. Drsd. 5. Edd. Lamb. Suffr. Petr. et Col. 1516. Asc. 1511. H. Wolf. Bentl. Eius loco est *aliquem* (ut edidisse ex aliquot suis diximus Aldum Manut.) in Codd. Suerin. Drsd. 4. Edd. Wetz. et Schz.

Sed recte monet Goer. litem de genere eius vocis dirimi voce *pecudum*, quae supra legitur. De quo autem nihil monuit Or., hoc est: esse in Edd. vett. fere omnibus *aliquid* (pro *aliquam*) praeter Vict. Rob. Steph. Cam.; et est illud *aliquid* in Codd. Drsd. 3. Crz. 1. 3. Ad quam lectionem Frc. Sylv. haec: „*Nihil* — *aliquid*, ut saepius dicitur *nihil quicquam*. Sed Hier. Wolfius: Sic omnes, quos viderim, Codd. habent, ut *nihil* et *aliquid* pleonasmo coniungantur. Sed unus tantum habet *inter quadrupedem aliquam interesse:* quam ego lectionem probo: etsi *aliquam* facile abesse patior, ut Lambinus edidit. In solo Crz. 2. est *aliquam interesse putes*. Mr.

Quicquamne bonum est,] „*An quidquam bonum est*, unus. Sunt, qui legant: *Quidnamne bonum est*." Ald. Manut. Sic Codd. Oxx. l. N. U. ψ. Crz. 1. 3. Gud. B. Bas. Edd. Crat. Man. Magn. Ed. ap. Meus. Hdlb. (s. l. et a.) Arg. 1515. Par. 1507. 1512. 1543. Asc. 1511. Ald. 1517. 1548. 1552. Ven. 1487. 1492. 1514. Boul. Crat. H. Wolf. Herw. Lamb. Colon. 1577. Goth. Huber. Gernh. Nobb. Reliqui *quicquam*; nisi quod Codd. Ox. E. Drsd. 2. exhibent *an quicquam*, Suerin. *quicquidne*, ex perperam lecto compendio; Drsd. 1. 3. *quicquamne est bonum*. Ad rem laudat Graevius Basilium Magnum in Psalmum 1. ubi est: *τούτων οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν τῇ ἑαυτοῦ φύσει, οὐ μόνον καθότι ῥᾳδίαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ ἐναντία περιτροπήν, ἀλλ' ὅτι μηδὲ ἀγαθοὺς δύναται τοὺς κεκτημένους ἀποτελεῖν.* Mr.

Quicquamne bonum] „Alii omittunt particulam *ne* et infra legunt *facit* pro *faciat*. Hanc ipsam rationem praeclare exponit Seneca Epist. 87." Facciol. Senecae verba haec sunt: *quod bonum est, bonos facit: fortuita bonum non faciant: ergo non sunt bona.* Post *qui* excidit *id* in decem Aldi Man. Drsd. 1. 3. et in Edd. vett. fere omnibus. Habent Edd. Vict. Suffr. Petr. Rob. Steph. Cam. et post Grut. omnes. Cod. Gud. A. *possidet id.* In Drsd. *facit meliorem.* — „Tres Manut. et Anemoec. *faciat*, recte, si subiectum est *quicquam bonum*. Habendum autem *bonum* est pro praedicato, ut *quod* — *facit* ad *quicquam* pertineat." Gernh. *Faciat* habent ex nostris Cod. Gud. B. Edd. Car. Steph. et Ald. 1552; *fecit* Ed. Herw. Mr.

Ut enim quisque] Bentl. *Etenim ut quisque*. Cod. Drsd. 4. *ut enim est quisque boni particeps maxime*, Drsd. 5. *quisque maxime est b. p.*, cum Suerin., Gud. B. Drsd. 1. 2. *quisque maxime boni part. est.* Ox. σ. ψ. omittunt *est*; Ox. E. habet *ut enim quisque si maxime est bonus*, Gud. A. *ut enim est quisque m. b. p.* Mr.

ita etiam laudabilis maxime] Ita dedi cum Or. pro *ita et* ex uno Cod. Guelf., cum ex usu Ciceronis, tum quia vocum *et* et *etiam* compendia sunt in Codd. ita similia, ut utriusque confusio et legentibus et scribentibus sit frequentissima. In Drsd. 5. legitur *ita laudabilis maxime*, in Drsd. 4. Gud. B. *ita et laudabilis est maxime.* Pergunt Codd. Crz. 1. Gud. A. B. Oxx. E. I. η. ψ. Drsd. 2. 3. *neque enim est ullum bonum*, Drsd. 4. *neque enim ullum bonum est.* In seqq. Gud. A. *de quo is habeat non possit honeste gloriari.* Gud. B. *de quo non is qui id habeat non possit hon. gloriari.* Suerin. *de quo item is qui id habeat non possit hon. glor.* Drsd. 1. *de quo is — hon. non possit glor.* Crz. 1. *de quo is — non hon. p. gl.;* Crz. 2. *de quo is qui habet id, hon. non possit gloriari;* Drsd. 4. *de quo quis — non poss. hon. gloriari*; Drsd. 5. *de quo is qui habeat non possit hon. gloriari.* — „Sensus disputationis et notionum hic est: Nihil bonum est, nisi eum, qui id possidet, meliorem facit: atqui voluptas non meliores facit homines; ergo voluptas non est bonum. Si voluptas non est bonum, reliquae res corporeae et externae minus etiam sunt bonae, et sola virtus bonum iudicandum est. Atqui reliquae res corporeae et externae minus etiam sunt bonae, quam voluptas: ergo sola virtus bonum iudicandum. Stoicorum haec erat ratio, vera bona eiusmodi esse, de quibus quis gloriari possit: de sola autem virtute hominem posse gloriari: ergo solam virtutem esse vere bonam." Wyttenb.

Quid autem est horum in voluptate?] „Haec est oratoria disputatio, in qua interrogationes vim habent enuntiationum negantium, quasi dicatur: nihil horum est in voluptate: voluptas nec meliorem nec laudabiliorem virum efficit." Wyttenb. — Cod. Crz. 1. *quid autem horum ipsorum est;* Suerin. Drsd. 4. *horum est;* Gud. A. B. *quod autem est.* Verba *melioremne — virum* desunt in Gud. A. Pro *melioremne* Drsd. 1. habet *melioresne.* Crz. 1. Suerin. Duisb. *an* pro *aut.* Tum Crz. 1. *laudabilem.* Drsd. 5. *aut quisquam*, Gud. A. *aut aliquis.* Crz. 2. Gud. A: *potiendis*, Suerin. *potiendas.* Mr.

Gloriando sese et praedicatione effert?] „*Gloriando se*, decem et septem. *Gloria*, unus." Ald. Manut.

gloriatione se et praedicatione extollit?] „Nonnulli libri habent *effert?*" Lambin. „Antiquus liber habet: *gloriando se etiam praedicatione effert.*" Fulv. Ursinus. H. Wolf. in contextis ut Lambinus. In lemmate annotationis habet: *Gloriando se et praedicatione:* Annotatio autem haec est: „Alii: *gloria sese et praedicatione effert.* Frc. Sylvius sic se scriptum reperisse in vetusto

codice: *in potiundis voluptatibus gloriando se e a praedicatione effert?"* — Recte Langius ex suis Codd. edidit *gloriando se et praedicatione extollit?* Gruterus et Ald. Manutius: *Gloria sese et praedicatione effert:* cum tamen Aldus testatur in uno tantum se *gloria* reperisse, sed *gloriando* in septendecim codicibus. Graev.

Et] „Sic omnes mei. *Etiam* Fulvii liber." — „*Et praedicatione effert?* quattuordecim. *Et praedicando effert?* duo. *Effert in praedicationem*, unus. *Et in praedicationem extollit*, unus." Ald. Manut.

gloriando sese et praedicatione effert?] Ita I. N. *η. σ.* (reliqui tres *se*), et inde a Graevio Edd. omnes. Gud. A. B. omittunt *et*. Eius loco habent *etiam* Codd. Suerin. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 5. *in* pro *et;* Duisb. *Gloriando se et praedicando effertur.* Quod habet Grut. *gloria*, habent etiam Edd. Manut. Magn. Car. Steph. Crat. Asc. 1511. In Ald. 1517. est *gloria de se;* in Ald. 1548. *gloriando se et praedicationem effert*, in Ald. 1552. *gloria sese — effert; Gloriando se* Codd. Bas. Bern. Ed. prc. Vict. Rob. Steph. Cam. In Ven. 1492. 1514. Hdlb. (s. l. et a.) Lugd. 1515. Arg. 1515. Par. 1507. 1512. 1553. Boul. est glossa *extollit*, pro *effert.* Mr.

gloriando sese et praedicatione] Cum sint, qui locum ita correxerint, ut vel duo Substantiva vel duo Gerundia Ciceroni obtruderent, bene monuit Borg.: librorum lectionem, qua Gerundium cum Substantivo iungitur, ex usu Ciceronis esse: v. c. Lael. 17: *quam blanditiis et assentando colligere turpe est;* de Rep. I, 16: *quod cum disputando rationibusque docuisset.* Ad structuram *in potiundis voluptatibus* idem confert eandem formam in verbo *uti*, Verr. II, 18; in verbo *fungi*, de Rep. I, 17; Nepos Datam. 1. coll. Donat. ad Terent. Phorm. II, 1, 51, et ad Adelph. V, 4, 17. Mr.

Atqui si voluptas, quae —] Codd. Crz. 1. et Drsd. 3. *Atque.* Prior vocem *quae* non habet nisi a sec. m. adiectam. Cod. Drsd. 5. post *defenditur* habet *mō*, quod est compendium vocis *modo.* Ox. ψ. pro *bonis* exhibet *bonorum*; mox Crz. 1. *quo aor est*, Crz. 2. Gud. B. Drsd. 4. 5. Ed. Dav. 1515. *quo maior est*; Crz. 2. *eo mentem magis.* Drsd. 4. *mentem tandem.* Scribitur *ex* pro *e* in multis libris; sed *e* est in Codd. Oxx. I. N. *η. σ.* Duisb. Edd. Par. 1512. Arg. 1515. Ald. 1548. Vict. Rob. Steph. Cam. Grut. et seqq.; sola Par. 1512. habet *mente sua*, Cod. Ox. *ψ. mentem et sua.* Ad locutionem confert Borg. de Rep. II, 14: *quorum patrocinio — cultus agrorum — defenditur;* de Or. III, 17: *ea philosophia, quae suscepit patrocinium voluptatis*, de Fin. III, 1: *Si* [voluptas] *non tam pertinaces habeat patronos.* Cod. Suerin. *ex suo statu et sede.* Ad haec verba Wytt. in scholis: „sunt metaphoricae dictio-

nes sumptae a rebus corporis: *sedes* significat quietem et tranquillitatem; *status* autem firmitatem, constantiam, fortitudinem." Mr.

demovet;] Ita dedi cum Gernh. Nobb. Or. ex Codd. uno Aldi Man. Crz. 3. Gud. B. Edd. Lamb. H. Wolf. Col. 1576. Reliqui fere omnes *dimovet*, duo Ald. Man. *movet*. Borgersium, ut servaret *dimovet*, (quamquam pro lectione *demovet* laudavit Or. pro Caec. 17; Phil. II, 21; IV, 5; de Finn. IV, 21.) movit auctoritas Forcellini (non Facciolati, ut scribit), qui ita in Lexico: „Huiusmodi locis illud est advertendum, ut quoties *deorsum movendi* ratio aliqua significatur, per *de:* quoties vero in aliam vel diversas partes, per *di* scribatur: — quod ante nos adnotaverat P. Burmannus ad illud Cic. Caecin. 15. apud Quinctil. VII, 3: [p. 618.] *Vis, quae, periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco saepe et certo de statu demovet.*" Hoc nimirum loco Burm. et ideo *demovet* volebat legi, quia *demovere* sit i. q. deiicere vel deturbare e superiore loco, et quod optimi quique scriptores saepe praepositiones addere solent verbis ex iisdem compositis, ut illo Orationis pro Caecina loco, quem laudavit Quinctilianus, *de statu demovere.* Qua in disputatione illud verum est, ut *demovere de statu* fere idem sit, quod deiicere: falsum autem illud, non dici *demovere*, nisi sermo sit de re *deorsum* movenda. Non enim solum significat *demovere* i. q. deorsum movere, sed etiam universe *loco movere (von Etwas weg bewegen).* Quare recte scribitur in Verr. I, 2, 17: *ne quis te possit de vera sententia demovere.* Or. II, 51: *Odium a nobis demovere;* Verr. I, 17: *ne quis te de vera et certa sententia possit demovere.* Idem error, quo nuper etiam Schützius nostro loco toleravit *dimovet*, nobis etiam *diversoria* peperit et *diminutiva*, pro *deversoriis* et *deminutivis.* Ceterum ego nostro quoque loco malim legi *de — statu demovet.* De verbo *demovere* vid. C. D. Beckium ad Or. pro Caecin. l. c. p. 272. et Ernestum ad Or. pro Sest. 47. et ad Cic. de Inv. II, 29, 86. ubi (quod saepius, quam par est, accidit viro doctissimo) verum vidit, quod idem aliis locis a se visum esse non recordabatur, perperam scripta relinquens intacta. Mr.

Profecto nihil est aliud bene —] Ox. ψ. *mihi* pro *nihil.* Drsd. 1. 3. 4. Suerin. *profecto nihil aliud est*, cum Bern. et Guelf.; Gud. A. *nihil aliud est profecto*; pro *bene* idem habet *bonum:* in var. lect. Magnoli omissum est *aliud;* in Drsd. 3. desunt verba ultima *nisi honeste et recte vivere;* Drsd. 4. habet *honeste et beate recte vivere.* Ad v. *honeste* Wyttenb. haec: hodie loquuntur: secundum moralem pulchritudinem, qua ita nos actiones nostras gubernamus, ut cum specie et natura verae pulchritudinis conve-

niant." Tum: „*recte*, graece ὀρθῶς, sumptum est tam e vita communi, quam ex rationibus mathematicis, ubi recta linea dicitur brevissima, quae duci potest inter duas lineas; itaque recta via est via virtutis, a qua si in alterutram partem declinatur, exstat peccatum, ut videbimus Paradoxo III." Periodum similiter numerose cadentem comparat Borgers. ex Cic. Or. 68: *Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minime omnium ignoras) pulchre et oratorie dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere.* Mr.

PARADOXON II.

"Οτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

[*In quo virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum*]

Nec vero ego M. Regulum aerumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putavi. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur a Poenis, non gravitas, non fides, non constantia, non ulla virtus, non denique animus ipse: qui tot virtutum praesidio tantoque comitatu, cum corpus eius caperetur, capi certe ipse non potuit. C. vero Marium vidimus, qui mihi secundis rebus unus ex fortunatis hominibus; adversis, unus ex summis viris videbatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, insane, nescis, quantas vires virtus habeat; nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno sua ponit omnia. Cui spes omnis, et ratio et cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihil, quod exploratum habeat permansurum sibi unum diem. Eum tu hominem terreto, si quem

eris nactus, istis mortis aut exsilii minis. Mihi vero quicquid acciderit in tam ingrata civitate, ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti. Quid enim ego laboravi, aut quid egi, aut in quo evigilaverunt curae et cogitationes meae, si quidem nihil peperi tale, nihil consecutus sum, ut eo statu essem, quem neque fortunae temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria? Mortemne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus; an exsilium, ut ab improbis demigrandum sit? Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur; non iis, quorum laus emori non potest: exsilium autem iis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Te miseriae, te aerumnae premunt, qui te beatum, qui florentem putas: tuae te libidines torquent: tu dies noctesque cruciaris, cui nec satis est, quod est, et id ipsum ne non sit diuturnum futurum times: te conscientiae stimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant iudiciorum atque legum: quocunque adspexisti, ut furiae, sic tuae tibi occurrunt iniuriae, quae te respirare non sinunt. Quam ob rem ut improbo et stulto et inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir et fortis et sapiens miser esse non potest. Nec vero, cuius virtus moresque laudandi sunt, eius non laudanda vita est: neque porro fugienda vita, quae laudanda est. Esset autem fugienda, si esset misera.

Quam ob rem quicquid est laudabile, idem et beatum et florens et expetendum videri debet.

Ὅτι αὐτάρκης — πρὸς εὐδαιμονίαν] Abest inscriptio Graeca a Codd. Oxx. E. I. U. η. ψ; Latina etiam ab Ox. ψ. Neque habent Graecam Codd. nostri Crz. 1. 2. 3. Dresdd. quinque, Suerin. Duisb. Veteres Edd. aliquot longe recedunt a veritate: sic Ven. 1492: *οτιαυκαρκηοηευδαιμονιαιπροσαρετην*. Sic etiam Ed. Daventr., nisi quod habet *εὐδαιμονία*. Edd. Paris. s. a. et Hdlb. s. l. et a. nullam habent inscriptionem Graecam. Latinis litteris Ed. Paris. 1507: *Oti autarkes he arete pios eudemoniā*, et Lugd. 1515: *Oti autarkes he arete pios eudemonia*. In Cod. Crz. 1. haec est inscriptio plane singularis: *Dolores non esse formidandos demonstratur*. Crz. 2. habet *nihil ei deesse ad bene vivendum*. Ox. N. habet *bene beateque*, Drsd. 5. *virtus est ei nihil deest*, Drsd. 1. *ad bene vivendum potest*. Drsd. 3. *ad beate vivendum potest*. „Graeca inscriptio est Ciceronis, non item Latina, quae posterioris aetatis hominem redolet.“ Wyttenb.

Ὅτι αὐταρκὴς —] „*Sufficientem* vulgo interpretantur: *καὶ τὴν αὐτάρκειαν sufficientiam:* quam tamen vocem latina puritas respuit. Haec in Platonicis definitionibus sic finitur: *αὐτάρκεια, ἕξις, καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν ἄρχουσιν*. Est quidem haec Zenonis, Chrysippi et Hecatonis sententia. Laërtius: *μόνον τὸ καλὸν εἰδότες ἀγαθὸν, αὐτάρκη τε εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, καθά φησι Ζήνων, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν, καὶ Ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν*. Id probare conantur argumentis ex partibus ad totum ductis: *εἰ γάρ, φησιν, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ μεγαλοψυχία πρὸς τὸ πάντων ὑπεράνω ποιεῖν, ἔστι δὲ μέρος ἀρετῆς, αὐτάρκης ἐστὶ καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, καταφρονοῦσα καὶ τῶν δοκούντων ὀχληρῶν*. Panaetius enim et Posidonius dissentiunt. Sic apud Laërtium sequitur: *Ὁ μέντοι Παναίτιος καὶ Ποσειδώνιος οὐκ αὐτάρκη λέγουσι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ χρείαν εἶναι φασὶ καὶ ὑγείας καὶ ἰσχύος*. Nec Stoici tantum ita sentiunt: nam Academicis quoque hoc placuit. Cicero siquidem ipse in V. Tusculanarum hoc *ἀξίωμα* contra Atticum defendit: et Bruto, cui Cicero haec dicavit, placuit in eo libro, quem de virtutibus ad Ciceronem scripsit. Cicero lib. VI. Epistolarum 1: *Bene sentire*, inquit, *et recte facere satis est ad bene beateque vivendum*. Plato porro multas in hunc sensum habet sententias, sed Christianorum doctrina omnino dissentit, hominem suis praesidiis exuens, *τήν τε αὐτάρκειαν* in solum patrem caelestem ponens. Sic Paulus Corinthiis scribit cap. 9, 8. posterioris epistolae: *δυνα-*

τὸς δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καθὼς γέγραπται, ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι. Probat autem aliam αὐτάρκειαν, qua homo sua sorte contentus est. Sic enim ad Timotheum scribit idem Paulus sub finem epistolae prioris: ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. Et ad Philippenses 4: ἐγὼ, φησι, ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. Xyst. Betuleius. Vid. Diog. Laërt. VII, 127 sq. Ep. ad Tim. I, 6, 6. Philipp. 4, 11. Mr.

Ὅτι αὐτάρκης —] „Non Stoicorum tantum hoc παράδοξον est, sed etiam accedit ad Epicureorum dogma: *qui*, ut ait Cicero in L. Pisonem [18, 42.], *sapientem dicunt, etiamsi in Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suave illud esse, seseque ne tantulum quidem commoveri. Tantam virtutis esse vim voluerunt, ut non posset unquam esse vir bonus non beatus.* Idem paullo post: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginenses, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt, supplicio videtur affectus; nec C. Marius, quem Italia servata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa devicta ab eodem, expulsum et naufragum vidit. Fortunae enim ista tela sunt, non culpae. Supplicium autem est poena peccati.* Aliaque in eam sententiam persequitur. Haec autem disputatio est libri Tusculanarum quaestionum quinti." Frc. Sylv. Est enim inscriptio eius libri ipsa Paradoxi nostri sententia: *Virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam.* Mr.

Nec ego vero] Hoc modo melius putem legendum, ut in Codice antiquo scriptum est, quam quomodo in vulgatis codicibus: *Nec vero ego:* ut sit *vero* adverbium, non coniunctio." Frc. Sylv. Habet eundem verborum ordinem, quem Frc. Sylv. commendat, Cod. Crz. 2. cum Gud. A. Improbat Gernh., nimirum, ne iusto plus tribuatur pronomini: apparere, addit, hoc Paradoxon arctius esse nexum cum superiore. Quod recte monuit. In Codd. Bern. Guelf. nostro Crz. 1. et Ox. E. incipit hoc Parad. *neque vero ego.* Idem cum Crz. 2. scriptum habet *erumpnosum;* mox posterior *unquam esse putavi*, cum Ox. I. In Ox. E. est *erupnosum;* pergit Suerin. *et infelicem.* Mr. — „Par. IV. init. *Ego vero te;* Par. V. init. *Laudetur vero hic.* Hoc idcirco notavimus, quia Sylvius malebat *nec ego vero*, quod habet MS. Voss. N. 10." Borg. „Videtur *aerumna* ortum a Graeco μερίμνη, quod est sollicitudo, cura, quam Cicero Tusc. IV, 5. explicat aegritudinem laboriosam." Wyttenb.

Nec vero] Fingit sibi adversarium pro eo, in quo erat, civitatis statu: et quasi in contentione media transit ad thesim expo-

nendam. Ceterum Paradoxum hoc oritur a superiore, in quo conclusum est, sola animi bona, id est virtutem et honestatem esse vera bona. Qui ita se per philosophiam purgarit, Christiano proximus est. Facc.

Nec vero —] „Ab hac, quam Cicero iam probatum it, sententia nonnulli tamen Stoici discesserunt, veluti Panaetius et Posidonius, qui virtutem quidem necessariam ad beate vivendum statuebant, sed non *αὐταρκῆ*, non se ipsa contentam, sed opus habentem, aliqua in parte, bonis corporis et externis. Ad imitationem huius decreti Plutarchus scripsit libellum contrarii argumenti: *ὅτι αὐτάρκης ἐστὶν ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν*: vitiositatem satis valere per se ad infelicitatem." Wyttenbach. In huius Paradoxi sententiam poetae quoque Latini similia dixerunt. Sic Silius Italicus Punic. XIII, 663: *Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces*; Claudianus De Consul. Fl. Mallii Theodori v. 1—6:

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late
Fortunae secura nitet, nec fustibus ullis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis immotaque cunctis
Casibus ex alta mortalia despicit arce.

Ad Wyttenbachii annot. conf. Diog. Laert. VII. Sect. 128. p. 445 sq. ed. Meibom. Apud eundem etiam scriptorem III. sect. 78. reperies, iam ante Zenonem a Platone in hanc sententiam esse disputatum: *τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη μὲν εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν, ὀργάνων δὲ προςδεῖσθαι τῶν περὶ σῶμα πλεονεκτημάτων, ἰσχύος, ὑγείας, εὐαισθησίας, τῶν ὁμοίων· καὶ τῶν ἐκτὸς, οἷον πλούτου, καὶ εὐγενείας καὶ δόξης· οὐδὲν δὲ ἧττον εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὸν σοφὸν κἂν ταῦτα μὴ παρῇ.* Mr.

M. Regulum] „Quo supplicio M. Attilium Regulum Poeni affecerint, est apud Gellium cap. 4. libri 6. et apud Ciceronem libro de Officiis tertio [c. 26.]." Frc. Sylv. „M. Attilii Reguli casus et ab Historicis et a philosophis, veluti Cic. Tuscc. V, 5. de Finn. III. extr. de Off. III, 29. I, 15. item ab Horatio in egregia illa Ode 5. Lib. III. ita traditur, quasi redux Carthaginem a Carthaginiensibus excarnificatus periisset: quod falsum et a Romanis scriptoribus in Poenos devictos maledicis ementitum esse ostendit Palmerius in Exercitatt. ad Graecos Auctt. p. 150." Wyttenb. Add. de Regulo Valer. Max. I, 1, ext. 1. IX, 2, ext. 1. Sil. Ital. VI, 539. *Orellii* Onomast. Cic. II, p. 86. b. Mr.

M. Regulum] Hoc ipsum exemplum affert in l. 5. de Finn. c. 28. ubi contendit, virtutem ad beate vivendum sibi sufficere. Facc.

cruciabatur] Est *excruciabatur* in Codd. Ox. E. Gud. A. Edd. Crat. Grut. Oliv. Verb. Ern. Bip. Wetz. Schz. Borg. Nobb. Neque composito usus est Cicero in enarranda eadem re de Finn. II, 20, 65: *Quem quidem* [Regulum], *quum sua voluntate, nulla vi coactus, praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria Karthaginem revertisset, tum ipsum, quum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium.* Laudat etiam Gernh. locum nostri Paradoxi §. 18, ubi est: *Tu dies noctesque cruciaris.* In seqq. Cod. Ox. E. habet *et non constantia.* Cod. Gud. A. omittit *ulla.* Drsd. 1. habet *ipse animus.* Ad verba confert Borg. Cic. pro Balbo 5: *Hunc — gravitate, virtute, constantia praeditum;* pro Reg. Deiot. 6: *Cui porro — Deiotari integritas, virtus, fides non audita est?* Phil. III, 5. V, 1. de Finn. III, 22: *Quam gravis, quam magnifica, quam constans;* Phil. III, 10: *magno animo et constanti.* Mr.

tot virtutum praesidio] Addunt, quatuor exceptis, *munitus* Codd. Aldi Man. omnes, Oxx. E. I. U. η. ψ. Suerin. Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. 5. Edd. Vet. ap. Meus. Ven. 1492. 1514. Par. s. a. Dav. 1515. Hdlb. (s. l. et a. Par. 1507. 1512. 1543. Aldinae tres, Crat. Manut. Magnol. Herw. Camer. Asc. 1511. Sed glossam esse illud *munitus* non modo id significat, quod abest a reliquis, sed quod est in uno Vossiano Borgersii *praesidio fultus*, in Crz. 2. *praesidio septus.* Quod autem h. l. *septus* post *praesidio* inculcatur in Cod. Crz. 2., idem in libris scriptis et editis, quos nominavi, fere omnibus, additur paullo post, scribiturque *tantoque comitatu virtutis septus:* quare eos libros non iterum enarrabimus, nisi qui ab hac scriptione discedunt. Sic unus Aldi Man. non habet *septus* (v. *saeptus*); duo habent *tantoque conatu comitatuque virtutum saeptus*, et cum Drsd. 5. sic etiam Edd. Mediol. 1514. Daventr. 1515: Argent. 1515. *virtutis septus*, cum Paris. s. a. Med. 1492. Hdlb. (s. l. et a.) Par. 1512. 1543. 1507.; Asc. 1511. omittit *virtutum* (v. *virtutis*) cum Lamb. Colon. et Codd. Drsd. 1. 2. 3. 4. Crz. 3. Ed. Cratand. exhibet *comitatu virtutis septus*, sed in marg. aliam glossam *praeditus*, Lugd. 1515. *com. virtutis ceptus*, Ald. 1552. et Manut. H. Wolf. Goth. Lambb. *tantoque comitatu circumseptus.* Cod. Duisb. *tanto comitatum, cum —;* Suerin. *tantoque septus;* Ox. E. *comitatu septus*, Ox. I. *comitatu circumscriptus virtutum;* Crz. 1. *tantoque comitatur virtutum septus.* Mr.

praesidio] In vulgatis leg. *praesidio munitus.* Sed contra MSS. codicum fidem. Facc.

comitatu] Alii quidam addiderunt *virtutis septus.* Vox prima

nullum locum habet, secunda et habere potest, et in multis invenitur codicibus, non tamen necessaria est. Facc.

tot virtutum praesidio] „In nullo Codice vetere *munitus* reperitur. [Vidimus, complures ex nostris habere eam glossam:] quin etiam *saeptus*, quod paullo post sequitur, abest a plerisque." Lambin. — „Cum hic quidam libri *septus*, alii *munitus*, alii aliud haberent, et in duobus vetustissimis nihil horum legeretur, iudicavi sic esse locutum Ciceronem, ut superiore libro: *quamquam miror, illa superbia et importunitate si quemquam habere potuit.* Et in II. Philipp. *his igitur maioribus:* ubi vulgo *orti* additum est contra veteres codices." C. Langius. Quem superiorem librum appellat, est Laelius, ubi quae laudat, leguntur c. 15, 54. — „Recte Gruterus has voces (*munitus* et *virtutis septus*) delevit in editione sua, nec conspiciuntur in Pithoeano." Graev. — Vere monet Borg., errorem repetendum videri ex loco Parad. IV, 1. prc. *Sapientis animus — virtutibus denique omnibus, ut moenibus, septus.* Ablativi sunt absoluti, quos cum non intelligerent interpretes, vocibus supervacaneis auxerunt Ciceronem. Mr.

cum corpus eius caperetur, capi —] „Sic omnes mei." Ald. Manut. — Frc. Sylvius, qui legebat *carperetur*, *carpi*, ad h. l. haec annotavit: „i. e. cruciaretur et laceraretur: sed addit: „In Cod. antiquo male etiam scriptum non est: *cum corpus eius caperetur, capi certe ipse non potuit.*" Idem ad antecedentia: „Ex more Stoicorum loquitur, qui virtutes coniunctas inter se dicunt, et, ut ita dicam concatenatas, ut nullam quisquam habere possit, quin habeat reliquas." Existimabat idem, cum legeret cum aliis *comitatu virtutis septus*, vidissetque vocem *virtutis*, abesse a Cod. antiquo, eam supervacaneam esse: nec vero vidit, illud *septus* non minus esse reprobandum. — „In plerisque Codd. legitur *carperetur, carpi*: id quod factum putarim ab ineptulo aliquo, qui ad solum supplicium respexerit: ideo fortasse, quod supra legisset a Poenis Reguli non cruciari magnanimitatem. At sciolus iste non intellexit, Ciceronem a praecedentibus argumentari. Animus, inquit, Reguli non fuit captus, cruciatus ergo non fuit. At cur non captus? Quia, inquit, tot erat virtutum praesidio munitus, tantoque comitatu virtutis septus. Rursus hic non vidit locum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου. Germana igitur lectio est *caperetur*, *capi* —, cuius adhuc exstat in meo quodam vetustissimo exemplari testimonium. Praeterea locus hic ex primo Officiorum [13, 39.] eum ut sequamur, nos etiam impellit: *Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda: ut primo Punico bello Regulus captus a Poenis cum de captivis com-*

mutandis Romam missus esset, iurassetque se rediturum, primum ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit: deinde cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere." Morisot. „Placet mihi Morisoti lectio, ὅταν ἐκείνου σῶμα αἰχμαλωτίζηται et huic rei confirmandae serviet Paradoxum quintum, ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι. Quod congruit cum doctrina Christiana, quae ut corporis servitutem non aufert, ita Paulus etiam in ipsis vinculis liber fuit." Xyst. Betuleius „*Caperetur, capi* et Pithoeanus et alii codices plurimi." Graev. Pro nostra lectione laudat Borg. Cic. Or. I, 52: *Virtus et semper et sola libera est, quae — etiamsi corpora capta sint armis aut constricta vinculis, tamen — libertatem tenere debeat.* De Finn. III, 22: *Sapientis corpus etiamsi constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possunt.* Wyttenbachio non displicebat *carperetur, carpi*, nimirum, quia magis cum antecedente *cruciabatur* congruat. Mihi librorum lectio tantum non omnium praeferenda visa est. *Carperetur, carpi* legi ait Or. in Edd. Cr. et Lang. Nos reperimus etiam in Ald. 1548. Boul. (sed hae in marg. habent nostram lectionem) Ald. 1517. Par. 1553. In Ed. Asc. 1511. est *carperetur, capi;* in Par. s. a. *caperetur, carpi*: et sic etiam Codd. Suerin. et Drsd. 1. Legitur post haec *ipse certe* in Codd. Gud. A. Drsd. 1. 3. Crz. 2; In Drsd. 2. 4: abest *ipse.* Vox *eius* deest in Ox. E; in Drsd. 1. *valuit* scribitur pro *potuit.* Mr. „*Ipse* i. e. animus Reguli. Sic philosophum Anaxarchum accepimus, cum a Tyranno Nicocreonte torqueretur, dixisse: *Tunde, tunde Anaxarchi sacculum, Anaxarchum nihil tundis.*" Frc. Sylv. Cf. Tuscc. II, 22. de N. D. III, 33. Ad *capi* annotat (nimirum ne *carpi* scribas) Facciol.: „Utitur hoc verbo, a quo est *captivus.*"

C. vero Marium vidimus,] „Plutarchus, et Valerius, et Cicero in Pisonem et post red. ad Quirit." Ald. Man. Intellige Plutarchum in Vita Marii, Valerium Maximum passim, in primis VI, 9, 14. VIII, 2, 2. VIII, 15, 7. Locos Ciceronis collectos habes apud Orellium Onomast. Cic. II, p. 384—386. Locus in Or. in Pis. est c. 9 et c. 19. in Or. post Red. ad Quir. c. 3. et c. 8. His locis cum cumulate satisfactum sit iis, qui in memoriam redire cupiunt rerum gestarum Marii, longa Francisci Sylvii de eo annotatione omissa breviorem addo huc facientem Xysti Betuleii: „Non facile est dictu, utrum Marius aerumnis pluribus an rebus egregie fortiterque gestis clarior fuerit. Superat tamen virtus tantum, ut ex his felicior, quam ex illis aerumnosior dici possit: usque adeo aerumna felicitatem ex virtutibus natam non exstinguit, imo ne obliterat quidem.

Miser videri poterat, cum Syllae arma victricia fugeret: at felicissima maiestas, quae Cimbrum a nece deterruit. Felicitas in aerumnis apparuit, cum aedibus ipsius direptioni propositis, sacrosancta ipsius maiestas vulgi furorem deterruit. Quid? quod gemina laurus senectutem eius ex aerumnis ereptam, multo maiori eum gloria coronavit, quam fuerat ante, calamitate intestina pressus. Confessus tamen ipse Marius est se miserum esse, ut Cic. Or. p. red. ad Quir. [8, 20] testatur." Mr.

vidimus,] „Sc. de Regulo tantum fama acceperat: Marium ipse viderat." Ern. „Vidit eum Cicero, qui sub eo militavit bello Marsico adolescens duodeviginti annorum: de Regulo audiverat aut legerat." Wytt. Ad locutionem cf. Cic. Or. pro Scauro Fragmm. p. 1132. ed. Ern.: *Illa audivimus: hoc vero meminimus ac paene vidimus.* Pro Sest. 22: *Memineram, iudices, divinum illum virum atque ex iisdem, quibus nos radicibus natum ad salutem imperii huius, C. Marium.* Mr.

qui mihi secundis rebus unus ex fortunatis — adversis, unus ex summis viris videbatur:] „*Mihi* deletum est in uno meo." — „*Fortissimis*, unus." — „*Fortunatis, omnibus in adversis* etc. unus." Ald. Man. Idem ad v. *in adversis* explicanda addit: „quas constantissime pertulit:" et ad v. *ex summis viris:* „Recte *vir* in perferendis adversis. Cicero in Bruto: [c. 71.] *Vidi Mitylenis virum, et vidi plane virum.*" „*Adversis* (sine *in*) Pith. MS. et Ed. Lang." Graev. Ad usum vocis *homo* et *vir*, de eodem, in scholis laudavit Wyttenbachius Bibliothecae Criticae partem VIII et XII. Sunt hi loci p. 80. et p. 62 sq. ubi plura reperies collecta. Idem ad v. *ex summis viris* haec: „beata vita s. summum bonum hac in re magnam partem posita est, ut in utraque fortuna constantiam servemus, nec secunda tollamur, nec adversa deprimamur. Beatitudo autem proficiscitur a virtute, virtus autem Graecis definitur ἀκρότης, summitas, i. e. summus gradus perfectionis animi. Itaque vir summus Romanis dicitur vir omni virtute cumulatus, Graece ἀκρός: Liv. 45, 8. et nostra annot. ad Plutarch. in Consol. ad Apollon. p. 103. Hinc et quod in alto est, quod summum est, supra fortunam erectum censetur, et ipse Iupiter cognominatur ὑψιμέδων. Ergo minus Latine vir summus hodie nominatur aliquis eruditior." Mr.

qui mihi secundis rebus cet.] Pro *mihi* est *nihil* in Cod. Crz. 3. Scribitur *in secundis rebus* in Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 3. 4. 5. Suerin. Gud. A. Duisb. Guelf. Vocem *mihi* omittunt Codd. Suerin. Drsd. Habent *secundis in rebus* Oxx. sex (praeter ψ., qui exhibet *ex rebus*, omnes) cum Manutianis, et Edd. pleraeque: omittunt *in* Edd. Lang. Graev. Ed. prc. 1465. Huberi, Gernh. et Or. Et Or.

quidem ad *secundis rebus* addit: scil. civitatis, ad *adversis*: sc. propriis; ad structuram cum praepositionibus: „sed, quum per se intelligatur, eum, qui ipse in secundis rebus sit, esse fortunatum; si praepositionem utrobique retineas, legendum erit cum Bern. Bas. *ex fortunatissimis*, quia sane maior fortunae gradus accedere potest.“ Recte monet Beierus ad Lael. 16, 54. (ad v. *illa superbia*) esse ablativum absolutum. Habent etiam Oxx. I. N. Drsd. 1. 3. *ex fortunatissimis*. Mr.

adversis.] *In adversis* habent Codd. MSS. et Edd. fere omnes: nos cum paucis Codd. (Pith. Crz. 2. 3.) Edd. Graev. Gern. Or.; ex quibus, ad Orellii sententiam recte monet Gernh., absente praepositione cogitari: dum res erant secundae vel adversae; *secundis in rebus* esse: cuius res erant secundae: laudatque Auct. ad Herenn. IV, 16, 24: ubi est: *Errant qui in prosperis rebus omnes impetus fortunae se putant fugisse. Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant.* In Cod. Crz. 2. post *viris* desunt verba *videbatur* usque ad *vires*: oculis librarii a *viris* ad *vires* aberrantibus; sed errore animadverso supra lineam addita sunt. In Crz. 1. Drsd. 5. est *summis videbatur viris*, Pergit Crz. 1. cum Drsd. 5. *quo beatius nihil esse mortali potest*. Drsd. 1. 3. Crz. 2. *quo beatius mortali nihil esse potest*; Drsd. 2. Ox. E. η. *mortalibus nihil*, Drsd. 4.: *nihil mortalium esse*. Ox. ψ. omittit *mortali*. Gud. A. habet *nichil potest esse mortali*. Ad v. *esse* Ald. Man. annotavit: i. e. contingere. Mr.

Nescis, insane, nescis,] „Ad Antonium hoc refertur, in quem tota oratione invehit.“ Ald. Man. „Ad Antonium referunt nonnulli. Sed cum in communes locos haec Paradoxa coniecerit Cicero, veri similius est, sermonem infinitum esse, id est ad nullam certam personam et definitam directum, sed ad quemlibet.“ Frc. Sylv. „Finita quaestio est: in Antonium invehitur tota.“ Xyst. Betul. „Antonium intelligit, aut Clodium fortasse, quamvis olim caesum, ut et Crassum. Quos enim vivos non potuit, mortuos ulciscitur. Nam in hoc libello adeo Stoico vel maxime affectibus indulsisse videtur Cicero, quos illi penitus resecant.“ Hier. Wolf. In Antonio plurimorum hodie quoque interpretum sententiae conveniunt: quae etiam glossatorum coniecturas in verba Ciceronis contexta intrusit. Est enim in Cod. Crz. 1: *nescis o marce anthoni nescis*, quamquam altera manus nomen (*m. a.*) expunxit; Oxx. E. ψ. *insane o Marce Antoni*, Ox. I. *insane M. Antonii*; Drsd. 4: *o insane, o Antoni*. Gud. A. *insane o antoni*. Sed Drsd. 1. et 3. *nescitis insani nescitis*. Quod autem ait Gernh. Sylvium et Betu-

leium repudiavisse nomen Antonii, id quo modo factum sit, ex eorum annotationibus apparet, quas exhibuimus. Mr.

quantas vires virtus habeat,] Cod. Crz. 2. inverso ordine *habeat virtus;* Gud. A. *quantas habeat virtus vires.* Pergit Drsd. 5. ita, ut tertium repetat verbum *nescis*: quod nemo probabit. Tum Gud. A. omittit *tantum;* eius loco habent *tamen* Codd. Oxx. Drsd. 2. η. ψ. Crz. 1. 2; sed in Crz. 1. supra lin. correctum est; Drsd. 1. *nomen virtutis tantum usque usurpatis;* Drsd. 3. *nomen tantum usque usurpas.* Ox. E. *usurpans;* Ed. Par. s. a. *virtutis tantum,* Crz. 1. *quid valeat ipsa;* Drsd. 4. *ignoratis.* Ad verba confert Borg. Cic. pro Sest. 28: *Ignari — quid — virtus valeret;* in Pison. 32: *habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti.* Adde Horat. Ep. I, 6, 31 sq.: *Virtutem verba putas, et lucum ligna:* ad quem locum Orellius laudat ultima Bruti verba apud Dionem Cass. 47, 49: *ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν· σὺ δ' ἐδούλευες τύχῃ.* Mr.

Nemo potest non beatissimus esse,] Habent *beatus* Codd. Crz. 1. Drsd. 2. 5. Suerin. et Oxx., excepto N., omnes. Vocem *totus* omittunt Codd. Crz. 2. Gud. A. Scribitur *aptus totus* in Dresd. 1. 4; in Ox. E. *captus totus.* Ox. U. *se*, pro *sese.* Ad haec Frc. Sylv.: „*Aptus* i. e. colligatus et prudens. *Apere* enim pro eo, quod est colligare et comprehendere veteres dixerunt. *Ex sese*, i. e. ex animo suo.“ — „Est hoc scitum Stoicorum tritissimum: *Sapientis felicitatem pendere ab ipso, non a rebus externis et fortuitu, eumque in se omnia posita habere.* M. Antonin. lib. II: *τοῖς μὲν καθ' ἀλήθειαν κακοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο* [*οἱ θεοί.* Locus est §. 11. Ed. Glasg. p. 13.]. Quod non hoc tantum loco Cicero praecipit, sed et in Tusculana V. [12, 36:] *Cui viro ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est; — — quod semper in se ipso omnem spem reponet sui.* Et ante, in eodem libro [V, 10.]: *Clarissima voce profiteri* (sapientem), *se neque fortunae impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, neque paupertate terreri omniaque sibi in sese esse posita, neque esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis.* Idem lib. V. ad Famm. 13: *Quam laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi rationes suspensas habere.* Vide et lib. I. ep. 5. Epicteti Enchiridion 1, 2, 3.“ Graev. „*Aptus ex sese*, i. e. a se ipso pendens. Est enim *aptus* ut *ἁπτὸς*, *alligatus; ex sese*, i. e. non aliunde. Hunc autem locum Cicero expressit ex

Platonis Menexeno, i. e. funebri oratione, p. 408. [p. 247. extr. Steph.; p. 402. P. II, 3. Bekker.; T. V. p. 302. Bip.]. *Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τἀκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν κ. τ. λ.* nam totus locus Tuscc. V, 12. ex Graecis ad verbum conversus est. [Vid. ed. nostr. T. III. p. 75 sq. ibiq. annott. nostr. Mr.] eumque aliis etiam in libris imitatus est: quos quidem locos Graevius annotavit, nec tamen fontem Platonis ostendit." Wyttenbach. Add. Gernhard. ad Cic. de Off. I, 18, 60. p. 72. Parad. V, 1: *Cuius omnia consilia resque omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur eodemque feruntur.* Mr.

aptus ex sese] cui ex se ipso apta et iuncta omnia, qui non habet extrinsecus suspensas vivendi rationes, ut alibi loquitur. Hic autem unus virtute praeditus dici potest, et, quod consequitur, *αὐτάρκης*. Facc.

quique in se uno sua ponit omnia.] Cod. Crz. 3. *qui in se uno;* Crz. 1. *quive ponit in se uno omnia sua in se:* sed repetitum *in se* ab al. m. expunctum est, Crz. 2. *quique in se uno ponit omnia sua*, cum Drsd. 5.; Suerin. *ponit sua omnia.* Mr.

Cuius autem spes omnis] „*Cui vero spes omnis*, tres. *Cui spes omnis*, tredecim. *Cuius spes omnis*, tres. *Cui quae spes omnis*, unus. male." Ald. Man. Est in Crz. 3. *cui autem spes*, in Ox. I. *cuique spes*, in Ox. η. ψ. Drsd. 2. *cui vero spes*, Drsd. 4. *cui vero omnis spes*, cum Gud. B. in Gud. A. *Cui spes animi.* Nostram lectionem, qua omittuntur particulae, cum tredecim Aldi, habent Codd. Oxx. quatuor reliqui, Crz. 1. 2. Duisb. Suerin. et Edd. Vict. Rob. Steph. Suffr. Petr. Grut. et (excepto Facciol. qui habet *cuius autem spes*, cum vett. aliquot) seqq. Paucae, Asc. 1511. Paris. s. a. Lamb. Colon. 1576. habent *cui vero omnes*, aliae cum Facc. habent *cuius autem spes omnis*, ut Car. Steph. Ald. 1552. Lambb. Goth. Sylb. H. Wolf. qui vir plerumque aliud quid in lemmate annotationis habet (h. l. *cui*) quam in contextis; reliqui omnes habent *cui autem spes omnis.* Verba *et ratio* desunt in Drsd. 4. 5. Sed, ut nostro loco, tria haec iunxit substantiva Cic. in Or. pro Planc. 23: *alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitavit.* Gud. A. *ex fortuna pendet.* Ox. ψ. in seqq. *pendet et fortuna.* Ed. Th. Bentleii post *fortuna* pergit: *cui nihil — diem; eum tu hominem* etc. Tum Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 3. *huic nihil potest esse certum.* Mr.

nihil, quo exploratum habeat —] „Est a duobus Pall. sententia tam expedita, ut de eius veritate verbum facere supervacaneum

sit. Editi *nihilque quod exploratum habeat permansurum sibi, ne unum quidem diem.*" Gruter. Edidit Graev. *nihil, quod* —, quamquam etiam in Cod. Pith. reperit *quo.* Sententiam enim postulare ait, ut cum vulgatis *quod* retineatur, cum hoc velit Cicero: nihil quod permansurum sibi diem unum exploratum habeat. Facciolatus, qui in ed. prima quae prodiit Patavii 1720, ediderat cum Edd. plerisque vett., *nihilque quod* —, in ed. sec. (Venet. 1747.) Gruterum secutus est, quamquam sibi probari eam significat, quam praetulit Graevius. Gruterum secutus est Verburg. Etiam in seqq. Facc. recepit illud *ne unum quidem diem* in Ed. pr., in altera abjecit *ne — quidem.* Mr.

nihil, quod exploratum habeat permansurum sibi unum diem.] Ad v. *permansurum* annotat Ald. Man.: „Incerta et instabilia fortunae bona." Idem se in uno libro reperisse ait *sibi diem unum;* octo habere *sibi unum diem;* quattuor: *sibi ne unum quidem diem;* tres: *unum diem sibi;* duo: *sibi quidem diem.* Illud *nihilque, quod* habent Codd. Ox. I. Crz. 3. Drsd. 1. Ed. prc. Mog. 1465. Ed. ap. Meus. Crat. Magnol. Manut. Lamb. Suffr. Petri, Ven. 1492. 1514. Colon. 1576. Hdlb. (s. l. et a.) Lugd. Arg. 1515. Par. s. l. 1507. 1512. 1543. H. Wolf. Asc. 1511. Ald. 1517. 1552. 1548. Cam. Herw. Boul. Sylb. Lambb. Goth. Car. Steph. In Cod. Gud. est *nihil est quod*, in Crz. 1. *nihil habet quo exploratum habeat permansurum sibi per unum diem;* Crz. 2. *certum, nihil exploratum, qui habeat permansurum sibi unum diem.* Dresd. 1. 3. *diem unum.* Habent *sibi quidem unum diem* Ed. ap. Meus. Edd. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Hdlb. s. l. et a. Arg. 1515; *sibi quidem ne unum diem* Edd. Crat. et Ald. 1517; *sibi diem unum* Ed. Asc. 1511.; *sibi nec unum diem* Edd. Lamb. et Colon; *sibi ne unum quidem diem* Edd. Ald. 1548. 1552. Man. Boul. Suff. Petr. Sturm. H. Wolf. Sylb. Par. 1543. Herw. Cam. Reliqui libri nobiscum faciunt, eamque lectionem etiam se in uno Cod. reperisse ait Frc. Sylvius. Ad verba confert Borg. Cic. de Finn. II, 28: *An id exploratum cuiquam potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum sed ad vesperum?* coll. pro Caecin. 25. de Sen. 19. Ego quidem, si in hac huius loci lectionum varietate coniecturae locus esset, malim scriptum: *vel unum diem:* qualis est locus de Or. II, 27: *Haec sunt omnia ingenii vel mediocris:* cuius multi apud Ciceronem sunt similes. Mr.

Eum tu hominem ferreto,] Ad *eum* Ald. Man. intelligit: „qui a fortuna pendet." Pro *eum* Ox. E. habet *etenim.* Crz. 1. habet *territo;* Crz. 2. *eum tu terreto hominem.* Drsd. 1. *vi quem nactus eris.* Gud. A. *nactus sis.* Ad v. *terreto* Wytt. haec:

„Pergit in apostrophe in adversarium; quem fingit esse P. Clodium, a quo in exilium pulsus erat.“ Ad verbum confert Borg. Cic. de Or. III, 1: *An tu me — existimas posse terreri?* In seqq. pro *istis* habent *istius* Oxx. E. I. σ. ψ. Crz. 1. Drsd. 2. 4. Gud. B. In Drsd. 1. 3. 5. Ox. U. η. est *istiusmodi*, et sic Edd. Crat. Man. Magn. Lamb. Colon. et omnes nostrae veteres ante Graevium, exceptis Vict. Rob. Steph. Suffr. Petri itemque Ed. prc. 1565: sed ita differunt, ut in prioribus, ante Aldum, iungantur verba *istiusmodi — minis:* in posterioribus autem haec: *si quem eris nactus eiusmodi.* Solus Suerin. habet *huiusmodi morte;* solus item Duisb. *aut mortis*, omisso *istis.* Verbis *mortis aut exilii* explicandis addit Ald. Man. nomina Reguli et Marii. Ad v. *si quem eris nactus* laudat Borg. Cic. pro Mil. 12: *Ut praeclarum videlicet munus — ad aliquem, si nactus eris, qui tuo arbitrio — gereret, deferre posses;* et ad sequentia Phil. III, 9: *Quid autem attinuerit — e senatu vi et minis mortis expellere?* Ad rem et sententiam cf. Tuscc. I, 43, 102: *Cyrenaeo Theodoro cum Lysimachus rex crucem minaretur, Istis, quaeso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat.* Ad quem locum vid. Davisii et nostram annot. p. 351 sq. — „Ex hoc ego loco colligo, Paradoxa post Philippicas fuisse scripta propter quas Antonius Ciceroni necem minatus est, et tandem etiam occasionem nactus intulit.“ Xyst. Betul. Quod vero dixit *mortis aut exilii*, neque inverso ordine *exilii aut mortis*, in eo figura orationis usus est, quae dicitur κλίμαξ. Civi enim Romano exilium morte gravius est, ut est in Or. post red. in sen. 14, 34; et ipse Cicero in Or. pro Sest. 21, 47. *Aut ego, dixit, illas res tantas, in tanta improborum multitudine, quum gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabantur?* Mr.

istiusmodi, mortis] Al. *istis mortis* etc. Quae lectio Criticis recentioribus magis placet. Facc.

Mihi vero quicquid acciderit) Ox. η. omittit *vero:* quod si abesset a pluribus iisque melioribus libris, ego quoque delevissem, cum sono significari possit sententia priori opposita. Pro *quicquid* in Crz. 2. scripturae compendium est, ut legere possis *quidquam* vel *quidque.* Idem pergit *acciderit ingrati in tanta civitate.* In Crz. 1. prima manus comisit *in*, altera addidit. Pergunt Oxx. E. U. ψ. Crz. 1. 2. Drsd. 5. *nec recusanti quidem.* Mr.

ingrata civitate,] „Ingratam *civitatem* dicens significat patriam Romam. Nam civitas saepe pro patria ponitur. Erat autem ingrata adversus Ciceronem, quod commisisset, ut civis optimus a malo cive, P. Clodio, in exsilium ageretur.“ Wyttenb. Ad sententiam

cf. Or. pro Mil. 30: *Populi grati est praemiis afficere bene meritos de re publica cives. Viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse poeniteat.* Mr.

non modo repugnanti.] „Pro *nedum.* Sic et locutus est in Epist. ad Lentulum Fam. Lib. I. ubi vide patris Commentarium. Sic est et in duobus, et in uno doctissimi viri, Caroli Sigonii.“ Ald. Manut.

ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti] „Alterum *non* male excidit in ed. Gronoviana.“ Ern. Excidit item in Ox. U. et consulto quidem omissum in Ed. utraque Facciolati, itemque in Edd. Verburg. et Oliveti. Abesse etiam volebat Censor quidam Jenensis 1820. N. 152. editionis Paradoxorum Gernhardianae. Verum vidit Beneckius in Ed. Orat. Ciceron. de Imperio Pompeii p. 83 sq. Cum illo censore facit quodammodo I. S. Rosenheyn in Comment. De Particula *non modo* pro *non modo non* posita (Seebod. N. Archiv f. Philol. u. Paedag. II, 2, p. 88.), quamquam proxime ad veritatem accessit, dicens, si alterum *non* retinere velis, referas necesse esse non ad *evenerit*, sed ad *repugnanti*, i. e. ei, qui non repugnat. Krügerus etiam, in egregia ceteroqui Grammatica Latina (T. II. p. 727.)posteaquam recte exposuit regulam, nostrum tamen locum in iis laudat, quibus *non modo* ponatur pro *non modo non.* Erroris causa haec est: reputabant viri docti, cum verum sit, alterum *non* omitti, quando unum Verbum commune sit utrique enuntiato: nostro loco, quo utrumque habeat unum Verbum *(evenerit)*, sufficere *non modo.* Quod secus est. Non enim Verbum *evenerit* ad utrumque enuntiatum pertinet, sed sunt re vera duo verba, cum structura ita sit intelligenda: *Mihi quicquid acciderit, evenerit ita, ut non modo non repugnem, sed ne recusem quidem.* Nunc adde etiam I. N. Madvigii Gramm. Lat. §. 471. q. 428. annot. 1. coll. p. 427. b. (a). Similis est locus, quod ad enuntiatorum collocationem, ad Att. 14, 19: *Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere.* Quem locum laudavit Gernhardus. Mr.

ne recusanti quidem —, non modo non repugnanti] „i. e. quo minus eiusmodi in me incidat calamitas, non modo non repugnabo, sed ne recusabo quidem. Nam Cicero quum posset repugnare, quum XX millia equitum se pro eo dimicaturos professi essent, maluit sponte in exilium ire, nec recusare, quam, repugnando et civium sanguine fundendo, statum in patria retinere.“ Wyttenb.

quid enim ego laboravi] *Ego* abest ab Ox. I. et Gud. A. In Crz. 1. est *elaboravi,* in Gud. B. *labavi.* Mox Crz. 1. *aut in quo laboraverunt,* cum Ox. U.; Drsd. 1. *elaborat curae,*

Drsd. 3. 5. *elaboraverunt curae*, Gud. B. cum tribus Ald. omittit *aut;* Ox. E. habet *evigilarunt*, Crz. 2. *vigilaverunt*. Illud, *evigilarunt*, habent etiam Edd. Vict. Rob. Steph. et Cod. Drsd. 2. In Drsd. 4: est *violaverunt* Bas. et Crz. 1. *curae meae et cogitationes*. Ald. Manut. ad h. l. haec: „*Evigilaverunt*, duo. *Evigilarunt*, octo. *Vigilavere*, unus. *Elaboraverunt*, tres; tres *vigilaverunt; elaboravere*, unus." *Aut* omissum est etiam in Ed. Bentl. annotavit Gernh. in Add. — Ad locutionem confert Borg. Cic. in Verr. Act. I, 2: *Quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum.* Parad. IV, 1. *meas curas, vigilias, consilia:* coll. pro Arch. 11. Verr. V, 72. extr. Pro Coel. 19. Phil. IV, 6. pro Dom. 57. Mr.

si quidem nihil peperi tale,] Cod. Crz. 2. *si quidem nihil tale peperi*, cum Drsd. 4. 5; *reperi*, Cod. Cr. 2., omisso *tale*. Pergunt Oxx. E. η. *nihilque tale*. Suerin. Ox. I. Gud. A. B. *ut in eo statu;* Crz. 2. *ut eo essem statu*. Illud *ut in eo statu* habent etiam Edd. Crat. Man. Magn. Car. Steph. H. Wolf. Ald. 1517. 1552. Herw. Camer. Sola Ed. Paris. 1507. habet *peperit* pro *peperi*. Mox Gud. A. et Drsd. 4. *temeritas fortunae;* Crz. 1. *neque fortuna neque temeritas inimicorum*. Sed altera manus correxit scriptionem prioris. Codd. Bern. et Ox. E. habent *nec inimicorum;* Drsd. 5. *labefaccari* (sic) *iniuria possit*. Commode confert Borg. Cic. de Amic. 6: *Posita non tam in nostris consiliis, quam in fortunae temeritate;* pro reg. Deiot. 13: *Magno animo et erecto est, nec unquam succumbet inimicis, ne fortunae quidem.* Mr.

Mortemne mihi minitaris,] Cod. Crz. 2. *Mortem ne mihi imitaris*. Crz. 1. *Mortem ne mihi minaris* (supra lin. est glossa: *o clodi*). Suerin. *mortem mihine minitare*. Gud. A. omittit *mihi:* et statim vocem *omnino*. Gud. B. Ox. E. ψ. Drsd. 2. pergunt *omnino ab omnibus*, quod enotavit etiam Ald. Man. e Codd. sex suis, idque probatum, ut refert Gernh., a Bentleio vix quemquam commoverit, ut ei adstipulari velit. Cod. Suerin. habet *ut omnino omnibus*. Mox Cod. Drsd. 3. Ox. ψ. *aut exilium*. Mr.

Mortemne — an exilium] „Sunt hae duae ex pluribus, quae vulgo habentur, vitae humanae calamitatibus, contra quas animum consolari debet philosophia; itaque Cicero fecit: contra mortis timorem consolatus est Tuscc. I, contra exilium Tuscc. V, 37 sqq. De *Exilio* autem egregius exstat liber Plutarchi, et aliorum philosophorum excerpta in Stobaei Florilegio." Wyttenb. Loci a Stobaeo collecti sunt in Ed. Gesneri Wecheliana (Francof. 1581. f. m.) p. 553—561. Serm. 158; in Ed. Aureliae Allobr. (1609. f. m.) p. 230—237. Serm. 38. Ad sententiam conferri potest Or. Catil.

IV, 2, 3: *Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti.* Mr.

Mors terribilis est iis, quorum —] „Id est, qui nihil unquam in vita gesserunt, quod apud posteritatem ulla laude dignum esset, quorum memoria, ut dici solet, perit cum sonitu. Ea autem laus apud posteritatem permansura virtute paratur. Unde est illud Virgilii lib. Aeneid. X, 467—469:

— — — *Breve et irreparabile tempus*
Omnibus est vitae: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus." — — — Frc. Sylvius.

„Nimirum iis est mors terribilis, qui vitam silentio transeunt, veluti pecora, ut ait Sallustius. [Catil. 1.]." Graevius. — Codd. Gud. A. Crz. 2. habent *mors est terribilis.* Pro *iis* multi libri et scripti et editi habent *his.* Cod. Duisb. *mors terribilis? sed iis, quorum;* Sucrin. *est illis.* In Ox. σ. desunt verba inde a *mors* usque ad *non potest:* alia autem manus in marg. adscripsit: *mors terribilis his, quorum laus emori non potest.* In Ed. prc. 1465. Vict. Rob. Steph. legitur: *ut ab improbis demigrandum? Sit mors terribilis iis,* —. Or. qui in Manutiana reperisset: *mors terribilis est iis, quorum laus emori potest,* addens se nescire, quo errore. Ego eius causam deprehendi, cum in quatuor libris hunc locum simili modo corruptum vidissem. Casu enim cum factum esset, ut librarii alicuius oculus a priore *quorum* ad posterius aberraret, ideoque linea integra excideret, factum est, ut inepta haec sententia exiret: *mors terribilis est iis, quorum laus emori non* potest: eamque supra ex margine Cod. Ox. σ. enotavimus et totidem verbis legimus in Ed. nostra Aldina a. 1552. Quo errore conspecto cum corrector non librum inspexisset MS., unde exscriptus esset novus, expungendum censuit illud *non,* quod sententiam videretur turbare: vere enim poterat scripsisse Cicero, iis terribilem esse mortem posse, quorum laus possit emori. Quare cum Manutiana anni 1555. exprimeretur ad exemplar editionis Aldinae anni 1552: huius editionis *non* abiectum est, scriptumque *quorum laus emori potest.* Hieron. autem Wolfius, qui Ciceronis verba descripta ad Ed. a. 1555. edi iussit, item, neque Codicibus inspectis neque Edd. vett., edidit: *mors terribilis est iis, quorum laus emori potest.* Ad sententiam et ad verba confer cum Borg. Cic. pro Archia 12: *aut nobiscum simul moritura omnia arbitremur?* — Quod ex Eybii excerptis enotatus est inversus verborum ordo: *emori laus,* id vix, ut pleraque, notatu dignum videtur. Mr.

Quorum laus emori non potest.] „Laus non tantum est gloria post mortem remanens, sed ipsa etiam virtus, quae cum animo

ipso immortalis est. Atque hac significatione *laus* et *laudatus* saepe usurpatur a Cicerone. Hoc autem loco oratorie accipiendum, ut utrumque significet. Haec sententia est in dictis Euripidis, in quibus unum est hoc: *ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται.* Est ex deperdita tragoedia Temenides. Simile est apud Plaut. Capt. 3, 5. Cf. Gatakerus in Adversarr. p. 513. D." Wyttenb. — Locus Euripideus est apud Stobaeum, quem sic pleniorem nuper edidit F. H. Bothius in Fragmm. Eurip. p. 254.

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
Ἅπαντα φροῦδα συνθάνονθ' ὑπὸ χθονός.

Versus Plautinus est Capt. III, 5, 32:

Qui per virtutem periit, at non interit.

H. Bosscha edidit: *peritat, is non* —, et Gatakerus l. c. (Ed. Traject. 1698. f. m.) *peritat, haud, pol, interit.* Mr.

Exsulium autem terribile illis] „*Exsulii enim nomen calamitatis est, non turpitudinis:* pro Domo. — *Terribile* abest a decem, in quorum uno additum." Ald. Man. „*Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατὴ, ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος.* Democritus." Xyst. Betul.

Exsilium autem iis] Ita dedi cum Or. Vocem *terribile* cum optimis libris exulare iussi. Abest non modo a decem Aldinis, sed etiam ab Oxx. quinque (duo reliqui habent [I. U.] *terribile est*) Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. Gud. A. B. Suerin. Duisb. *Iis* autem dedi pro *illis* ex libris Or., Codd. Bern. Guelf., nostris (quibus addo etiam eos, qui exhibent *his*) Crz. 1. (quamquam hic habet *his illis*) Crz. 2. Gud. A. Crz. 3. Drsd. 1. 2. 3. Edd. ap. Meus. Lamb. Colon. Suffr. Petr. Hdlb. s. l. et a. Arg. 1515. Ven. 1492. Par. 1507. 1512. Lugd. 1515. Daventr. 1515. Asc. 1511. Par. s. a. Ald. 1548. Sed hae omnes (inde ab Hdlb.) glossam habent *terribile* excepta Ascensiana, quae cum quatuor primis facit. Reliqui habent *illis*, falsâ elegantia, ut ait Or. Vocem *quasi* omittit cum Gud. B. Drsd. 4. Tum Crz. 1. *circumseptus est*, quod verbum apud Livium quidem legitur, nec vero apud Ciceronem. Pro *habitandi* est *habitati* in Gud. B. Ex Cod. Pith. Graevius enotavit *inhabitandi locus*, quod verbum posterioris est aetatis. Vocem *omnem* omittunt Ox. σ. Mr.

qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.] „Stoici dicunt omnem orbem terrarum unam urbem esse. Hoc autem Socraticum est. *Socrates enim cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum inquit.* [Cic. Tuscc. V, 37, 108. ubi vid. annot. nostr. p. 235 sq. T. III.] *Totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur.* Ubi [ibid. ante illa] illud Teucri dictum scribit: *Patria*

est, ubicunque est bene: [ad quem locum fontes graecos monstravit Davisius.] Frc. Sylv.

orbem terrarum unam urbem] Eodem modo Diogenes Cynicus apud Laërt. in eius vita interrogatus, unde esset, respondit, sum κοσμοπολίτης. Epictetus Dissert. II, 10: *πολίτης εἶ τοῦ κόσμου καὶ μέρος αὐτοῦ.* Idem III, 29: *ὅτι ὁ κόσμος οὗτος μία πόλις ἐστί.* Sic et Christiani: Minucius Octavio: *Non possis pulchre gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem.*" Graevius. Est item apud Minuc. Felic. p. 37. ed. Ouzel.: *Deo una domus est mundus hic totus;* similiter Lactant. Div. Inst. IV, 29. Philo Iud. de Monarch. II, p. 564. Quem vero laudat Graev. locum Minucii, est is p. 16. ed. Ouz. Mr.

unam urbem] „Stoicorum decretum est, *τὸν κόσμον* esse unam civitatem, in qua homines et dii sint cives, summus autem deus princeps et gubernator. Vid. Cic. de Legg. I. c. 8." [vid. p. 58. ed. nostr. ibiq. annot. Add. ib. I, 23. p. 147: *sese non unius circumdatum moenibus loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis, agnoverit;* de Finn. III, 19: *mundum autem censent — quasi communem urbem et civitatem hominum et deorum;* ib. IV, 3: *At quanta conantur, mundum hunc omnem* [Stoici dicentes] *oppidum esse nostrum.*] Wyttenb. Ceterum attende ad Paronomasiam vel *παρήχησιν*, a Ciceronis usu non alienam, in verbis *orbem* et *urbem*, quarum exempla congessit C. Beierus ad Cic. Lael. 23, 87. p. 137 sq., qui librorum etiam copiam, huc facientium, laudavit. Mr.

esse ducunt] Cod. Ox. I. *esse putant;* Oxx. E. η. Crz. 1. 2. 3. Gud. B. *esse dicunt*; Drsd. 1. *esse ducant.* Habent *dicunt* etiam Edd. Par. s. a. Med. 1492. Hdlb. s. l. et a. Arg. 1515. Vocem *esse* omittit Ed. Dav. 1515. Pergit Crz. 1. cum Ox. U. *te miseriae et aerumnae* (Cr. *erumpne*) Drsd. 1. Guelf. Gud. A. Bern. *te erūpnae premunt, te miseriae.* Crz. 2. *Te tue premunt erūpne, te miserie.* Post *premunt* addunt *omnes* Codd. Oxx. E. η. σ. ψ. Drsd. 2. 4. Suerin. Crz. 3. Duisb. Gud. B. Edd. prc. 1465. Crat. Vict. Rob. Steph. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. Col. et nostrae vett. omnes ante Gruterum. Mr.

premunt, qui te beatum, qui florentem putas] „Sic Pall. omnes, nisi quod secundus *te fortem, qui te florentem:* non male. Editi: *premunt omnes, qui te beatum qui te florentem.*" Grut. „Cum Pall. etiam Pith. sed Pith. *omnes* retinet." Graev.

qui te beatum, qui florentem putas,] Gud. A. Crz. 2. Drsd. 1. et 3. *qui beatum te.* Pergunt *qui te florentem* Crz. 1. Bern. Drsd. 1. 3. Bas. Edd. vett. multae, exceptis Ed. prc. 1465. Vict. Rob. Steph. Par. 1512. 1543. Arg. 1515. Hdlb. s. l. et a. Med.

1492. 1514. itemque Ed. Bentl. In Cod. Duisb. Drsd. 4. est *florentemque*. Ad h. v. Wytt.: „*florentem* non tam aetate, quam auctoritate et gratia in re publica." Locutio haec redit in fine huius Paradoxi: *idem et beatum et florens;* et pro Mil. 34: *sint florentes, sint beati:* quos locos laudavit Borg. Mr.

Tuae libidines te torquent] „*Te tuae libidines torquent*, quinque. *Tu libidines torques*, unus, male." Ald. Man. „Pith. *tuae libidines torquentur.*" Graev. Habent *te tuae* Codd. Crz. 1. Drsd. 1. 3. Suerin. Quod ita placebat Goerenzio, qui eandem scriptionem in Codd. a se collatis reperisset, ut id recipi vellet (in Ianii Annall. Philoll. 1826. 1, 1. p. 45.) sed, ut recte monet Or., contra loci veros accentus. Male Codd. Duisb. Ox. σ. *tuae libidines torquentur:* et sic Edd. Vict. Suffr. Petr., ut refert Or., recte eam lectionem falsissimam appellans. Quamquam, ut fatear, quod est, de Victorii lectione, utrum ea sit Victorii, aliquid dubitationis mihi subortum est, cum viderem, in Ed. Roberti Stephani, quae sequitur textum Victorii, esse lectionem vulgatam. Ego, cum in tam multis libris sit *te tuae*, quod, quamvis commendatum a Goerenzio, merito displicebat Orellio, edidi, cum Lambino, ut est etiam in Ed. Colon. 1576, *tuae te libidines torquent.* Cod. Gud. A., omisso *tuae*, habet *te torquent libidines.* Sic mox *tuae tibi occurrunt iniuriae.* Quod legitur *torquent te* in Codd. Drsd. 2 et 5. non magis placet, quam illud *te tuae:* illud probari posset, si loco mutato ita posita essent illa pronomina *te libidines torquent tuae.* Mr.

Tuae libidines te torquent] „In Veneto *torquentur*, mutata diathesi verbi: et quidem multis sunt communiter usi veteres, ut *punior*, quemadmodum in Officiis [I, 25, 88.]: *qui punitur aut verbis castigat*: et aliis, quorum non pauca annotavit Marcellus." Camerar. Ad locutionem conf. de Finn. V, 10: *velut cruciari dies, noctes torqueri vellent;* ib. I, 16: *sollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur.* — Camerarii, quae videtur, suspicio nihili est. Mr.

tu dies noctesque cruciaris,] Cod. Ox. I. *tu per dies:* Guelf. *noctes et dies.* Cod. Crz. 1. *tu die noctuque cruciaris.* Post. haec cum Or. scripsi: *cui nec satis est*, cum Gernh. cum plerisque exhibeat *sat est*, quod si apud Ciceronem reperitur, tribuendum est compendio *sat'*, quod est in Cod. Bas. Sed habent *satis* Codd. Ox. E. I. U. Duisb. Bern. Bas. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 5. Gud. B. Guelf. Edd. Crat. Magn. Manut. Suffr. Petr. Huber. Paris. 1512. Arg. 1515. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. Lugd. 1515. Par. 1543. Asc. 1511. Aldd. tres. H. Wolf. Herw. Cam. Car. Steph. Adde,

quae de formis *nil* et *sat*, Ciceroni non usitatis, disputat O. M. Müller. in Curis secundis ad Cic. Or. pro Sestio (Coeslin. 1831. 8.) p. 73 sq. — Unus Drsd. 4. habet *non sat est.* Mr.

et id ipsum ne non sit] „Vulgo post *ipsum* additur *quod habes*, quae verba absunt a decem nostris." Ald. Man. „Sic (sine *quod habes*) Pal. sec. Pithoean. nec non Pal. tert. aliique MSS. nisi quod plerique verbo auctiores: *diuturnum futurum times.* Edd. *et id ipsum quod habes, ne non sit diuturnum futurum times.*" Grut. Habent glossam *quod habes* ex Or. libris Cod. Bas. Ed. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Crat. Magnol. Manut., ex nostris Crz. 1. Ox. U. Suerin. Edd. ante Grut. omnes, quae item habent *futurum*, quod non habent Lamb. Suffr. Petr. Colon. Grut. et post eum omnes ante Orell., cum quo eam vocem, quae glossam non redolet, restituimus. Habent autem *futurum* praeter Edd. quas laudavimus, Codd. Oxx., excepto N., Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. 5. Suerin. Gud. A. B. Duisb. Sed *non* omissum est in Crz. 1. Gud. A. Drsd. 1. 2. 3. Oxx. E. U. η. Pro *ne non* habent *ut* Drsd. 4. Edd. Lamb. Colon. Abest *id*, ante *ipsum*, in Cod. Gud. A. In Drsd. 5. legitur *id ipsum quidem his ne non;* in Gud. A. *diurnum.* Ed. Suffr. Petr. *ut non sit diuturnum.* Mr.

id ipsum] In libris vulgatis leg. *id ipsum quod habes, ne non diuturnum sit futurum.* Scilicet a sciolis explanare volentibus. Facc.

te conscientiae] „*Te conscientiae tuae*, tres." Ald. Man. „Cum efficacia ponitur Pluralis *conscientiae*, quia habet adiunctum pluralem, *maleficiorum.*" Wytt. De Pluralibus nominum abstractorum vid. C. G. Iacob. Prolus. Portens. 1841: De Usu numeri pluralis apud Poetas Latinos. p. 7—18. Sic plane, ut nostro loco, locutus est Cic. pro Rosc. Am. 24, 67: *suum quemque scelus agitat —: suae malae cogitationes conscientiaeque terrent.* Singulari numero dixit Phil. V, 6, 15: *scelerum magnitudo conscientia maleficiorum —.* Mr.

te conscientiae stimulant —] „Auctore Cicerone in L. Pisonem [18, 43.], *supplicium est, quod accidere nemini potest, nisi nocenti: suscepta fraus, impedita et oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota iusta senatus, amissio dignitatis.* Idem paullo post [20, 46]: *Nolite enim putare, P. C., ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.* Conscientiae stimulus quantum hominem quiescere non sinat, quantum eius mentem vexet, Macrobius per fabulam eam de Tityo gigante, quae est apud Virgilium

Aen. VI. [595 sqq.] et apud alios poëtas significari dicit libro de expositione Somnii Scipionis primo [p. 58. ed. Zeun.], *Nihil*, inquit, *aliud intelligi voluerunt, quam tormenta conscientiae obnoxia flagitio viscera interiora rimantis, et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, semperque curas, si requiescere forte tentaverint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhaerendo, nec ulla sibi miseratione parcentis, lege hac, qua se iudice nemo nocens absolvitur, nec de se suam potest vitare sententiam.*" Frc. Sylv. Conf. ad sententiam Cic. pro Mil. 23, 61; pro Cluent. 20, 56; de Legg. I, 14, 40. (ubi vid. ed. nostr. p. 99 sq.) — Post *conscientiae* additur *tuae*, ut in tribus Ald. Man., in Gud. B. Suerin. In Ox. σ. est *conscientiae tum famulant mal.*, in Drsd. 4: *maleficiorum stimulant tuorum.* Mr.

te metus exanimant] Cod. Ox. σ. *te metus vel exanimant.* Crz. 1. 3. Ed. Hdlb. s. l. et a. *examinant*, quod non ita mireris, quam in Ed. Klotzii Cic. de Sen. in ann. ad §. 78. p. 163, quo loco noster laudatur, in tribus lineis ter eundem errorem redeuntem a correctore non esse animadversum. Habent autem *exanimat* Codd. Drsd. 2. 4., quam lectionem cum Or. reperisset in varr. lectt. P. Magnoli, Edd. Lamb. Suffr. Petri (quibus adde Colon. [ubi est *examinat*] Arg. 1515. Par. 1517. Lugd. 1515. Ven. 1492. [hae duae item *examinat*] Par. 1543. Sturm. Cam.) eam sibi placere dixit, quod *metus* vix alibi plurali numero apud Cic. reperiatur. Bene, quod dixit „vix": nam re vera reperitur, quod monstravit contra Orellium Klotzius, loco supra laudato, ex Cic. ad Famm. V, 15, 5: *propter quotidianos metus;* sed docuit iam ante eum E. V. E. Vogel, (in Progr. Bipont. 1831. 4.: Obss. ad aliquot Cic. locos:) qui p. 27. laudat, praeter illum locum, etiam hos: Partit. Orat. 9, 32: *narratio, quae habet admirationes, — dolores, iracundias, metus, laetitias, cupiditates;* Tuscc. IV, 9, 22: *et aegritudines et metus et reliquae perturbationes;* Tuscc. V, 6, 16: *nulli metus terrent;* de N. D. I, 17, 45: *nullos a superis impendere metus;* de Divin. II, 72, 150: *plurimae curae metusque nascuntur.* Sed de his pluralibus abstractorum vid. quae congesserunt, praeter C. G. Iacobium, supra laudatum, Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 87. ed. tert., Ruddimanni Inst. Gramm. I, p. 140. ed. Stallbaum. ibiq. laudd., in primis Brem. ad Cic. de Finn. I, 8. p. 45; ad quem locum plura etiam dabit F. V. Otto in Ed. eorum librorum sua, p. 34 sq.; nos ad Cic. Tuscc. IV, 6. extr. ubi de *tribus constantiis* loquitur Cicero; Zumpt. in Gramm. Lat. §. 92., G. T. A. Krüger. in Gramm. Lat. T. II, p. 534. (§. 400.); Feldbausch. in Gramm. Lat. p. 242 sq. (§. 342.) — Ceterum *metu*

exanimari Cicero dixit etiam in Or. pro Mil. 24. Conferri potest etiam Horat. Carmm. III, 12, 2 sq.: *Exanimari metuentes patruae verbera linguae.* Mr.

Iudiciorum et legum:] Cod. Gud. B. post *iudiciorum* additam habet pravam glossam *falsorum*, in Drsd. 4. plane ineptam *florentium.* Tum Drsd. 5. *quocunque aspexeris.* Deinde Gud. A. *tibi occurrent tuae iniuriae*, Crz. 1. 2. *tibi tuae occurrunt iniuriae;* quae sunt non minus falsa, quam quae supra correximus: *te tuae libidines torquent.* Ut enim ibi corrigendum fuit *tuae te libidines torquent*, ita h. l. recte legitur *tuae tibi occurrunt iniuriae.* Verba *quae te — sinunt* exciderunt in Cod. Ox. E. In Crz. 3. est *suspirare quae te libere non sinunt* (et sic Edd. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. 1515. Hdlb. s. l. et a. Dav. 1515.); unus Aldi Man. *quae suspirare te non sinunt*, cum Drsd. 2. Habent etiam *suspirare* reliqui Aldi, Oxx. U. η. σ. ψ. Duisb. Crz. 1. 2. Suerin. Gud. B. Bas. Ed. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Vict. Rob. Steph. Vocem *libere* additam habet etiam Ed. Par. s. a. *Aspirare* habet Ed. Suffr. Petri; *spirare* Codd. Guelf. et Gud. A. Ne vero cui placeat error monachorum, qui scripserunt certatim *suspirare*, pia suspiria sua scilicet recordantium, is teneat, *suspirandi* verbo locum hic plane esse nullum, et conferat Cic. pro Rosc. Am. 8: *ut respirare libere non possit;* ad Att. II, 24: *respirare si te videro*; Cluent. 70: *respirare a metu coepit;* Famm. VI, 2: *si armis positis civitas respiraverit.* Nihili plane est, quod ex marg. Cod. Memmiani ex uno vetere codice adscriptum profert Lambinus: *superare non possunt.* Idem ibidem ex alio *suspirare*, ex alio *spirare* enotavit. Quod autem Lamb. ait se non improbare *spirare*, nec tamen induci potuisse, ut damnaret *respirare*, hoc recte fecit. Quod autem Lambino non displicuit *spirare*, id inde factum existimo quod recordabatur Lamb. loci Or. pro Rosc. Am. c. 23: *quod ne spirare quidem sine metu possunt.* Mr.

ut Furiae] „Cic. pro Sex Roscio [24, 67.]: *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat amentiaque afficit: suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae sunt impiis assiduae domesticaeque Furiae, quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filiis repetant.* Vid. Adagium: *Conscientia mille testes* [Erasmi Adagg. Ed. Wechel. 1591. f. m. p. 1279—1284.] Alludit Cicero ad Orestis fabulam, quem fingunt poetae occursu furiarum exagitari.“ Ald. Man. Liceat autem h. l. verbo monere de mira simi-

litudine duorum apud Ciceronem locorum, quibus conscientiae morsus cum Furiis comparat. Pro Roscio Amerino dixit Cicero a. u. c. 674. ibique ea similitudine usus est loco modo laudato. Annis XXV. post (U. c. 724.) Orationem habuit in Pisonem, et iisdem fere verbis conscientiae curas et poenas describit c. 20, 46, quem locum supra, a Frc. Sylvio excerptum, adscripsimus ad verba *te conscientiae stimulant*. Videtur Cicero, ut habuit prooemiorum copiam vel collectionem, sic locorum communium habuisse quasi quendam apparatum, ex quo pro re nata, paucis mutatis, ea sumeret, quae commodo loco orationibus, quas ut legerentur etiam conscriberet, inserere posset. Mr. „Est hoc exemplum populare cognitum ex fabulis scenicis, in primis tragicis, veluti Oreste et Alcmaeone Euripidis, item Eumenidibus Aeschyli. Neque vero putandum est Ciceronem παρονομασίαν quaesivisse in vocibus *Furiae* et *iniuriae*, quippe non sunt eiusdem metri: *Furiae* est anapaestus, *iniuriae* est epitritus tertius." Wytt.

Quam ob rem ut improbo et stulto] Cod. Gud. A. *stulto et improbo*. Suerin. post *stulto* habet *inertique*, cum Cod. Bas. Crz. 2. pergit *nemini* **bonum** *esse potest*. Ox. ψ. habet *non* pro *nemini*. Drsd. 3. omittit *bene*; Drsd. 4. habet *potest bene esse*. Ad verba confert Borg. Cic. in Verr. Act. II. Lib. IV, 41, 98: *Tu ista stultitia, nequitia, inertia — clientelam tueri potes?* Ad v. *nemini bene esse potest* Ald. Man. unum suorum Codd. habere *Nemini felicitas esse pot.*, duos habere *bonum*, ut Crz. 2; Gud. A. habet *esse bene*. Mr.

sic bonus vir et fortis et sapiens] Cod. Crz. 1. *sic bonus vir, fortis et sapiens*; Gud. B. *sic bonus vir et sapiens fortisque*, cum Suerin.; habent *et sapiens et fortis*, inverso ordine, Ed. prc. Ed. ap. Meus. Vict. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. 1515. Arg. 1515. Hdlb. s. l. et a. Pergunt Codd. Crz. 2. Bern. Duisb. Guelf. Edd. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Vict. Magn. Manut. Rob. Steph. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. 1514. Cam. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. *miser esse nemo potest;* non male, iudice Orellio, cui equidem assentio. Cod. Gud. A. et Ed. Asc. 1511: *miser nemo esse potest*. Mr.

bonus — fortis — sapiens] „His tribus adiectivis significantur quatuor illae virtutes principes, *prudentia*, *iustitia*, *temperantia*, *fortitudo*: nam bonitas est pars iustitiae, sapiens idem est qui prudens, fortis et per se dicitur fortis et item temperans, quia temperans fortis est erga se ipsum, si se ipsum temperat." Wytt.

Nec vero, cuius virtus moresque] Ox. E. *Neque vero*. Drsd. 4. *nec vero cuius mores*. Crz. 1. (inversa sententia): *nec vero eius*

virtus moresque laudandi sunt, cuius non laudanda est vita. Drsd. 3. *est vita, quae laudanda est.* Drsd. 1. Gud. A. B. *eius non laudanda est vita.* Ad structuram cf. Cat. m.: *Nec ulli artium magistri non beati putandi.* Mr.

eius non laudanda vita est;] „*Eius* non est in uno. *Eiusdem* esse in quibusdam alii notarunt." Ald. Man. Verbum *sunt* omittit Ox. ψ.; habent Crz. 1. Drsd. 1. *fugienda est vita*; Drsd. 4. 5. Oxx. E. I. U. η. ψ. Crz. 2. Gud. B. *fugienda vita est*, cum Edd. prc. Ed. ap. Meus. Vict. Suffr. Petr. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. 1515. Arg. 1515. Hdlb. s. l. et a. Par. 1543. Rob. Steph. Cam. Ald. 1548. In Edd. Asc. 1511. et Par. s. a. legitur *fugienda est vita.* Verba *quae laudanda est* desunt in Cod. Ox. σ. Idem cum Ox. I. omittit sequentia *esset autem fugienda.* Cod. Crz. et Gud. A. pergunt: *si misera esset.* Mr.

Quam ob rem quicquid est laudabile,] Cod. Crz. 3. cum Drsd. 5. omittit *est*, Gud. A. habet *laudabile est.* Suerin. *Laudabile et idem beatum*, Crz. 2. cum Gud. A. omittit *et* ante *beatum;* huius loco Cod. Duisb. habet *et bonum;* Drsd. 5. post *laudabile* pergit *id beatum.* Mr. „*Florens* refertur ad antecedens, ubi *florere* dicitur gratia et auctoritate valere." Wytt. Idem ad verba *Nec vero — videri debet:* „Est collectio totius argumenti, quae vulgo Graece dicitur ἀνακεφαλαίωσις, et a quibusdam redditur *recapitulatio:* cuius syllogismi hic est nexus: cuius virtus moresque laudantur, eius vita laudanda: quod laudandum est, non est fugiendum: quod non fugiendum est, non est miserum: sapiens laudandus est: ergo non est miser." Mr.

Videri debet] „Sic novem. *Decet*, sex. *Licet*, unus. *Solet*, unus. *Dicet*, unus. male." Ald. Manut. „*Videri decet:* ita maior pars librorum pluteariorum: secutusque fuit Victorius. alii *debet.*" Gruter. „*Debet* edidit Langius aliique. Sed Victor. et Gruter. edd. cum Pith. aliisque MSS. *decet.* male, contra Ciceronis consuetam loquendi rationem." Graev. „Quidam libri, etiam Edd. pr. quaedam, ut Colon., *decet*, quod et Gruterus servavit. non bene. *debet* est iam in Ed. Rom. Ven. 1470. beneque revocavit Graevius. Alienum est ab hac sententia *decet.*" Ern. Tuentur lectionem *debet* Codd. Crz. 3. Drsd. 3. 4. 5. Gud. B. (in quo tamen est *decet* vel *debet*) Oxx. E. I. U. Gud. A. Duisb. Edd. Ven. 1492. et nostrae omnes, exceptis Ed. prc. 1465. Vict. Rob. Steph. Cam. Grut. Gron. Verb. Sed errat Gernh. dicens Victorium et Gruterum habere *docet.* Est autem *docet* in Ox. N. Cod. Bern. habet *expetendum videtur.* In Edd. Par. 1507. et 1512. compendium est *dʒ.* Quod vero Goerenzius ad Cic. de Finn. IV, 11, 28. p. 455. scribi volebat

decet, merito reprehensus est ab Handio ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 71. dicens: „*Decere* non pro *debere* dicitur, sed de re congrua et apta, aut quae bonis moribus conveniat et ipsa bona sit. Id autem non sufficit in tali conclusione. Aliter se res haberet, si auctor scripsisset *idem expeti decet*. Discrimen patet in Cic. de Legg. 1, 8, 24. ubi opponuntur *qualem deum haberi deceat* et *deum haberi debeat* quod inest in verbis *habendum sciat*." Mr.

PARADOXON III.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα.

[*Aequalia esse peccata, et recte facta.*]

Parva, inquit, *res est*. At magna culpa; nec I
enim peccata rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt. In quo peccatur, id potest aliud alio maius esse, aut minus: ipsum quidem illud peccare, quoquo verteris, unum est. Auri navem evertat gubernator, an paleae, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine; peccavit vero nihilominus, si quidem est peccare tanquam transire lineas: quod quum feceris, culpa commissa est: quam longe progrediare, quum semel transieris, ad augendam culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. Id si nec majus, nec minus umquam fieri potest (quoniam in eo est peccatum, si non licuit; quod semper unum et idem

est) quae ex eo peccata nascuntur, aequalia sint oportet. Quod si virtutes pares sunt inter se, paria esse etiam vitia necesse est. Atqui pares esse virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem, nec sapiente sapientiorem posse fieri, facillime potest perspici. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem millibus pondo non [idem] fecerit? aut temperantem, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Una virtus est, consentiens cum ratione et perpetua constantia; nihil huic addi potest, quo magis virtus sit; nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur. Etenim si bene facta recte facta sunt, et nihil recto rectius: certe ne bono quidem melius quicquam inveniri potest. Sequitur igitur, ut etiam vitia sint paria: siquidem pravitates animi recte vitia dicuntur. Atqui quoniam pares virtutes sunt, recte facta, quoniam a virtutibus proficiscuntur, paria esse debent: itemque peccata, quoniam ex vitiis manant,
11 sint aequalia necesse est. *A philosophis*, inquit, *ista sumis.* Metuebam, ne a lenonibus diceres. *Socrates disputabat isto modo.* Bene hercule narras! nam istum doctum et sapientem virum fuisse memoriae traditum est. Sed tamen quaero ex te (quando verbis inter nos contendimus, non pugnis) utrum de bonis est quaerendum quid baiuli atque operarii, an

quid homines doctissimi senserint? praesertim quum hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitae reperiri ulla possit. Quae vis est enim, quae magis arceat homines ab improbitate omni, quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen: aeque peccare se, si privatis, ac si magistratibus manus adferant: quamcunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis? *Nihilne igitur interest* (nam hoc dicet aliquis) *patrem quis enecet an servum?* Nuda ista si ponas, iudicari, qualia sint, non facile possunt. Patrem vita privare si per se scelus est; Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quam servos vivere maluerunt, parricidae fuerunt. Ergo et parenti nonnumquam adimi vita sine scelere potest: et servo saepe sine iniuria non potest. Causa igitur haec, non natura distinguit: quae utro accessit, id fit propensius; si utroque adiuncta est, paria fiant, necesse est. Illud tamen interest, quod in servo necando, si id fit iniuria, semel peccatur; in patris vita violanda multa peccantur. Violatur is, qui procreavit; is, qui aluit; is, qui erudivit; is, qui in sede ac domo, atque in re publica collocavit. Multitudine peccatorum praestat, eoque poena maiore dignus est. Sed nos in vita, non quae cuique peccato poena sit, sed quantum cuique liceat, spectare debemus: quicquid non oportet, scelus esse: quicquid non licet, nefas putare debemus. Etiamne in minimis

rebus? etiam: si quidem rerum modum fingere non possumus: animorum modum tenere possumus. Histrio si paullum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur et exploditur: in vita tu, quae omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet, ut in syllaba te peccasse dices? Poëtam non audio in nugis: in vitae societate audiam civem, digitis peccata dimetientem sua? Quae si visa sunt breviora, leviora qui possunt [videri]? quum, quicquid peccatur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis: perturbata autem semel ratione et ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse videatur.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.] „Hanc thesin in omnibus exemplaribus ita scriptam reperi, uno demto, in quo: *ὅτι κατὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα.*" C. Lang. „Addunt Lambinus: *καὶ τὰ κατορθώματα;* Langius: *καὶ τὰ ὀρθώματα:* [hoc monet etiam Sylburg. in annot., sed nescio unde, cum hoc non sit in annot. C. Langii:] Persius Sat. 5, [119 sq.]

— — — *digitum exere, peccas.*
Et quid tam parvum est? Sed nullo ture litabis." Ald. Man. „Sic, ut est in Cod. C. Langii, etiam Pithoeanus. Sed recte iam emendarunt docti viri *ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα.*" Graev. „Veram ego inscriptionem esse puto: *ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.* Quidam Codd. inepte addunt *καὶ τὰ κατηγορήματα*, quo nomine Stoici Nomen et Verbum appellant, cum reliquas orationis partes *συγκατηγορήματα* vocent. Alii habent *καὶ τὰ κατορθώματα:* quae appendix, etsi cum sententia congruit, et a Cicerone hoc loco tractatur, tamen initio adscripta fuisse non videtur, quod alioqui distinctio illa *τοῦ κατορθώματος καὶ τοῦ καθήκοντος*, de qua tertio de Finibus et primo de Officiis agitur, corrueret, ipsique Stoici secum pugnarent. Quia tamen Lambinus sic edidit, reiicere nolui: praesertim cum novum Ciceronianae Academiae non sit, alias alia dicere aut certe aliter." H. Wolf. Grae-

cam inscriptionem ex Codd. nostris habet nullus. Editi libri variant. Edd. Ven. 1492. 1514. Ald. 1517. Par. 1512. Dav. 1515. Arg. 1515. Ascens. 1511. habent verba quatuor prima Graeca: Latinam inscriptionem non habent. Eadem verba Graeca, sed additis his latinis: *Aequalia esse peccata*, exhibent Edd. Car. Steph. Herw. Cam. Ald. 1548. Par. 1543. Boul. Sturm. Iisdem Graecis praemissis Latina haec habent addita: *Quod aequalia peccata* Edd. Ald. 1552. et Crat. Neque Graecam neque Latinam inscriptionem habent Edd. Hdlb. s. l. et a. et Par. s. a. Latinis literis exaratas habent Graecas Par. 1507. et Lugd. 1515: illa: *oti isa ta amartemata*, haec: *oti isa ta amarthemata.* Sola nostra Rob. Steph. (quae est aequalis Victorianae) addita habet verba *καὶ τὰ κατηγορήματα*, nulla addita conversione Latina, quae reliquis tamen quinque Paradoxis adiecta est. Reliquae Edd. omnes inde a Lambiniana, nobiscum faciunt. Loco inscriptionis Latinae in Cod. Suerin. est: *Parva inquit est ut magna culpa*, in Crz. 1. a pr. m. est: *Dolores non esse formidandos demonstratur:* quibus deletis haec additur inscriptio: *Quod peccata non sunt metienda eventu rerum, sed vitiis hominum.* Crz. 2. habet: *Omnia peccata esse paria.* Mr.

Ὅτι ἴσα τὰ — κατορθώματα.] Quae ad argumentum huius Paradoxi pertinent variae interpretum optimorum sententiae, eas in *Excursum* coniicere visum est *quintum*, ne annotatio ipsa interrumpatur. Ad inscriptionem vero hanc addimus Camerarii annotationem: „In Venetis additur (post vocem ἁμαρτήματα) καὶ κατηγορήματα. Et disseruere quidem de his quoque Stoici, ita ut exaequare inter se viderentur. Haec autem sunt, quae quocunque modo de aliqua re dicuntur, ut pronuntiatum perficiatur. Quamvis igitur illa varia sint, tamen pari ratione omnia sententiam aliquam absolvunt: ut videt, sentit, ambulat: loqui, navigare in pelago Siculo. Cicero tamen hoc loco de his nihil disseruit.“ Vides quomodo se torserit in explicando verbo, quod erat aut abiiciendum aut corrigendum. Mr.

Aequalia esse — facta] „Stoici aiebant peccata esse *aequalia*, quod refertur ad quantitatem, non tamen *similia*, ut monet Stobaeus, quod respicit qualitatem.“ Facc. Ex Codd. Ox. solus N. habet inscriptionem Graecam, Latinam modo E. N. Mr.

Parva, inquis] Hoc quoque tamquam ex oratione media, sicuti superius. Consule l. 4. de Fin. cap. 27. ubi hoc ipsum Paradoxum multis verbis explicatur. Facc.

Parva, inquit, res est. At magna culpa.] „Praeponuntur haec verba in meis undecim libris, eaque confirmantur doctorum virorum iudicio: *parva, inquit, est ut magna culpa.* Mihi non con-

stat, scriptane sint a Cicerone, an ab aliquo, cui hoc initium Paradoxi, ut abruptum, non placeret: *nec enim peccata rerum eventu* — cum non intelligeret, ex inscriptione Graeca apte pendere. Si quis tamen ea recipiat, non pugnabo: modo sciat, in quinque aliis meis separatim esse scripta, et, in quattuor quidem ex quinque, minutulis litteris. Quod magis glossam olet. Vid. Plut. de virt. mor. Hor. Ser. lib. 1. tab. 2. Pers. Sat. 5." Ald. Man. „Pendent verba *Nec enim peccata* ab inscriptione: *ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.* Quod cum non satis animadverteret, desiderari aliquid existimavit, qui haec illis a se addita praescripsit: *Parva, inquis, res est: atqui magna culpa. nec enim* etc., quae ut necessaria nonnullis abrupto principio offensis retinenda videntur: atque ita Lambinus edidit. Sed quod diximus, verius puto." Sylb. „Videtur occasionem sumpsisse huius initii ex apophthegmate Platonis: a quo cum adolescens, ob ludum quendam graviter obiurgatus, tam parvam ob rem? dixisset, respondit philosophus: At parva res non est consuetudo." H. Wolf. Locus est apud Diog. Laërt. (in vita Platonis) Lib. III. segm. 35: *Θεασάμενός τινα κυβεύοντα αἰτιάσασθαι λέγεται ὁ Πλάτων. τοῦ δὲ εἰπόντος, ὡς ἐπὶ μικροῖς· ἀλλὰ τόγε ἔθος, εἶπεν, οὐ μικρόν.* Mr. „Palatini nostri codicibus eis accedunt, quibus haeret: *Parva, inquit, est ut magna culpa.*" Grut. „MSS. *Parva, inquit, est, ut magna culpa.*" Graev. „*At magna.* Al. *atqui magna.*" Facc.

Parva, inquit, res est. At magna culpa.] Cum Manutii et Gruteri Codd. habent *Parva, inquit, est ut magna culpa* Codd. Oxx. E. I. N. U. Gud. B. Suerin. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 2. 3. In Crz. 1. desunt haec omnia, itemque in Ox. ψ. In Drsd. 5. est: *parva inquit est ut culpa magna;* in Drsd. 4: *parva inquit est culpa ut magna,* in Gud. A. *parva inquit ut magna est culpa.* Ox. E. habet *magna culpa sive maxima culpa.* In Drsd. 3. omissa littera initiali est *Arva.* Th. Bentleius post Sylburgium, Crat. Ald. 1517. 1552. haec omnia „*Parva* — *culpa*" delevit: cupidius, credo, quam rectius. Elegantiora sunt, quam quae solent assuere glossatores. Alteram vocem Gernh. cum multis edidit *inquis,* sed in Addendis commendavit *inquit,* quod recepimus ex Codd. Duisb. Crz. 2. Gud. A. B. Suerin. Bas. Guelf. Vossiano uno Borgersii, Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Asc. 1511. Ven. 1492. 1514. Paris. 1507. 1512. Arg. 1515. Par. 1543. Lugd. 1515. Dav. 1515. Suffr. Petr. Vict. Rob. Steph. Sturm. Colon. Herw. Boul. Cam. Borg. Or. Reliqui habent *inquis.* Sed etiam in reliquis variant editi, quod non notavit Or. Est enim: *est res, atque* n Edd. quas laudavimus, Ven. 1492. 1514. Asc. Hdlb. Par. tribus, Arg. Dav. Lugd.; *res est, atqui* in Edd. Ald. 1548. Boul. Aud.

Tal. Sturm. Lambb. Car. Steph.; *res est*, *atque* in Ed. Herw.; *est res*, *at* in Edd. Vict. Rob. Steph. Cam.; denique plane ut nos habent Edd. Lamb. Colon. H. Wolf. Borg. Or. et (excepto *inquis*) reliquae. Dedimus autem *inquit* ex praecepto R. Bentleii certissimo ad Hor. Serm. I, 4, 79. Cui adde, quae nos posuimus ad Tuscc. I, 39. p. 318 sq. et II, 12. p. 492. Ed. nostr. Mr.

Parva est ut magna culpa] Haec verba quasi inscriptionem habet Ed. Par. s. a. Hoc autem voluisse editorem incognitum videmus inde, quod ipsum Paradoxon incipit ab *Ec*, spatio maiore relicto, quod explendum esset litera *N* elegantius pingenda. Vult autem inscriptio sic posita nihil aliud quam: culpa parva culpa est, ut magna. Mr.

Parva, inquit, res est] „Principium est subitum, quod vulgo dicunt abruptum: continetur enim quasi responsio Ciceronis ad obiectionem adversarii, qui fingebatur dixisse, parvam rem esse denarium alicui auferre, certe multo minorem, quam talentum alteri adimere." Wytt.

at magna culpa] „Hoc et cetera usque ad initium capitis sequentis habentur ac dicuntur ex persona ipsius Ciceronis. Si haec dictio periphrasi reddenda sit, ita haud inepte reddatur: Tu dicis exiguum esse negotium v. c. denarium furari. At ego respondeo, magnam esse vim peccati: neque enim peccata exitu factorum, sed pravitate animorum ponderanda esse." Wytt. De *culpa*, eiusque synonymis, earumque vocum usu vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 152. Mr.

Nec enim etc.] Cum peccas, non id considerari debet, in quo peccas, aut quod ex peccato sequitur: sed ipsum peccare, vitio seque agere. Hinc autem sequitur, peccata esse aequalia genere, ut sunt homo et bellua, non specie tamen. Facc.

Nec enim peccata] Pro *nec* est *neque* in Ox. E. Vocem *enim* omittit Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. 1514. Pergit Cod. Crz. 1. *peccata non eventu rerum*, Oxx. E. I. *ex rerum eventu*, sed *ex vitiis*. Gud. A. *eventu rerum*, Duisb. *rerum eventis*, Suerin. *rerum eventibus*. Laudat Borg. Cic. de Inv. II, 7: *non enim ex eventu cogitationem spectari oportet, sed qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit, considerari; et quo animo quid quisque faciat, non quo casu utatur, ad rem pertinet:* coll. Or. pro Rosc. Com. 16. Auct. ad Herenn. II, 16. Mr.

rerum eventu — metienda sunt.] „Est hoc praeceptum pervulgatum et verum: peccata eorumque imputationem non metienda esse effectu, sed intentione. Huc pertinet illud Ovidii Heroid. II, 85 sq.:

Exitus acta probat: careat successibus opto;
Quisquis ab eventu facta probanda putat." Wytt.

In quo peccatur] Post *metienda sunt* pergunt Oxx. E. I. ψ.: *Non quomodo fiant, sed in quibus et in quo peccatur.* Habet idem Crz. 1. sed omisso *et;* Drsd. 4: *non quo fiant sed a quibus in quo* —. Drsd. 5: *nec quo fiat sed in quibus personis in quo peccatum.* Pro *peccatur* est *peccetur* in Oxx. E. I. Pergit Crz. 2. *id aliud alio maius aut minus esse potest.* Drsd. 2. 3. 4. *id potest esse*, cum Crz. 1. Pro *aliud alio — minus* Gud. A. habet *esse maius vel minus;* vocem *aliud* omittit Gud. B.; Cod. Suerin. exhibet *esse maius aut minus.* Cod. Bas. omittit *aut minus.* Mr.

Ipsum quidem illud peccare — unum est.] „In hac Stoicorum ratione non attenditur ad rerum differentiam: omnes autem res differunt non tantum genere sed etiam gradu." Wytt. Abest *illud* a Cod. Gud. A. Eius loco Suerin. habet *id;* Drsd. 4. *ipsum vero peccare.* Crz. 1. *illud* ab altera tantum manu additum habet; Drsd. 1. 3. exhibent *ipsum quidem peccatum* cum Crz. 2; Gud. B. *ipsum quidem illud peccatum.* Pro *unum est* Drsd. 5. habet glossam, quae veram lectionem extrusit, *vitium est;* similiter Duisb. exhibens *idem est.* Ad sententiam confert Borg. Cic. de Finn. IV, 24. addens: Caveamus ne hoc demus: hoc enim concesso reliqua constabit oratio: coll. Verr. Act. II, L. III, 92, 214: *At idem fecit sacerdos.*" *Hominem innocentem et summa prudentia praeditum nominas: sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilio fecerit.* Ad locutionem confer Cic. ad Att. XIII, 29: *cum vivere ipsum turpe sit nobis;* de Or. II, 6: *me hoc ipsum nihil agere delectat.* Mr.

quoquo verteris] „Sic omnes mei. Absolute dictum." Ald. Man. Codd. Oxx. E. I. Crz. 3. Edd. Crat. Magn. Man. Lamb. Colon. et omnes nostrae Edd. (exceptis Asc. 1511. Vict. Rob. Steph.) ante Grut. habent *quoquo te verteris*, quam lectionem ortam esse suspicatur Borg. ex locis quales sunt Lael. 6: *quoquo te verteris, praesto est;* de Finn. II, 31: *Huc et illuc, Torquate, vos versetis licet.* In Dresd. 1. 3. est *quoquo modo verteris*, ex falsa interpretatione adverbii. Falsa item est interpretatio Frc. Sylvii: quodcunque peccatum commiseris; recta, quae est in annotatt. Aldi Man.: „peccatur enim semper vel ex ignorantia vel ex incontinentia": quam adoptavit Gernh. Solus Cod. Suerin. habet *quo veteris.* Adde locis a Borg. laudatis Cic. de Div. II, 9, 24: *quoque se verterint Stoici.* Mr.

Auri navem evertat gubernator, an paleae,] Ed. Suffr. Petr. *navim.* Cod. Suerin. *an auri navem.* Drsd. 5. *evertit*; Crz. 1. *gubernator evertat.* Duisb. *auri massam evertat navem aut paleae*, supra lin. ab al. m. *an.* Habet *aut* etiam Cod. Drsd. 4. Mr. „Idem exemplum confutat Cic. de Finn. IV, 27, 76: „*Ut enim, inquit, gubernator aeque peccat, si palearum navem evertit, et si auri: item aeque peccat, qui parentem et qui servum iniuria verberat. Hoc non videre, cuius generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere: itaque, aurum paleamve portet, ad bene aut ad male gubernandum, nihil interesse. At quid inter parentem et servulum intersit, intelligi et potest et debet. Ergo in gubernando nihil, in officio plurimum interest, quo in genere peccetur. Et si in ipsa gubernatione negligentiâ est navis eversa, maius est peccatum in auro, quam in palea. Omnibus enim artibus volumus attributam eam, quae communis appellatur prudentia; quam omnes, qui cuique artificio praesunt, debent habere.*" Wytt. *Evertere* solenne est in re nautica: sic per metaphoram de Prov. Cons. 4: *tum in illo naufragio urbis, quam tu idem, qui gubernare debueras, everteras.* De Rep. I, 34." Borg. Add. O. M. Mülleri Curas secundas ad Or. pro Sestio p. 13—15, qui bene de hac re praecepit. Mr.

in re aliquantum] „*Aliquantulum*, quindecim." Ald. Man. Cod. Drsd. 5. *iure* pro *in re;* Ox. ψ. *aliqua; tum*, quod potest esse ortum, cum syllaba vocis *aliquantum* ultima in alteram esset lineam transferenda; potest etiam ortum esse ex compendio vocis *aliquantulum*, quam Gernh. praetulit, cum Cicero hoc certe loco probaturus hoc paradoxon, paullulum modo interesse voluerit in re, nec vero satis multum, quod esset *aliquantum.* Et tuentur deminutivum Codd. praeter Aldinos illos, reliqui sex Oxx. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 5. Duisb. et, ut videtur, Orelliani, itemque Edd. pleraeque inde a Grutero, cum Ed. Asc. 1511. Sed praeferendum visum est *aliquantum* cum Or. et Borg., quod habent Edd. vett. nostrae, excepta Asc., omnes, itemque ex Orellii libris Ed. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Vict. Magn. Man. Lamb. Borg. et reliqui Codd. nostri omnes. Et recte, si quid video. Nam non est, quod neget Cicero, *aliquantum*, i. e. satis multum, interesse in re: cum id ipsum omnibus, quae affert, exemplis probatum iverit, etiamsi vel plurimum intersit in re, in ipso peccato inter utrumque factum nihil interesse. Recte contulit Borg. locum de Finn. IV, 24: *Levatio igitur vitiorum magna fit in iis, qui habent ad virtutem progressionis aliquantum:* ubi Davisius eadem, quam nos attulimus, causa allata, correxit ex bonis libris

pristinam lectionem *aliquantulum*, quod fecit item Or. post Ern. Goer. et Schützium. Confert B. Epp. ad Famm. VI, 4: *Opinio hominum confirmatur, etiamsi inter causas armorum aliquantum intersit, tamen inter victorias non multum interfuturum:* additque; „In ioco tulerim *aliquantulum:* nostrum vero Paradoxon ab omni ioco abhorrens, res requirebat, quae cum natura, tum hominum iudicio quam longissime inter se distarent. *Aliquantum* respondet sequenti nihil, ut de Finn. IV, 27. in eodem exemplo scribitur: *Et si in ipsa gubernatione negligentia est navis eversa, maius est peccatum in auro, quam in palea.* De navibus ab ipsis rebus, quas vehebant nominatis, vid. A. Senftlebii Argo (Lips. 1642. 8.) p. 79—85. ubi de navi palearia p. 84. Mr.

in gubernatoris inscitia nihil interest] „*Inscitia*, decem septem. Unus *inscia;* Lambinus: *inscientia.*" Ald. Manut.

in gubernatoris inscientia] „Non debuit me morari ab hoc restituendo aliorum tarditas, quum adverterem sic edidisse Lambinum, et quum huius contextum adhibuerit pater in comparandis membranis nihilque ad hanc vocem annotatum sit, colligerem in illis similiter lectum fuisse, quum vulgati *inscitia.* Etiam membranae *lapsa est ipsius libido.*" Gronov. In Gud. B. desunt verba *gubernator, an paleae, in re aliquantulum, in*, oculo scribae ad vocabulum repetitum aberrante. Suerin. habet *gubernatoris inscitia*, omisso *in*, ut in Drsd. 1; Drsd. 3. habet *in scientia gubernatoris*, Crz. 2. *in inscientia gub.*, Gud. A. *in inscitia gub.* Est autem *inscitia* in Oxx. omnibus, Bas. Bern. Guelf. Duisb. Crz. 1. Drsd. 2. 4. 5. itemque Edd. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Vict. Man. Magn. Hub. Gernh. Nobb. et vett. nostris omnibus, nisi quod Lamb. Colon. cum his Gron. Oliv. Verb. Ern. ediderunt *inscientia.* Ad distinguenda haec vocabula scripsit excursum Gernhardus, cuius summa huc redit, ut *inscitia* sit defectus et scientiae et facultatis, vel imperitia cum temeritate. Iam vero vid. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 117 sq., qui accuratius distinguit *inscitiam*, quae est hominis insciti, ab inscientia, quae est hominis, qui nescit aliquid. Add. Schmalfeld. Lat. Synoymik N. 199. Schultz. Lat. Synonymik N. 198. Mr.

Lapsa est libido in muliere ignota:] „Sic quattuordecim. Unus: *lapsa est eius libido.* Unus: *lapsa est illius libido.* Duo: *lapsa est ipsius libido.*" Ald. Man. Cod. Ox. σ. *interlapsa est;* ψ. *lapsa est ipsius lib.* Crz. 2. *in ignota muliere.* Ox. η. *innota.* Interponitur *ipsius* etiam in Codd. Gud. B. et Duisb., quorum posterior alteram etiam habet glossam *in aliqua muliere ignota.* Sed non in Codd. tantum glossae sunt, sed habent etiam illud

ipsius Ed. ap. Meus., Hdlb. s. l. et a Dav. Arg. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. In Edd. autem Car. Steph. Paris. 1543. Aud. Talaei, Lambb. (non Lamb. et Col.) Goth. Sturm. alia est glossa, eaque melior: *lapsa est alicuius libido:* sed glossa tamen. Mr. „Rem turpem Cicero per εὐφημισμὸν honestis dictionibus declaravit, ut hic *lapsa est libido*, sic mox *petulans fuit* scribens. Poterat Stoicorum more εὐθυῤῥημονεῖν, i. e. rem directe dicere et, quod est in proverbio, scapham scapham appellare, veluti constupravit mulierem, ad Venerem pellexit, decepit etc. Sed in oratoria disputatione, quae est in his Paradoxis, haec rudis simplicitas locum non habebat.“ Wytt. Ad verba confert Borg. cap. 2. huius Paradoxi *labem libidinis;* Auct. ad Herenn. IV, 16: *ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere;* in Verr. Act. I, 5: *quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est.* Ad structuram Gernh. contulit de Off. II, 3, 9: *in quo lapsa consuetudo deflexit de via.* Mr.

dolor ad pauciores pertinet] Ed. Par. s. a. *ad pauciores dol. pert.* Cod. Duisb. *pervenit* pro *pertinet.* Illud est interpretis. Cod. Crz. 2. Drsd. 1. 3. Gud. A. *quam si esset petulans*, Drsd. 4. *quam si petulans fuissem;* Drsd. 5. *quam petulans si fuisset.* Ad v. *petulans* Wytt. haec: Est a verbo *peto*, unde etiam est *petulus* bos item hircus, qui cornu petit: deinde petulantia dicitur animi libido et effrenata cupiditas temere agens aliisque insultans.“ Iam conf. etiam Goerenz. ad Cic. de Finn. I, 18, 61. p. 85. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 42. — „*Mulier ignota* est obscuro, infimo loco nata: opponitur *virgini nobili et generosae. Nobilis* autem, *ignoto* oppositus, est clarus, illustris: at *generosus*, εὐγενής, dicitur, qui claros habuit inde a longo tempore maiores.“ Wytt. Pro *quam* Cod. Ox. I. habet *quid dicam.* Mr.

in aliqua generosa ac nobili virgine] Pro *aliqua* Gernh. habet *alia*, solus: errore, ut mihi cum Or. videtur, typographi. In Gud. A. Oxx. E. I. est *et* pro *ac;* in Crz. 3. *nobile*, in Drsd. 5. *in aliqua mulieri nobili ac generosa.* Mr.

Peccavit vero nihilo minus,] „*Peccatur*, unus. *Peccatum*, octo.“ Ald. Man. „*Peccatum* est in libro MS., et fortasse melius.“ F. Ursinus. Nos illud, quod placebat Ursino, *peccatum*, reperimus in Cod. Crz. 2., Orellius in Ed. Suffr. Petri. Th. Bentleius, teste Gernh., legit: *peccatur vero nihilo minus.* Vocem *vero* omittit Dresd. 4. Mr.

si quidem est peccare tanquam transire lineas.] „Omnes mei: *transire lineas* i. e. modum. Horatius [Sat. I, 1, 106.]

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Ald. Man.
„*Transilire* Cod. Venetus. *Lineas* autem dicit, quibus in certaminibus celeritatis spatia definirentur τῶν ἀφέσεων, ut in Epistola ad Luceium [ad Famm. V, 12.] *Fines transire verecundiae.* Recti igitur et honesti lineam qui transiit, quamvis parum longe procurrerit, non tamen peccavit secus, quam in hoc spatio strenuissimus, ut Stoici docere voluerunt.“ Camerar.

Transilire lineas:] „Cur igitur mox ab omnibus subnectitur *cum semel transieris*, et non *transilueris?* Atqui et Victorius et Iuntas et Langius et membranae retinent *transire.* Et certe id est ipsum Graecum παραβαίνειν in vitio, de quo nunc agitur. Etiam non dicitur *quam longe procurras* aut *prosilias*, sed *progrediare.*“ Gronov. „Lineam dicit τὴν μεσότητα, quam Horatius [l. c.] *modum* et *finem* appellat.“ Xyst. Betuleius.

Transilire] „Ad Graecum proverbium: ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, verbum hoc referri potest. Alii legunt *transire lineas* i. e. metam: nisi forte ad geometrica diagrammata alludit.“ H. Wolf. „*Transilire lineas* erat cursorum in stadio. Duae erant in stadio lineae. Altera erat in longum cavata in limine stadii, cui cursores insistebant, ut ex aequo limite progrederentur. Si qui ultra lineam vellent evagari et limitem praecipere, voce praeconis revocari solebant: βαλβίδ' ἀπόδος, θὲς πόδα παρὰ βαλβίδα: *lineam redde*, *ad lineam pedem pone.* Inde illae apud Tertullianum crebrae locutiones, *lineae insistere*, *ad lineam dimicare*, *intra lineas gradum colligere*, et similes. Erat et alia linea in fine stadii, quae dicebatur ultima linea, ad quam cursus finiebatur.“ Salmasius. Primam hic respicit Cicero, quam qui transiliebat ante signum datum, peccabat.“ Graevius. „Nos hoc argumentum melius intelligemus, si certamen ad scopum collimantium [melius: collineantium] ante oculos statuerimus. Qui scopum vel leviter attigit, tenet: qui vero vel tantillum a scopo aberravit, tam excidit, quam qui longissime.“ Xyst. Betul. *Transilire lineas* dicit similitudine ducta a cursoribus in stadio, qui intra lineas currere debebant, ut rite certaretur.“ Facc. „Est graecum Proverbium ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι, super s. ultra fossam salire: nam in Graecorum saltu facta erat fossa, erant ἐσκαμμένα i. e. linea fodiendo ducta, ultra quam salire non licebat.“ Wytt. Vides plerosque verbum *transilire*, quasi sit plurimorum optimorum librorum lectio, explicandum sibi sumsisse. Neque certe *transilire* a Ciceronis usu alienum est. Sic de Or. III, 40, 160: *transilire ante pedes posita;* de Finn. IV, 14, 39: *cum autem ad summum bonum volunt pervenire, transiliunt omnia.* Laudat hos

locos Gernh. additque Horat. Carmm. I, 3, 24: *impiae non tangenda rates transiliunt vada*, ib. I, 18, 7: *ne quis modici transiliat munera Liberi:* Varronem etiam de L. L. VIII, 1: *Orator non debet in omnibus uti — cum poëtae transilire lineas impune possint;* qui locus in Ed. O. Mülleri est L. IX. §. 5. Ed. Spengelii L. IX, 1. p. 459. Ed. Scal. (Amst. v. Durdr. 1623. et 1619.) p. 102. Addit Gernh. non esse mirum poëticam hanc dictionem non repeti, sed eius loco deinceps adhiberi, quod linearum tropo praetermisso, in prosa oratione est usitatius et a semidoctis scribis e seqq. in superiorem locum haud dubie translatum. Mihi autem visum est restituendam esse lectionem *transire*, quod fecit etiam Or.: primum, quod haec est lectio plurimorum optimorumque librorum (nam *transilire* habent modo Ox. E. Gud. A., *transire* autem reliqui cum Edd. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Magn. Man. Asc. 1511. Hdlb. s. l. et a. Par. s. a. Vict. Rob. Steph. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Lamb. Colon.): deinde mihi videtur *transilire* correctio alicuius correctoris paullo doctioris, qui Graecorum, quae laudata sunt supra, proverbiorum recordaretur, in quibus est πηδᾶν et ἅλλεσθαι, nec vero reputaret, non de cursu et certamine loqui Ciceronem, sed de vita ad quandam quasi normam vel lineam agenda, quam lineam migrare (παραβαίνειν) i. e. *transire* non liceat. Sic Cic. ad Famm. V, 12: *qui semel verecundiae fines transierit.* — *Finem et modum transire* dixit Cic. de Off. I, 29, 102. Ceterum pro *lineas* sunt qui exhibeant *lineam*, Cod. Crz. 1. Drsd. 1. 3. Asc. 1511.; unus Cod. Drsd. 4. habet *lineas transire.* Crz. 2. habet *siquidem peccare est*, Crz. 1. *transsire*, quod possit aliquis pro compendio vocis *transsilire* habere. De v. *peccare* vid. Doederlein. l. c. T. II. p. 140. et de differentia verborum *culpa*, *peccatum* et similium cf. Jahn. Jahrbb. 1829. III. p. 33. Mr.

quod quum feceris, culpa commissa est.] Th. Bentl., qui in Ed. Rob. Steph., quae Victorianae est repetitio non semper fidelis, reperisset *quod si quum feceris*, hoc dedit, Victorii lectionem se reddidisse existimans, nescio quam elegantiam amplexus, errorem certe nescio cuius Ciceroni obtrudens. Cod. Gud. B. habet *quod quum facis.* Verbum *est* post *commissa* omittunt Crz. 3. et Drsd. 4. Mox *progrediaris* Cod. Drsd. 5. Tum Codd. Crz. 1. Drsd. 1. 2. 3. Suerin. Oxx. omnes excepto N. *quum semel hinc transieris;* octo Aldi Manutii *transieris hunc*, duo *hic.* Mr.

ad augendam transeundi culpam] „Vox *transeundi* non est in Pal. sec. et est alioquin otiosa.“ Gruter. „Id quidem verissimum.“ Graev. Gruterus *transeundi* supervacaneum putabat, Graevius delevit. Fortasse Cicero scripsit *transeundis* [volebat Ern. *transeun-*

t i s]. sane qua sensum [volebat *quod ad sensum*] potest utrumque abesse: sed elegantius est *culpam* cum tali adiuncto e verbo superiori." E r n. Servavit tamen in contextis Ern. *transeundi.* Deleverunt hoc gerundium, post Graevium, Facciolatus (sed in Ed. prima servavit) et Or. Gernhardus, qui nihil monens, certe Graevii, Facciolati (qui inepte addi ab aliis *transeundi* dixit) et Ernesti iudiciis nihil de suo addens ediderat vulgatam, in Addendis iubet uncis includi illud Gerundium, additque: „Idem statuerat Th. Bentl. in notis, sed in emendationibus mutavit sententiam. At *transeundi culpa* intelligi iubet aliud culpae genus ab illo distinguendum, praeter quod Stoici negant esse alterum. Accedit, quod, praecedentibus verbis *cum semel transieris*, hoc Gerundium est molestius." M r.

ad augendam culpam] Delevi cum Or. interpositum illud *transeundi.* Dixit quidem Borg. placere sibi Ernesti coniecturam *transeuntis:* quoniam Participia a librariis saepe permutantur in Gerundia. Vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 4. Conf. de Sen. 20. [§. 74.] ubi Ern. ex Cod. Erf. pro *moriendi* restituit *morienti: Iam sensus m o r i e n t i aliquis esse potest.*" Sed Ernest. haec coniectura iam refutata est a Gernhardo ad illum ipsum Catonis m. locum, neque eam curavit in sua editione R. K l o t z i u s. Nostro autem loco, quamquam non inepte adderetur *transeuntis*, mihi tamen abiiciendum visum est illud vocabulum, quod uncinis inclusit iubente Gernhardo Nobbius. Abest enim *transeundi* etiam a Cod. Gud. A., in Codd. Drsd. 1. et 3. inverso ordine scribitur *culpam transeundi*, denique in Cod. Crz. 2. ita intrusum est alieno loco, ut manifesto appareat glossam e margine in contextum irrepsisse sermonem: est enim ibi: *ad augendam culpam nihil pertinet t r a n s e u n d i.* Mr.

Peccare certe licet nemini.] „Cod. Pithoean. *Q u i a peccare certe.*" G r a e v. „Sententia *αὐτόπιστος* et extra omnem controversiam, sed *ἀπροςδιόνυσος.* Nam peccasse eum, qui duos passus transierit lineas, conceditur. Id autem quaeritur, an eius transgressio tanta sit, quanta illius, qui ducentos processit?" H. W o l f. „Hoc per se aptum et perspicuum subiicit Cicero callide et oratorie, quasi ad sanandam proxime antecedentis dicti absurditatem." W y t t. Cod. Drsd. 4. habet *nemini licet.* Pergit Cod. Duisb. *Q u i c q u i d autem non licet.* Sequens *id* abest a Cod. Suerin. et uno Aldi. Cod. Ox. E. cum Drsd. 2. habent *id i n hoc uno*, Drsd. 1. 3. *hoc uno id.* Gud. A. *tenetur uno.* Unus Aldi habet *i n hoc uno*, omisso *id.* M r.

Id hoc uno] „Tota eius vis et ratio in hoc unice consistit. Alii tollunt *uno.*" F a c c. Quos dicat *uno* tollere, non video. Edd. certe, quae ad manum sunt, omnes habent eam vocem: nec mul-

tum differunt in aliis, nisi quod Ed. Par. s. a. et Asc. 1511. habent *hoc uno id tenetur*, Par. 1512. et Dav. *in hoc uno ten.* et Lugd. *id hoc non tenetur.* Verba *id hoc uno tenetur* Ern. explicat: „convincitur peccati.“ Mr.

Quod autem — non licere.] „Haec dictio duplicem habet difficultatem, quarum una est in verbo *teneri*, quod ex iudiciali usu ponitur pro nocentem esse, peccasse, poenam mereri. Altera difficultas est in constructione, quae ita est expedienda, ut eam accipiamus ex eiusmodi usu, quo neutrum ponitur pro masculino, et sic per breviloquentiam dictum sit pro: Qui autem aliquid commisit, quod non licet, in hunc satis magna cadit culpa et imputatio, si convincitur eum aliquid fecisse, quod non licuerit.“ Wytt. Ad sententiam verbi *arguere* vid. quae contulit E. Kaercher in libello a. 1828. Carolsruhae (octonis) edito: De optima Latini Lexici Condendi Ratione, p. 39—41. ubi nostrum *arguitur* explicatur verbo *probatur.* Mr.

Quod autem non licet — aequalia sint oportet.] „Continent haec quasi syllogismum hunc: Si id, quod non licet, in eo ipso consistit, ut non liceat: et si id licere nec maius nec minus unquam fieri potest; sequitur, ut peccata, quae ex eo nascantur, quod semper unum et idem est, aequalia sint. Atqui verum est antecedens, ergo etiam consequens. Hic syllogismus fingitur ita reprehendi, ut ea, quae vulgo dicitur maior, s. antecedens, quod rectius dicitur, Propositio, ab adversario negetur, cuius negationem ita refutat Cicero, ut haec verba dicat: *quoniam in eo est peccatum, quod non licuit.* Ceterum falsitas huius syllogismi et iam nunc sentitur et in sequentibus magis apparebit.“ Wyttenb. Ad v. *tenetur* confert Gernh. Cic. pro Cluent. 44, 125: *nec ullo argumento Cluentianae pecuniae crimen tenebitur;* ad v. *licet* Borg. Cic. Phil. XIII, 6: *Siquidem licere dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur.* Mr.

Id si nec maius] „Sic omnes mei: uno excepto, in quo in margine additur *quidem: Id si quidem nec maius.*“ Ald. Man. Alii *id si quidem.* Sed in vulgatis libris tota periodus haec pravis distinctionibus contaminata est.“ Facc. Est in Cod. Crz. 3. *id siquidem nec*, idque habent Ed. ap. Meus. Crat. Magn. Lamb. Suffr. Petri, ex nostris Ven. 1492. 1514. Dav. Par. 1512. 1543. Hdlb. s. l. et a. Arg. Aud. Tal. Sturm. Cam. Colon. Ald. 1517. 1548. Boul. Herw. Asc. 1511. In Ed. Par. s. a. est *id ii nec;* in Par. 1507. et Lugd. *si id quidem nec*; in Edd. Goth. Lambb. Car. Steph. Ald. 1552. H. Wolf. est *id nec*, ut in Ed. Man. apud Orellium. *Quod si nec* habet Cod. Bern. In Drsd. 4. est *magis*

pro *maius.* Idem cum Crz. 2. omittit *unquam*, itemque Gud. A. In Suerin. et Gud. B. legitur *est peccatum in eo;* prior pergit *quod non licuit* Ed. Par. s. a. *quin in eo est si id.* tum Cod. Duisb. *unum idem est*, omisso *et.* Pergit Ox. E. *et quae.* Pro *nascuntur* est *nascantur* in Ox. ψ. Edd. prc., ap. Meus. Crat. Vict. Magn. Man. nostris Dav. Ven. 1492. 1514. Lugd. Par. 1507. 1512. Hdlb. s. l. et a. Arg. H. Wolf. Rob. et Car. Steph. Herw. Cam. Aud. Tal. Sturm. Sylb. Tum Edd. Par. 1507. et Lugd. *qualia* pro *aequalia.* Cod. Gud. A. *esse oportet;* Crz. 1. Drsd. 5. Ox. E. U. *aequalia ut sint oportet*, Crz. 3. *aeq. sunt oporte* (sic.). Illud *ut sint* habent etiam Cod. Bas. et Ed. Magn. Mr.

Quod si virtutes pares sunt inter se,] „Stoici virtutes pares esse dicebant. *Mnesarchus*, ut ait Cicero libro de Oratore I. [11, 45.], *qui virtutem unam haberet*, *omnes habere*, *easque ipsas inter se aequales esse et pares dicebat.* Chrysippus, Stoicorum gravissimus, librum unum scripsit, quod virtutes aequales sint, ut est apud Diogenem Laertium libro VII." Frc. Sylv. [Est locus ap Diog. Laërt. VII, 8, 125. Sed de hoc Chrysippi decreto vid. F. N. G. Bagueti de Chrysippi Vita, Doctrina et Reliquiis Comm. praemio orn. Lovanii. 1822. 4. p. 257 sq. ibiq. laudd.] „Videtur hoc parum considerate in Stoica disputatione adhibitum, propter discrimen, quod alioqui statuunt inter τὰ καθήκοντα καὶ τὰ κατορθώματα. Quamquam τὰ καθήκοντα Stoici quasi medium quiddam inter virtutem et vitium statuerunt, solaque κατορθώματα nomine virtutis honestari voluerunt. Videntur autem in hoc pronuntiato subtiliter ad modum spectasse ipsam ideam virtutis, perfectissimamque formam: quae cum humanae imbecillitati negata sit, is optimus habetur, qui ab illa ἰδέᾳ minime longe recesserit. Concedi ergo potest, perfectas virtutes eiusdem speciei esse pares. Sed quia inter homines aliam virtutem aliâ esse maiorem, id est, minus aberrare a scopo, exempla docent, eadem vitiorum quoque ratio est. Deinde primo libro de Officiis Cicero ipse docuit, iustitiam fortitudini et prudentiae, modestiam (vel moderationem) ipsi iustitiae esse praeferendam. Quod si ita est, virtus alia maior aut minor erit aliâ, ipsius auctoris confessione, qui non sine causa in prooemio fatetur, se ludentem haec in locos communes coniecisse. Quibus verbis monere lectorem voluisse videtur, ne omnes huius libelli sententias oracula esse putaret, sed suum ipse iudicium adhiberet.". H. Wolf. „Plutarch. de Stoicor. contrar. μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς ὑπερέχουσαν εἶναι, μήτε κατόρθωσιν κατορθώσεως. Seneca id clarius et efficacius Ep. 66: *Nihil invenies rectius recto: non magis quam vero verius*, *temperato temperatius.* *Omnis in modo est*

virtus: *modus certa mensura est. Constantia non habet*, *quo procedat*, *non magis*, *quam fiducia*, *aut veritas aut fides. Quid accedere profecto potest? nihil.* Iust. Lipsius Manuduct. ad Stoic. Philos. Lib. III. dissert. 4, ubi vide plura de hoc argumento, quod luculente ibi exequitur, et Senecam in Epistola laudata." Graev. Locus Plutarchi est de Stoicor. Repugnantiis c. XIII. p. 352. Hutt. Mr.

Quod si virtutes pares sunt inter se] Cod. Crz. 1. *sint* pro *sunt*, cum Drsd. 5; legitur *pares sunt* omissis verbis *inter se* in Codd. Gud. A. Bern. Ox. I. Bas. Guelf. Crz. 2.; *sunt pares*, inverso ordine, in Drsd. 1. 2. 3. Crz. 2. Ox. E. In Crz. 2. Bern. Bas. Guelf. deest *etiam*, in Suerin. Drsd. 2. legitur *paria etiam esse*, Oxx. I. η. *paria sint*, omisso *etiam*, ut in Crz. 2. in Drsd. 5. Gud. B. est: *necesse est esse.* Duisb. habet *paria etiam vitia esse.* Quid intersit nostro loco et universe, inter *par* et *aequalis*, exponere studuit vir doctus in Actis Scholasticis universalibus (Allgem. Schul-Zeitg.) 1830. II, 19. p. 151 sq. De formula *esse* — *necesse est* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV, 28, 77. Mr.

Atqui pares esse virtutes,] Codd. Drsd. 1. 3. 4. Ed. Par. s. a. *Atqui si pares esse virtutes necesse est*, Drsd. 4. *nec bono meliorem*, omisso *viro*; Ox. σ. *nec bono viro melior est.* Tum *nec temperato temperatiorem* Oxx. E. I. Bas. et var. lect. ad calc. Ed. P. Magnoli; *temperato temperantiorem* Ox. U. Drsd. 3. 4. 5; *temperante temperatiorem* Ox. ψ; *temperante temperantior est* Ox. σ; *nec temperatiorem* Drsd. 1. *Temperato* habent quatuordecim Aldi; *temperatiorem* decem et octo. Post *temperantiorem* Drsd. Cod. 4. pergit *posse fieri*, *nec fort.* cum Crz. 1; in Suerin. est nec *forte fort.*; in Codd. Bas. Crz. 1. Drsd. 1. 2. 3. cum Ed. prc. *sapienti*; Drsd. 2. cum Bas. omittit *posse fieri*; Ox. σ., post *temperantior est*, pro *nec* — *nec* habet *ut* — *ut*, Ox. E. pro altero *nec* habet *neque*, tum Crz. 3. *facile*; et sic Edd. Crat. Magn. Man. H. Wolf. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Aud. Tal. Sturm. Sylb. Sola Ed. Asc. 1511. habet *perspici potest*; Codd. Suerin. Oxx. U. σ. Gud. A. *percipi*, Ox. E. *prospici.* Mr.

Atqui pares esse virtutes,] Respiciuntur h. l. quatuor virtutes primariae: Iustitia, Temperantia, Fortitudo, Prudentia." Borg. „Haec magis ad speciem, quam ad veritatem dicuntur: oratoria sunt, non dialectica." Wytt. „*Potest percipi*, septem, quorum duo, ord. praep., unus prius *perfici*, postea emendatum, *percipi.*" Ald. Man. — De usu vocis *atqui* in ratiocinatione loquitur Hand. in Tursellino I. p. 522. nec nostri loci oblitus. Add. Freund. in Iahnii Annalibus (Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1835. I. 2. p. 157.), qui, cum post assumptionem per *atqui* statim sequatur: *An virum bo-*

num dices, qui —, ea, quae paucis interiectis sequuntur, quasi conclusio, *sequitur ergo, ut etiam vitia sint paria*, a recentiore quodam vel interprete vel correctore esse assuta censet, cui ad syllogismi formam iustam ea deesse viderentur. Haec non esse animadversa in libris, quos ediderunt, grammaticis a L. Ramshornio, A. Grotefendio, Billrothio, miratur Freundius eo, quem laudavimus, loco, in censura Grammaticae Grotefendii scholasticae. Quod quidem, quamquam acute est observatum, duplicem tamen vel triplicem adeo habet dubitationem. Primum enim libri, quamvis aliquantulum varient, tamen non ita variant, ut inde efficiatur pannum hunc esse ab homine imperito vel a magistello sibi placente assutum, qui Ciceronem vellet corrigere: deinde non ea modo, quae notavit Fr., abiicienda essent, sed etiam quae statim subsequuntur: *siquidem pravitates animi recte vitia dicuntur:* denique ea omnia non redolent latinitatem glossatorum. Sed, ut fatear, quod est, malim ego quoque ea abesse, quippe quae non modo cursum quasi ratiocinationis interrumpant, sed etiam alienum quid intrudant, quod mox suo et iusto loco sequitur, nimirum: *Atqui quoniam pares virtutes sunt: recte facta, quoniam a virtutibus proficiscuntur, paria esse debent, itemque peccata, quoniam ex vitiis manant, sint aequalia necesse est.* Mr.

Nec bono viro meliorem] „Stoici negant quemquam virum bonum esse nisi sapientem. Sapientem autem dicunt eum, qui ita perfectus est et absolutus, ut omnes virtutis numeros habeat, *quam sapientiam adhuc mortalis nemo est consecutus*, ut ait Cicero in Laelio. *In iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest, sed similitudines honesti esse possunt.* Ut ait idem libro de Off. III. Bono igitur viro melior esse non potest, si is demum bonus est, qui omnes virtutis numeros habet. Nam plures alius habere non potest." Frc. Sylv. Locus Laelii, quem laudat Frc. Sylv., est 5, 18; locus de Officiis III, 3, 13. Sed sunt multi Ciceronis loci, quibus, quae hoc loco tanguntur, virtutes, quas dicunt cardinales (quae est medii aevi locutio), exponuntur, quos commode habes collectos in libris, qui hodie vulgo minus sunt noti, utilissimis: I. C. Fugmanni Veteri et Nova Philosophia morali (Witteb. 1678. 4.) p. 65—96; *Iasonis Denores* Institutione in M. Tullii Ciceronis Philosophiam de Vita et Moribus: ed. I. Meier. Lips. 1721. 8. Plexiaci (i. e. M. Brochardi) Lexico Philosophico (Hag. Com. 1716. 4.) p. 111—116. Ex recentioribus confer E. G. Lilie Comm. de Stoicorum philos. morali (Alton. 1800. 8.) p. 29; C. Beieri Excurs. X. ad Cic. de Off. I: Quatuor virtutis formae: p. 330—335.

coll. Exc. IX: Sapientia et prudentia princeps omnium virtutum, p. 328—330; R. Kühner: Ciceronis in Philosophiam merita (Hambg. 1825. 8.) p. 229—231. Laudat ad verba *nec bono viro meliorem* Graevius Isaacum Casaubonum ad Persii Sat. V; qui locus est in Ed. Paris. 1605. p. 432 sq. Mr.

Sapiente sapientiorem] Recte monet Gernh., non virum perfectum h. l. intelligi eumque, qui Parad. VI, fingitur, sed prudentem: laudatque Cic. de Off. I, 5, 16. ubi est: *Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet.* Mr.

An virum bonum dices, qui depositum nullo teste —] „Semel enim qui peccat, vir bonus non est, quacunque in re peccet." Ald. Man. Cod. Gud. A. *bonum virum.* Scribitur *possit* pro *posset* in Codd. Oxx., excepto U., omnibus, Gud. A. Crz. 1. 2. (in hoc *impune* postponitur) Drsd. 1. 2. 3. 4. 5; Drsd. 1. *cum lucrari in decem milibus auri pondo possit.* Drsd. 3. post *reddiderit* pergit: *cum lucrari is X milibus auri possit pondo non idem fecerit;* Crz. 2. *si idem lucrari in decem,* Drsd. 2. *si idem inde esse milibus pondo auri non idem fecerit.* Drsd. 4. *auri pondo non idem fecit;* Drsd. 5. *decem millibus ponderibus auri,* Crz. 3. *pondo auri non idem,* cum Gud. B. In Gud. A. est *millibus auri pondo.* Addunt illud *auri* post *millibus* etiam Oxx. E. N. U. ψ. Codd. Bern. et Guelf.; sed post *pondo* (aut *non*) additur in Cod. Bas. Edd. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Vict. Magn. Lamb. Suffr. Petr. et nostris vett. ante Grut., exceptis Car. Steph. Ald. 1542. H. Wolf. Sylb. Lambb. Sola Lugd. omittit *in*, et Ed. Man. apud Or. omittit *pondo* ante *non.* Vocem *idem* ante *fecerit*, quamquam habent multi libri, tamen cum Gernh. et Or. uncinis inclusimus, primum quia abest a decem Codd. Aldi, deinde quia nescio quomodo apud Ciceronem displicet *idem* in eadem structura bis positum, ut priore loco sit Nominativus masculini, altero Acc. Neutr. Recte etiam monet Gernh., non esse necessarium Nominativum, et *idem* post *si* commodius referri ad *reddendi* verbum, ut sit Accusativus. Reiecit repetitum *idem* etiam Th. Bentleius. Ox. E. pro eo habet *ipse;* displicebat nimirum correctori repetitum *idem*, ut nobis. Mr.

An virum bonum dices—] „Exempla haec videntur ἀσυλλόγιστα, nec propterea aequalia esse peccata, si quis in alia re officio fungatur, in alia ab eo decedat. Peccat, qui auri pondo decem, peccat et is, qui decem millia intervertit: in eoque pares sunt: uterque enim a iustitia recedit. Sed, ut initio dictum est, si non tantum animus delinquentis, sed etiam rei, in qua delinquitur, na-

tura et ipsius delicti eventus spectari debet: quod est sensui communi, legibus et institutis omnium mortalium consentaneum: magnitudo furti ipsum etiam peccatum auget. Eadem est etiam ratio libidinis." H. Wolf. Potest videri hoc exemplo allato Cicero respexisse ad illam Herodoti de Glauco Lacedaemonio narrationem L. VI. c. 86. ubi vir quidam Milesius apud Glaucum, qui iustus praedicabatur, dimidiam suam deposuisse narratur pecuniam. Mortuo illo viro Milesio eius filii ostensa nota, quam a Glauco eorum pater acceperat, depositum reposcunt. Negat Glaucus meminisse se accepti depositi, sed cum his agit, ut quarto mense redeant, ut iis depositum reddat, si reminisceretur. Interim Apollinem consulit, utrum iureiurando depositum interversurus et in suam rem conversurus sit. Pythia ei respondet: in praesens quidem sive in breve tempus expedit sane ita iureiurando vincere pecuniamque intervertere, sed non cessabit semper divina vindicta: tota tua domus interibit. Quod brevi etiam factum est. Mr.

aut temperantem, qui —] „*Temperatum*, duodecim." Ald. Manut. Habent etiam *temperatum* Ox. ψ. Drsd. 4; Ox. E. *an tu* pro *aut*. Post *temperantem* in multis Edd. sequitur *eum*: quod cum non legatur in Codd. Bern. Bas. Guelf. Gud. A. B. Suerin. Crr. 1. 2. Oxx. I. U. η. σ. ψ. Drsd. 1—5. Edd. prc. Vict. Manut. Suffr. Petr. Par. s. l. Rob. Steph. Asc. 1511: in his igitur omnibus cum non legatur *eum*, non uncinis modo coërcuimus vocem supervacaneam, sed plane eiecimus. In una Ed. Lugd. est *an* pro *aut*.

qui se — in aliqua effuderit?] Insolentius dictum ait Gernh. esse *se effundere in libidinem*, i. e. sine modo et ratione indulgere libidini, viderique hanc dictionem Ciceroni placuisse, quae pronomini *se* accommodaretur. Nimirum concinnitati hoc dedit Cicero. Cum enim praemiserit *se — continuerit*, postulabat partium concinnitas et apta copulatio, ut eadem structura pergeretur *se — effuderit*. Quod nisi fuisset, accommodavisset se Cicero ei usui, quo dixit alibi, v. c. pro Coel. 6. *effusus in largitione*, forma passiva, qualia afferuntur exempla a Forcellino ex Livio, Suetonio, Tacito. Verba *qui se* exciderunt in Cod. Ox. ψ. In Drsd. 4. ante *in aliqua* additur *et*, minus bene, et languide etiam; in Crr. 1. est *se effuderit*, in Ox. E. *offenderit*. Verbum *effuderit* omissum est in Cod. Gud. B. Mr.

Una virtus est consentiens cum ratione et perpetua constantia] Libri tam manu exarati, quam editi hic omnes consentiunt. Quo diligentius tamen et accuratius hunc locum expendo, tanto clarius mihi videre videor, *et* esse ab imperito adiectum, non a Ciceronis manu profectum, scribendumque: *Una virtus est*, *con-*

sentiens cum ratione perpetua constantia. Una, inquit Cicero, *virtus est*, semper virtus una eademque sibi par et similis est; quod sequentibus verbis quasi explanat *consentiens cum ratione perpetua constantia.* Illa virtus, quae semper una est, est constantia perpetua cum ratione consentiens, h. e. semper sibi constans nunquam a ratione discedit. Hinc Socrates dixit apud Stobaeum: *τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.*" Graevius. „Copulam recte delet Graevius." Lallemandus. — Sententia est: Virtutis una est definitio, scilicet ut sit constantiă perpetuă *et* consentiens cum ratione. Est haec graeca Stoicorum definitio: *ἡ ἀρετή ἐστιν εὐστάθεια βέβαιος καὶ διηνεκής, ὁμολογοῦσα τῷ λόγῳ·* i. e. constantia firma et perpetua, consentiens cum ratione. Wyttenb. Vides Wyttenbachium non stare a Graevii sententia. Oliv. et Ern. ne mentionem quidem fecerunt huius Graevii emendationis. Wetz. et Schützius eam factam dixerunt, nullo iudicio addito. Orellius significavit, eam receptae lectioni esse postponendam. Gernhardus autem disertis verbis non opus esse ea medela dixit: nam, inquit, *virtus est* (de Invent. II, 53, 159.) *animi habitus naturae modo atque rationi consantaneus.* Et Tuscc. IV. *affectio animi constans conveniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est.* Laudat praeterea Cic. de Off. I, 31, 112. et cap. 34. extr. itemque extrema huius Paradoxi verba. Mihi quidem nihil videtur addendum, cum Wyttenbachii annotatio satisfacere possit vel sola. Ad sententiam H. Wolfius, „Recte sane, inquit, si perfecta virtus spectetur, qualis in deo est, (si tamen ita loqui fas est de Deo). Sed, ut praeclare scripsit Cicero tertio de Officiis [17, 69.]: *nos ut veri iuris germanaeque iustitiae, ita etiam virtutis solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur: eas ipsas utinam sequeremur! feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis.*" Mr.

Una virtus est —] Cod. Drsd. 5. *una est virtus.* Gud. A. *una virtus consequens* (sic solus ψ.) *est cum omni ratione.* Ox. ψ. E. I. N. η. ψ. *una virtus consciens est cum omni ratione.* Addunt illud *omni* Crz. 1. 2. Drsd. 1. *(in omni)* Drsd. 2. 3. (hic item *in* pro *cum*) Drsd. 5. Suerin. Additur item *omni* in Edd. Par. s. a. Daventr. Ven. 1492. Hdlb. s. l. et a. Par. 1507. 1512. Lugd. Ven. 1514. sed inverso ordine *ratione omni.* Pergit Crz. 2. *et omni constantia.* Ox. U. *ac* pro *et.* Borg. ad *una* explicandum addit „eademque", laudans ad locutionem Cic. de Or. III, 6: *Una est enim — eloquentia, quascunque in oras disputationis regionesque delata est.* Mr.

Nihil huic addi potest, quo —] „Malim legi *nihil huc addi*

potest." Lambin. Nec vero ita edidit Lamb.: sed habent *huc* Cod. Bas. Ed. prc. Vict. Rob. Steph. Camer., eique favet (monente Borg.) Phil. I, 15. *huc siquid accesserit;* de Finn. III, 10: *Quantumcunque eo addideris;* Brut. 43. *ut eo nihil ferme quisquam addere possit;* Phil. XI, 6: *quo cum addi nihil posset.* Sed recte idem monet vulgatum *(huic)* non esse reiiciendum, non modo quia est Orat. c. 1, 3: *quale mihi videatur illud, cui* [ubi item, sed male, Codd. nonnulli habent *quo*] *nihil addi possit;* ad Famm. III, 13: *Cui nihil videbatur addi posse:* sed etiam, quia nostro loco *huic* tam ad *addi* quam ad *demi* referri possit. Ceterum in Cod. Duisb. pro *huic* est *hic*, in Ox. *η. denique* prava correctione. Unum addo, nimirum compendia casuum pronominis *hic* ita scribi in medii aevi codicibus ut eae formae facile inter se permutari possint. Vid. Baringii Clav. Diplom. (in Compendiis scribendi medii aevi, Tab. 5. et 6.). Mox Gud. A. inverso ordine habet *virtus magis sit.* Mr.

Nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur.] „i. e. de hac [perfecta] virtute nihil detrahi potest ita, ut adhuc virtus nominari possit: sive, minima eius parte detracta virtus amplius appellari nequit." Wyttenb. Cod. Drsd. 5. habet *nihil denique ubi virtutis nomen relinquitur:* erroribus cumulatis; Crz. 3: *nihil denique demi;* Drsd. 4. *nomen virtutis*; Drsd. 3. *relinquantur.* Mr.

Etenim si bene facta recte facta sunt,] „Illustri exemplo virtutis ideam declarat. Nam rectitudo quidem lineae vel minima pravitate corrumpitur. Sed si vitia pravitates sunt, ut alia linea magis aut minus curva est, ita etiam peccatum aliud alio magis pravum. Utitur autem Sorite Stoico, in quo alia sententia ad aliam probandam adhibetur et virtus atque vitium fonti, recte facta autem et peccata rivulo comparantur, inde profluenti." H. Wolf. — Cod. Drsd. 4. *si recte facta bene facta sunt.* Verba *recte facta* omissa sunt in Cod. Gud. A. In Ox. I. *ψ*. Gud. B. est *sint* pro *sunt.* Pergit Drsd. 5. *et nihil recto rectius est.* Additur illud *est* etiam in Codd. Crz. 1. Drsd. 1. Vocem *et* ante *nihil* (scriptum est *nichil*) omittit Cod. Gud. A. et Ed. ap. Meus. Mr.

nihil recto rectius:] „Stoici confundunt rectum *geometricum* cum recto *morali.* Omnes lineae rectae aeque sunt rectae: non ideo omnes curvae aeque curvae. Rectum geometricum est in superlativo, eiusque definitio superlativum continet: recta enim dicitur linea ea, quae brevissima est inter duo puncta. Et recto non opponitur universe curvum, sed curvissimum. At vero in moralibus nonnisi deus in superlativo spectatur: Deo enim melius pertiusque cogitari nihil potest. Hominum, quia non sunt per-

fecti, virtutes et pravitates habent gradus. At vero Stoicorum sapiens est perfectus ut deus, ergo sapientissimus: insipiens autem eorum est insipientissimus. De hac falsa ratiocinatione recti eiusque apud Stoicos fallacia cf. Seneca Ep. 65. et Epictet. p. 753. ed. Upton. quibus addatur Lipsius in Manuduct. ad Philos. Stoic. L. III. c. 4.“ Wyttenb.

certe ne bono quidem melius quicquam inveniri potest.] „Hoc constabit Stoicis, κατόρθωμα statuentibus. Nam in mediis officiis ut nec virtutum, ita nec peccatorum aequalitas esse poterit. Sed illa κατορθώματος perfectio nusquam gentium adhuc inventa est.“ Xyst. Betul.

certe nec bono quidem] „Exponamus hunc locum, nequis eum depravet. *Quemadmodum* (inquit) *nihil recto rectius est, ita nec bono melius.* Hic non ausim dicere: *Ita ne bono quidem melius.* Nam cum Cicero in bono et recto aequalitatem statuat, in ea autem oratione, quae per *ne* et *quidem* effertur, semper aliquid inaequale significetur, id est, mea sententia, inter haec duo loquendi genera discriminis, quod inter aequale et inaequale. Et quia Cicero *nec* pro *ne* sequente *quidem* aliquot locis usurpavit (ut Officiorum II. de Iustitia [11, 40.]: *cuius*, inquit, *tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiae vivere)*, id quod Erasmus ac Budaeus annotarunt, eo mihi lapsus visus est facilior, ut lector vel parum eruditus vel minus animadvertens idem etiam hoc loco Ciceronem fecisse crederet, cum tamen *quidem* ad plenitudinem orationis adiectum sit. Sic Graeci γέ particula utuntur interdum. Demosthenes Philippica prima [p. 47, 7.]: εἰ γάρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν.“ Morisotus. „Membrana Leidensis omittit *quidem*: recte; *ne* enim ponitur pro *ne-quidem*. Vid. exquisitae doctrinae virum, C. A. Duckerum ad Flor. III, 17, 2. et ad Liv. XLIV, 36.“ Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 129 sq. — Obsecutus est Ruhnkenio Schützius. Gernhardus autem in Addendis, „Iure, inquit, Bremius ad Finn. I, 6, 31. contra Davisium et Ruhnkenium dubitat, an, si *ne* pro *ne-quidem* ab aliis scriptoribus dictum sit, idem Ciceroniane dicatur, donec ex ipso Cicerone certa et omnium Codd. auctoritate confirmata exempla proferantur. Nam iusto plus Oudendorpius tribuit Duckero ad Florum, ut Heindorf. ad Horat. Sat. II, 3, 262. Ruhnkenio.“ Nunc quidem *ne* pro *ne-quidem* dici non posse accurate probavit Madvig. ad Cic. de Finn. I, 11, 39. p. 82 sq. et in Excursu III. p. 818. Iam vero etiam non poterit commendari *nec* — *quidem* post ea, quae docuerunt Madvig.

l. c. p. 822. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 589. et Krebs in Antibarbaro p. 518. Ed. 3. cum non possit significare id, quo intellecto poni potest *(und nicht wenigstens)*. Add. Krüger. Gramm. d. Lat. Spr. T. II. §. 508. ann. 3, qui docet, loco Sall. Iug. 51: *Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat*, reddendum esse: Aber *auch* Iugurtha *für seinen Theil* (seinerseits) war unterdessen *nicht* müssig. Mr.

certe ne bono quidem melius] Sedecim Codd. Aldi Manutii habent *nec* itemque Oxx. E. U. η. ψ. Gud. A. (qui exhibet *nec bono quicquam melius*) B. Guelf. (ut Gud. A.) Crz. 1. 2. Bas. Drsd. 2. Drsd. 4. 5. (et hic quidem omisso *certe*) Edd. prc. 1465. Magn. Man. Huber. et vett. nostrae ante Grut., exceptis Vict. Rob. Steph. Cam. Lamb. Colon. Lambb. Aud. Tal. In Asc. 1511. est *nec quidem bono*, in Lugd. *nec hoc bono quidem*. In Drsd. 1. 3. *ne quidem bono*. Crz. 3. habet *melius quisquam*. Mr.

Sequitur igitur, ut — paria.] De his verbis, quae Freundius spuria iudicavit, paullo superius locuti sumus p. 129 sq. — Cod. Drsd. 4. habet *sequitur et ut vitia paria sint;* habet etiam *paria sint* Drsd. 3. In Crz. 2. est *ut omnia vitia*, Ox. I. exhibet *ut contra etiam*, Ox. η. *sint comparia*. Cod. Duisb. *Sequitur ergo*. Tum Drsd. 1. 4. *depravitates;* iidem mox *vitia esse dicuntur*. Graev. ex Cod. Pith. enotavit lectionem *ut etiam vitia omnia sint paria;* in Duisb. est *Sequitur ergo*. Confert ad sententiam Borg. Cic. de Finn. IV, 27, 75. Ruhnk. ad Vellei. II, 10. Mr.

Atqui quoniam pares virtutes sunt,] Cod. Duisb. *Atque*, cum Drsd. 3. In Gud. A. est *pares virtutes*. In Drsd. 1. 3. legitur *recte etiam facta*, et sic habent Edd. Crat. Magn. Manut. Hub., ex nostris Aldd. tres, Car. Steph. Par. 1543. Boul. Sylb. H. Wolf. Aud. Tal. Herw. Camer. In Lamb. et Colon. est *etiam recte facta*, in Sturm. *recte enim facta*, in Ed. Lugd. mira distinctione: *Atqui (quoniam pares virtutes sunt recte) facta (quando a virtutibus proficiscuntur) paria esse debent*. Mr.

Quoniam a virtutibus proficiscuntur,] Recepi cum Or. *quoniam* (quamquam paullo ante positum est in principio periodi) pro vulgato *quando*, ex Codd. quindecim Aldi, Oxx. E. I. N. U. ψ. Crz. 1. (hic supra lin. habet *quandoquidem*, quod placeret, si in libris esset plurimis) 2. Drsd. 2. 3. 5. Gud. B. Bern. Bas. Guelf. Ed. prc. 1465. Vict. Lamb. Colon. Herw. Camer. Asc. 1511. Sturm. Ald. 1548. Lectione autem *quando* ait Or. ingratam inferri varietatem. Nimirum cum sic ter eadem coniunctio se excipiat, *(quoniam pares — quoniam a virtutibus — quoniam ex vitiis,)* fuerunt,

qui mediam tollerent eiusque loco reponerent *quando*, quod non ideo ingratam dixisse videtur Or. inferre varietatem, quia auribus esset ingrata, sed quia primo adspectu ambiguitatem parit, quae, si *quandoquidem* scriberetur, abesset. Accedit, quod compendia vocum *quando* et *quoniam* sunt simillima, et pauci sunt Ciceronis loci, quibus *quando* hac sententia positum, certam habet sedem. Vid. Orell. ad F. A. Wolfii Scholas in Tuscc. IV. §. 34. p. 413. nos ad Tuscc. locum eundem T. II. p. 337 sq. — Pro *proficiscuntur* est *proficiseantur* in Cod. Drsd. 1. In Ox. I. sequitur *animadvertunt*. In seqq. pro *itemque* Codd. Gud. A. Oxx. E. U. Duisb. *itaque*, Drsd. 1. 3. *itemque ita*. Tum Oxx. E. I. *emanant* pro *manant*, quo in consimili sententia usus est Cic. ad Att. 7, 21: *mala nostra istinc emanant.* Sed admodum exigua istorum Codd. est auctoritas. Iidem post haec cum Drsd. 2. habent *ut sint*; in Drsd. 5. legitur *aequalia esse necesse est.* A Gud. A. abest *sint.* Mr.

A philosophis,] Codd. Gud. A. Ox. ψ. *Epicurus a philosophis*; Drsd. 4 et 5. *Epicurus autem a philosophis inquit.* Cod. Crz. 1. *Scilicet Epicurus a philosophis inquit.* Agnoscis vel nemine monente manum glossatoris, nec vero admodum docti. Mr.

A philosophis] qui scilicet sibi inter se non consentiunt. Nam hac ipsa de re pugnat cum Stoicis Antiochus, ut est in Academ. 4. cap. 43. Facc.

inquis] „*Inquit*, duodecim. *Inquid*, duo. *Inquit aliquis*, unus." Ald. Manut. „*Inquit:* sc. aliquis, quicunque est." Frc. Sylv. „Imitatur adversarium, qui, cum rationes refutare non possit, auctores earum elevat atque contemnit. Cicero autem per inversionem rationes suas eadem auctoritate, quam ille contemnit, confirmat. Quis enim negat, bonis et sapientibus viris credendum esse potius, quam lenonibus, baiulis et operariis?" H. Wolf. „Est adversarii obiicientis haec et quasi dicentis haec esse vera in philosophorum scholis, nec vero in vita communi et veritate. Cicero respondet oratorie et quasi comice: Metuebam, ne diceres haec me sumpsisse a lenonibus. Hoc enim absurdo solvit absurdum adversarii, quasi ea quae a philosophis sumerentur, minus essent vera, quam quae e vulgari vita peterentur." Wyttenb.

inquit, ista sumis.] Unus Ox. ψ. *inquisita*, unde Gernh. se agnoscere ait in annotatione veram Ciceronis manum, *inquis, ista*, quam exhibeant tres Aldini, Edd. Graev. Facc. Ernest. Lugd. 1556. Poterat addere H. Wolf. Aud. Tal. Sylb. Ald. 1548. et 1552. Boul. Lambb. Grut. Gron. Verb. Oliv. Wetz. Schtz. Sed ipse in Addendis haec apposuit: „Tho. Bentleius patrui auctoritate cum

Cod. Duisb. ut initio superioris cap. scribit *inquit*. Nam Rich. Bentleius ad Hor. Sat. I, 4, 79. *inquit* perpetuam formulam dixit esse; ubi aliquid ex adverso nobis obiici et opponi fingimus, sive id ab uno seu pluribus, sive absente seu praesente fiat. Similiter statuit I. Fr. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 34, 3. quibus assentitur Heindorf. ad Horat. l. l. Bremi ad Finn. II, 22. laud. pro Sylla c. 7. de N. D. I, 31, 87. 36, 100. ubi cuncta secunda persona proferuntur, codicum auctoritate *inquit* interponitur, et Finn. II, 24, 78. Quamquam *inquit* neque pro impersonali habendum est, neque *inquis* omnino ex omnibus locis eiiciendum, ut Goer. bene monet ad Finn. II, 22, 74. Ubi vero non certa persona, sed aliquis, tanquam unus e multis, obiicere sententiam fingitur, *inquit* locum habebit, ut nostro loco aeque atque ineunte cap. superiore, sic iubentibus plerisque Codicibus, paucioribus sane ad Parad. V, 2, 37. *Inquit* etiam F. A. Wolf. pro *inquiunt* restituit Tuscc. I, 39, 93. ut seriores Graeci, in quibus Arrianus, φησὶ pro φασὶ usurpant.“ Mr.

inquit, *ista sumis*.] „Ita Th. Bentleii codices et e duobus regiis alter. Vulgo *inquis*.“ Lallemand. „Conf. Ern. Clav. Cic. v. *inquit* [qui tamen nostro loco edidit *inquis*] et Facciol. in Lex. [T. II. p. 537 a. ed. Schneeb.]“ Borg. Nos quoque restituimus *inquit* ex Codd. supra laudatis nostrisque Crz. 1. 2. 3. Drsd. 2. 3. 4. 5. Gud. A. Duisb. Oxx. sex (excepto ψ.) Bern. Pithoe. Bas. Guelf. Edd. prc. 1465. ap. Meus., Crat. Vict. Borg. et nostris, quae supra non sunt enumeratae, omnibus. Adde Crzr. ad Cic. de N. D. I, 36. p. 164; nos ad Tuscc. I, 39. p. 318 sq. II, 12. p. 492. Reisig Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 331: ibiq. annot. Haasii 344. — Ceterum legitur in Cod. Crz. 1. *sumis ista*, *inquit*; Drsd. 4. *ista simus quod instas vitiis*. Tria verba extrema, glossam nimirum, addit etiam Gud. B. Verbum *sumis* Borg. explicat *mutuaris*, *petis*, laudans de Finn. V, 3: *Ex eorum enim scriptis — omnis doctrina liberalis — omnis sermo elegans sumi potest*. Mr.

Metuebam ne a lenonibus diceres.] „*Ne*, *a lenonibus*, *ista diceres*, quinque, in quorum uno add.“ Ald. Man. — Cod. Ox. l. *de* pro *a*; idem cum E. σ. ψ. Gud. A. *ista diceres*. Praepositionem *a* omittit Drsd. 4; *leonibus* habent Drsd. 2. et 5. cum Ed. Paris. s. a.; in Duisb. est *nec* pro *ne*; in Crz. 1. *esse diceres* pro *diceres*; Crz. 2. *haec diceres*. — Ad sententiam eorum, quae adversarium fingit respondentem Cicero, tenendum est, videri posse ideo adversarium addere, Socratem isto modo disputavisse, quia Socratem et universe philosophos nimium severos irridere voluerit, dum vero, quia ipse Socrates artem quandam lenocinandi sibi ad-

scripserit, artem nimirum hominum benevolentiam sibi aliisque conciliandi intelligens: Xenoph. Sympos. c. 4, 57 sq. quem locum laudavit Gernh. Mr.

Socrates disputabat isto modo.] Post *Socrates* in Cod. Drsd. 1. compendium est *ito* (ut videtur), quod nescio utrum voluerit *ipse* an *vero;* tum pergit *ita disputabat et isto modo;* et sic etiam Drsd. 3.; in Drsd. 5. Ox. ψ. est *disputat hoc modo; hoc* etiam significare videtur compendium, quod est in Gud. A.; item compendium verborum videtur esse in Crz. 3. ubi est *isto*[0] pro *isto modo.* Pro *hercle*, quod edidit cum plerisque Gernh., nos pleniorem formam *hercule* edidimus cum Or. ex Codd. Gud. B. Crz. 1. Drsd. 2. Oxx. E. N. Ed. prc. 1465. Crat. Vict. Manut. Magn. Hub. ex nostris Edd. omnes fere ante Grut. excepta Asc. 1511. De forma *Hercule* vid. disputantem C. L. Schneider. Ausf. Gramm. d. Lat. Spr. II. (Formenl. I.) p. 44; R. Klotz. ad Cic. Lael. XI, 38. p. 152. Mr. — „Errabat in hoc adversarius, aut Cicero eum sponte errantem inducebat. Nunquam enim Socrates statuit peccata et recte facta esse aequalia. Quae sequuntur: *Bene, hercule, narras* rursus oratorie a Cicerone dicuntur et sequentia deinceps, usque ad verba *labem libidinis* sunt Ciceronis.“ Wyttenb.

Nam istum doctum et sapientem virum fuisse] „Docti, item eruditi, itemque doctissimi eruditissimi, dicuntur philosophi. Sic mox Parad. V. et alibi saepe. Cicero enim sic vertit Graecum φιλομαθής, quod proprie est doctrinae amans, et φιλομαθία, tanquam genus, duas continet species, φιλοσοφίαν et φιλολογίαν, i. e. studium tam sapientiae quam litterarum.“ Wyttenb. Cod. Crz. 2. *virum doctum et sapientem fuisse*, Suerin. et Gud. B. *istum hominem doctum et sapientem fuisse virum*, Drsd. 5. *istum hominem doctum fuisse et sapientem;* Drsd. 4. *istum rectum et sapientem fuisse*, Gud. A. *istum doctum et sapientem fuisse virum.* Quod h. l. dicitur *memoriae tradere* alibi dicitur *memoriae prodere:* sed *trade memoriae*, quod legitur Somn. Scip. 1. extr., est i. q. *manda memoriae.* Nostri autem loci similis est locus de Invent. II, 1: *multi poëtae memoriae tradiderunt.* Quod Gernh. ad Cic. Lael. 11, 39. scripsit Ciceroni ubique placuisse *memoriae prodere* (non *tradere*), merito non repetivit nostro loco. Est enim, praeter locum modo laudatum, etiam pro Rosc. Com. 2, 6; pro Murena 28, 59; de Legg. I, 1, 3. Tuscc. I, 3, 5. Conf. O. M. Müller. de Vi et Usu verborum quorundam p. 11. Codd. Drsd. 4. et 5. *memoriae nostrae traditum est.* Male. Mr.

Quando verbis inter nos contendimus,] „Contendamus, licet: non enim pugnis inter nos, sed verbis res agitur.“ Ald. Manut.

„Cod. Pith. *quoniam verbis inter nos.*“ Graev. Laudat ad verba et ad sententiam Borg. Cic. de Or. III, 53: *Quum in oratione non contentione, sed sermone tractatur;* pro Sulla 25: *non solum verbis — verum pugnis et calcibus;* ad Famm. VI, 1: *Dolebamque, pilis et gladiis, non consiliis neque auctoritatibus nostris — disceptari.* Mr.

Quoniam verbis] Restitui hoc quoque loco, iisdemque rationibus ductus, quibus paullo superius, cum Or. *quoniam*, pro vulgato *quando*, ex Codd. Pith. Oxx. E. I. N. U. η. ψ. Gud. A. B. Bern. Bas. Guelf. Crz. 1. (a pr. m., nam altera in v. *qm* erasit lineolam ultimam) Crz. 2. Drsd. 2. 4. 5. Suerin. Edd. Vict. Lamb. prc. 1465. Colon. Asc. 1511. Rob. Steph. Camer. Solus Gud. A. pergit *ex verbis.* Mr.

Utrum potius de bonis] „*Utrum bonis*, octo. *Utrum de bonis*, septem. *utrum potius bonis*, tres.“ Ald. Manut. — „*Utrum bonis est quaerendum.* Haud aliter publicatur a Victorio, acceditque Pal. sec. item Ma. F. V. Alii: *utrum potius de bonis* etc. quod loco non movebat Gulielmius, quamvis probaret alterum.“ Grut. „Sic (ut Grut.) Pith. et alii MSS. et Edd. Vict. Lang. Sed vulgati: *utrum potius de bonis.*“ Graev. — „*Utrum bonis* rectum esse non videtur. Conieci legendum *nobis*, quae verba saepe permutantur in libris. Sed Edd. pr. habent *de bonis*, quod non dubitavi revocare: pendet e *senserint.*“ Ern. — „*Utrum de bonis*: i. e. de natura et fine bonorum.“ Facc. Construenda enim sunt verba ita: *Utrum quaerendum est*, *quid senserint de bonis baiuli* etc. Wetzel. Assentiunt his tribus viris Schützius et Orellius cum Gernhardo, qui idem sensisse refert etiam Th. Bentleium. Et necessario scribendum *de bonis*, quod, praeter libros Aldi septem supra laudatos et editiones, quas diximus, exhibent Codd. Bern. Oxx. E. I. η. ψ. Crz. 1. 3. (sed hic praemisso *potius*) Drsd. 1. 2. 3. 4. Suerin. Edd. prc. 1465. var. Magn. Nobb. Borg.; *potius de bonis* habent nostrae Ven. 1492. 1514. Aldinae tres, Par. tres., Hdlb. (s. l. et a.) Arg. Crat. Boul. Lugd. Car. Steph. Sylb. Sturm. Lambb. Aud. Tal. H. Wolf. Herw. Cam. Magn. Man.; *Utrum bonis* habent Cod. Guelf. Crz. 2. Duisb. Rob. Steph. et Oliv. praeter laudatos; *utrum potius est quaerendum* exhibent Lamb. et Colon. Sola Asc. 1511. *utrum quaerendum de bonis sit;* Cod. Gud. *ut cum bonis*, Ox. N. *utrum a bonis*, Ox. U. *utrum potius sit qu.*; *utrumne bonis* Codd. Bas. et Drsd. 5; Cod. Drsd. 1. 3. *quaerendum potius sit;* Drsd. 4. Gud. A. B. *quaerendum est.* Ad structuram confert Borg. de Or. II, 15: *Vult enim et de consiliis significari quid scriptor probet.* Mr.

quid baiuli atque operarii,] *Baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios, unde adhuc baiulari dicitur.* Festus h. v. p. XXIII. Ed. Scalig. Cicero, ut nostro loco, in Bruto 73, 257: *operarii autem aut baiuli deesse non possunt;* de Or. II, 10, 40. iunxit *baiulos et remiges; Baiulos* Graecis *βαστάζοντας* esse vocatos ex Gellio N. A. V, 3. docere vult Gernh. Sed ibi in bonis libris et Edd. est *ἀχθοφόρους.* — In Cod. Crz. 3. est *quit* pro *quid*, Gud. A. *aut baiuli aut operarii*, Drsd. 3. *baruli.* Crz. 1. *an operarii*, Drsd. 4. Oxx. N. U. *aut operarii.* Crz. 2. omittit *an* ante *quid.* Pro *quid homines* in Gud. B. est *quidem.* Abest *homines* a Codd. Ox. σ. Suerin.; a Crz. 2. Gud. A. *doctissimi* sicut ab Ox. N., cuius adiectivi loco in Ox. I. est *disertissimi*; in Ox. E. ψ. est *senserunt.* In Crz. 1. Drsd. 1. 3. legitur *senserint doctissimi*, in Drsd. 4. *doctissimi homines.* Nec vero ex huius loci varia in libris scriptione litem moveri velim lectioni, quam et reliqui tuentur libri MSS. et Edd. vett. ex ipsis libris MSS. descripti. Mr.

praesertim cum hac sententia] Abest *praesertim* a Cod. Drsd. 4; in eodem post *sententia* repetitur *cum.* Tum Gud. A. *non modo non verior*, quod est correctoris usum optimorum scriptorum ignorantis. Ox. E. I. *nec* pro *ne*, cum Crz. 1. neque Drsd. 3. In Crz. 2. est *omnium* pro *hominum vitae;* Drsd. 1. omittit *vitae* cum Gud. A., et Cod. Crz. 1. habet *vita*, ex prava correctione; in Suerin. est *vitae hominum.* Pro *quidem* Gud. B. *quid est*; Gud. A. habet *nulla possit inveniri;* Ox. I. *horum* pro *hominum*, ex male lecto compendio. Oxx. E. σ. ψ. *potest* pro *possit*, cum Drsd. 5., idem omittit *ulla*, pro quo Crz. 1. a pr. m. *nulla*, quod correxit altera. Mr.

Non modo verior, sed ne utilior quidem] „Per exquisitum Latinitatis usum ponitur pro *non modo non verior*, quo de usu monuit Ern. in Clav. Cic. et Tursellinus de Particulis. Hic locus sic reddi possit ad intelligentiam et latinitatem: Attamen quum inter nos disputemus, non pugnemus, dicas mihi, quorumnam iudicium viri boni sequi debeant, baiulorumne atque operariorum et omnino plebis, an doctorum et sapientum: ad verba *hac sententia* intellige *aequalia esse peccata.*" Wyttenbach.

Quae vis est enim] Ita Codd. Gud. A. B. Crz. 2. 3. Drsd. 2. 5. Duisb. Bern. Bas. Guelf. Excerpta Eyb. Ed. prc. Ed. ap. Meus. Vict. Lamb. Suffr. Petr. ex nostris Daventr. Hdlb. s. l. et a. Arg. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. 1543. Lugd. Colon. Rob. Steph. H. Wolf. Boul. Herw. Cam. Ald. 1548. Aud. Tal. Sylb. Or. Ceteros habere *quae vis enim est* ait Or. Sed non omnes, nam *quae*

vis enim, omisso *est*, habent duo Codd. Ald. Man. et Edd. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Lambb. Goth. et Crat. itemque Asc. 1520. Ad loquendi formam Borg. laudat Parad. I, 2: *Quae vis Coclitem* etc. de Or. I, 8: *Quae vis alia potuit.* Mr.

quae magis arceat homines] Quod h. l. dicit *arcere*, eadem sententia dixit Cicero *revocare*, de Or. II, 9. ubi est: *Quis a vitiis acrius revocare potest?* quem locum laudavit Borg. In seqq. habent *ab omni improbitate* Codd. Drsd. 5. Bas. Exc. Eyb. Edd. Lamb. Colon. Lambb. Goth. Boul. Asc. 1511. — In Ox. E. est ab *improbitate animi.* Ad sententiam vere monet Aud. Talaeus: Hoc argumentum in contrariam etiam partem valere poterit, ut si homines senserint in delictis nullum esse discrimen, aeque promti sint ad interficiendum parentem atque gallum gallinaceum, nec magis dubitent hominem necare, quam virgis caedere. Hoc autem commentum Horatius irrisit in Satira 3. libri 1, v. 96 sqq.

Queis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant,
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi." Mr.

quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen:] Vocem *si* omittit Gud. A. Idem habet *nullum discrimen delictis esse.* Crz. 1. *in delictis ullum*, Drsd. 5. *in delictis nullum.* Suerin. *in delicto;* Ox. σ. *in dictis*, Ox. ψ. *in deliciis.* Pergunt Oxx. E. I. *et si senserint, aeque* —. Supra pro *quam* Drsd. 5. habet *quod.* Ante *aeque* addunt *et* Codd. Drsd. 1. 3. Cod. Guelf. Edd. Crat. Magn. Lamb. Colon. Par. s. a. Herw. Cam. Ald. 1517. 1552. 1548. Boul. Asc. 1511. Par. 1543. Sturm. Aud. Tal.; Drsd. 5. habet *sic aeque.* Post *peccare* abest *se* in Codd. Gud. A. Crz. 3. Drsd. 5; in Drsd. 4. est *se peccare.* Drsd. 3. *et aeque peccare. Sed si* —. Drsd. 2. *aut* pro *ac si.* Drsd. 5. *aeque se peccare.* Drsd. 4. Gud. B. miro errore, cum duobus Aldi; *magnis reatibus.* Denique Cod. Duisb. *afferant manus*, Crz. 1. *manus afferunt*, Drsd. 5. *manus afferat*, Gud. A. Crz. 3. *manus inferant.* — „*Afferant* (sic Ald. Man.), quattuordecim; *afferantur*, unus; *inferantur*, unus." In aliis Codd., nescio quibus, Frc. Sylvius ait esse *manum inferant.* Sed variant etiam Edd. Sic *Aeque peccare* (omisso *se*) est in Edd. Ven. 1492. Par. 1507. 1512. Dav.; *et se aeque peccare* in Edd. Ven. 1514. et Arg.; *quae peccare* Ed. Lugd.; *manus inferantur* Edd. Daventr. Crat. Ven. 1492. 1514. Herw. Hdlb. s. l. et a. Par. 1507. 1512. Ald. 1517. Lugd. Arg. Aud. Tal.; *manus inferant* Edd. Facc. Par. 1543. Ald. 1548. 1553. Boul. H. Wolf. Sturm. Lambb. Sylb.; *manus afferantur* sola habet Ed. Cam. Fluctuat Ciceronis usus inter verba *afferre et inferre*, in

hac quidem formula: quare unoquoque loco a Codicum auctoritate sola pendet lectio. In Verr. I, 18, 47 (Act. II.) *manus impias ac sacrilegas afferre*, ib. III, 24, 60: *equitibus Romanis — manus ab — isto — afferebantur.* Quod vero aeque bene dicitur *afferre manum* et *inferre manum*, id apud alios scriptores fit etiam in formulis *adiicere manum* et *iniicere manum*, *apponere* et *imponere manum.* Mr.

Quamcunque in domum stuprum intulerint,] Cod. Crz. 1. *quacunque in domo; in* omittit Drsd. 3; Gud. A. habet *et in quamcunque domum;* Oxx. E. I. et duo Aldi: *et quamcunque*, Ox. η. *quantumcunque;* Crz. 2. *stupri;* Drsd. 1. *intulerit;* habet Ed. Hdlb. s. l. et a. *intulerunt.* Tum scribitur *labem esse*, inverso ordine in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. et Ed. Asc. 1511; in Drsd. 5. legitur *eandem esse libidinem*, in Drsd. 4. *labem pudoris.* Ad sententiam confert Borg. Cic. pro Caelio 18, 42: *ne incurrat in alterius domum atque familiam.* Mr.

Eandem esse labem libidinis] „*Labes* h. l. dicitur peccantis, non eius, in quem peccatur. Est enim *labi* verbum, quod sensu morali item notat peccare, errare, unde *lapsus* est error et peccatum, *labes* autem, si per lapsum et peccatum quasi macula et contaminatio suscipitur a peccante.“ Wytt. „*Aeque peccare se* etc.: Hoc argumentum est fallax. Primum enim, si quid est utile societati hominum, non tamen continuo verum est: multi enim errores semel recepti utilius servantur, quam corriguntur. Deinde, hoc argumentum est ἀντιστρέφον, se convertens, potest in contrarium verti: v. c. aliquis deliberet, prodamne patriam? faciam, nam non maius est hoc peccatum, quam si uno obolo socium decipiam.“ Wytt.

Nihilne igitur interest,] „Quod h. l. Cicero sibi obiicientem fingit adversarium, eum statim refutaturus, id ipsum irridet contra Catonem pro Murena disputans c. 29, quamquam Catonem auctoribus eruditissimis inductum concedit: *paria esse* [dixit Zeno] *peccata omnia: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit.*“ Xyst. Betuleius. Pro *nihilne* Cod. Ox. I. habet *nihilnum;* Ox. N. *nihilne facere possumus, nihilne —*, Ox. ψ. *nihilne num facile possumus*, Ox. I. (post *nihilnum*) pergit: *facere possimus igitur interest*, Ox. N. (post repetitum *nihilne) non facile possum interest igitur;* Drsd. 3. *nihilne non facile posse igitur interest*; Crz. 2. *Nichilne non possem facile igitur interest an nullum patratum, quod non possit facilius fieri nam hoc diceret*

aliquis. Gud. A. *nihilne vero facile possimus ergo interest.* Vocem *nam* omittit Drsd. 5; in Drsd. 4. Ox. η. est *haec* pro *hoc;* Oxx. E. I. omittunt *nam hoc;* pro *dicet* est *dicat* in Ox. I; *dices* in Gud. B. *diceret* (ut diximus) in Crz. 2; *dicit* in Crz. 3. Edd. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd. Ven. 1492. 1514. Ed. ap. Meus. — Ad formulam *dicet aliquis* Borg. confert Parad. I, 1: *Quid est igitur, quaeret aliquis, bonum?* Or. pro Caelio 17: *Dicet aliquis: haec igitur est tua disciplina?* laudatque de fictis interrogationibus Quinctilian. IX, 2. p. 772. Ed. Burm. Tum Cod. Crz. 1. *patrem quis necet,* in Oxx. σ. ψ. *necat,* in Drsd. 4. 5. *patremne,* Drsd. 4. *aut servum.* Suerin. *necat aūe servum:* Gud. A. *enecet quis,* Gud. B. *quis nectat;* Duisb. *patremne quis necet aūe servum.* Editiones quoque haud paucae habent *necet* pro *enecet;* laudat Or. Ed. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Vict. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. Accedunt ex nostris Ven. 1492. 1514. et omnes ante Grut. excepta Asc. 1511, in qua, cum optimis libris est *enecet.* Sola Ed. Lugd. habet: *nam servum nuda* etc. Pro *ponas* est *pones* in Edd. Lamb. Suffr. Petr. nostris Ven. 1492. 1514. Colon. Arg. H. Wolf. Ald. 1548. Boul.; *potes* in Ed. Par. 1507. et Lugd. Mr.

Nuda ista si ponas,] „Remota a circumstantiis." Ald. Man. *Nuda* i. e. in thesi, sine loco, tempore, causa." Facc. „*Nuda* dicuntur pro eo, quod vulgo usurpatur *in abstracto,* non certo loco, tempore, hominibus." Wytt. Mencken. in Obss. L. L. p. 662. explicat: Nimis generatim, et, quod vulgo dici solet, sine restrictione aut limitatione, aut non consideratis causis circumstantibus, non additis exemplis posita." Mr.

Nuda ista — iudicari — non facile possunt.] Pro *iudicari — possunt* Codd. Oxx. E. I. N. σ. ψ. Suerin. Bern. Bas. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. habent *iudicare — possum;* in Ox. U. est *iudicare — possunt. Possum* habent etiam tredecim Aldi Man. (sine dubio etiam *iudicare:* quamquam ille nihil monet:), duo *possem.* Pro *qualia* est *aequalia* in Ox. E. Scribitur *facile non* (inverso ordine) in Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. 5. In Cod. Duisb. est *iudicare — possim.* Ad sententiam confert Gernh. locum de Finn. IV, 27, 76. ubi est: *Item aeque peccat, qui parentem, et qui servum iniuria verberat.* Ad rem autem monet H. Wolfius: „Quid? quod servus reperiri potest, qui adolescenti patris praestiterit officium: et pater, qui procrearit tantum, sed nec aluerit, nec erudierit, nec in sede ac domo, neque in re publica collocarit?" In seqq. Codd. Gud. A. et Drsd. 5. habent *patrem privare vita;* Crz. 2. *privari.* Mr.

Saguntini] „Ab Hannibale obsessi. Livius lib. XXI. [24.] Polybius lib. III. [17.] Valer. Max. lib. VI. cap. 6. Silius Lib. II. [magna ex parte.] Cicero in Philipp. [V, 10, 27.]. Hinc proverbium *Saguntina fames*." Ald. Man. De proverbio vide Erasmi et all. Adagia (Ed. Wechel. 1599. f. m.) p. 1436. — „Vid. Florum II, 6." Graev. Conf. ad h. l. interpretes, v. c. in Ed. Hermannid. p. 197 — 199; Ed. Graevii p. 183 — 185; ed. Ducker. p. 267 — 271; Ed. Beger. p. 260. In Cod. Ox. ψ. scribitur *Saguntuni;* Cod. Gud. A. *pates*, quod nihil aliud voluit esse scriba, quam compendium vocis *parentes*. Tum Drsd. 2. habet *emori liberos;* Crz. 2. *vivere servos*. Ad v. *emori* eiusque sententiam vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III, p. 183 — 185, qui affert locum simillimum ex Or. in Pison. 7: *Huic enim populo ita fuit libertas invita*, [mire est apud Doed. *iuxta*,] *ut emori potius, quam servire praestaret*. Adde E. V. E. Vogel in Prolus. Bipontina a. 1830: Obss. ad aliquot Ciceronis locos p. 27, qui merito miratur, Gernhardum ad Cat. maj. 19, 71. p. 135, laudatum ideo a Doederleinio l. c., docere voluisse, a Cicerone *emoriendi* verbum non usurpari, nisi forma Infinitivi, cum sit Tuscc. I, 4, 96: *tamen non miserabiliter vir clarus emoritur*. Mr.

Saguntini] „ut, praeter alios, narrat Val. Maximus in lib. 6. cap. 6. Se ipsi, suosque, et sua omnia publico rogo superjecerunt, ne in Annibalis potestatem venirent." Facc.

Saguntini] „Hispaniae citerioris urbs, socia Romanorum, quam Hannibal initio belli punici secundi anno a. n. ae. 217. expugnavit. Saguntini cum se ad extremum usque defendissent, nec ulla salutis appareret spes, parentes suos, coniuges et liberos interfecerunt, tum igne coniecto in urbem cum ea conflagrarunt. — Est autem hic syllogismus implicitus, cuius tantum una enuntiatio ponitur, reliquae duae reticentur hae: Atqui Saguntini non fuerunt parricidae: ergo licet nonnunquam parentes suos occidere." Wyttenb.

parricidae] „*Patricidae*, septem." Ald. Manut. Ita etiam Cod. Crz. 1. et Edd. Lamb. Colon. Lugd. Hdlb. (s. l. et a.), sed Sylb. Ald. 1517. *paricidae*, ut scribit Osenbrüggen. in Ed. Or. Cic. pro Mil. VII, 17. p. 72 sq., cuius rationes, eo loco in brevius contractas, videsis in: Kieler philolog. Studien: Das altroemische Paricidium (1841. 8. pp. 61): cuius rationem etymologicam, nimirum, ut sit ex παρὰ et *caedere*, improbat Rubino, prof. Marburg., in annalibus Philol. (Neue Zeitschr. f. d. Alterth. Wiss.) 1844. Nr. 42 — 44. Mr.

ergo et parenti etc.] „Nexus orationis hic paullo obscurior est. Series est haec. *Nihilne interest*, est obiicientis. respondetur

in his: *nuda ista si ponas*, i. e. sine adiunctione, de causa caedis. Pergit loqui adversarius, dicens, ex illa opinione de aequalitate peccatorum sequi, Saguntinorum fuisse parricidium: quod esse contra sensum communem et iniustum. hinc ergo intelligi, idem factum alias esse honestum, alias sceleratum etc." Ern.

Ergo et parenti nonnunquam] Ad Ernesti annot. recte animadvertit Gernh., locum eius notâ impeditiorem esse factum, rectiusque Wetzelium haec omnia inde a *Nuda ista* etc. Ciceroni tribuere respondenti. — Verba *et parenti* omissa sunt in Cod. Crz. 1; in eodem est *audivi* pro *adimi*, in Ox. I. *eripi*. „Poenam in parricidas (ita Borg. in annot.) legibus Romanis constitutam, legant harum rerum curiosi Rosc. Amer. 25 sq." Add. H. E. Dirksenii Manuale Latinitatis Fontium Iuris Civilis Rom. v. *Parricidium*, p. 680. b. Nunc add. E. Kaercher, in Beitr. z. Lat. Etymol. u. Lexicogr. I. Lief. 8. Stuttg. 1844. Mr.

et servo saepe sine iniuria non potest.] Vocem *et* omittit Cod. Crz. 1; idem cum Drsd. 4. omittit *saepe;* Drsd. 1. et 3. habent *et saepe servo.* Oxx. I. η. *vita eripi* non *potest* cum Drsd. 4. — „Antiquo iure Romanorum domini in servorum necem potestatem habuerunt. Auctore Modestino libro Digest. 48. ad legem Corneliam de Sicariis, post legem Petroniam et Senatus consulta ad eam legem pertinentia, dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere. Oblato tamen iudici servo, si iusta domini querela sit, poenae tradetur. Hadrianus, ut in eius vita Aelius Spartianus tradit, [c. 18. p. 81. ed. Schrevel. ibiq. Casaubon.] *servos a dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent.*" Frc. Sylv. Add. Dirksen. l. l. p. 884. a. Sed vid. quae congessit de servis eorumque apud Romanos conditione Creuzerus in Antiquitt. Romm. p. 34—74. ed. 2. praecipue de dominorum in servos iure p. 64 sq. et F. Creuzers Deutsche Schriften IV, 1. Zur Roem. Gesch. und Alterthumskunde; ibiq. I. Blicke auf die Sklaverei im alten Rom. p. 1—74. Mr.

Servo] „Quamvis dominis in servorum vitas ius esset, non tamen eo iure sine caussa et ratione uti poterant." Facc.

Causa igitur haec, non natura distinguit:] „Est huius sententiae haec vis: Recte nec ne quis parentem interficiat, non per ipsam naturam iudicandum est, i. e. nude et in abstracto, sed per causam. Causa autem hoc loco habet duplicem significationem. Primum enim notat id, quod vulgo dicitur circumstantia i. e. status et conditio rerum, in qua aliquis est de eiusmodi facto deliberans, veluti exemplo de Saguntinis non simpliciter quaerebatur, quid natura iuberet, nam haec vetabat: sed causa, i. e. tempus,

locus, praesens calamitas aliud iubebant. Deinde etiam causa h. l. sumitur pro causa finali, i. e. proposito animi, consilio. Saepe autem, et quidem non sine efficacia unum nomen plures e suis significationibus simul exserit, ut h. l. *causa.*" Wyttenb. Cod. Drsd. *lapsa* pro *causa.* Crz. 1. *huic* pro *haec*, quod abest a Drsd. 5. In Cod. Suerin. *haec igitur*, in Ox. E. *hoc*, in Ox. I. *haec supradixit* legitur. Crz. 1. habet *naturaliter* pro *natura;* Gud. A. *quo* pro *igitur.* Mr.

Quae quando ultro alteri accessit, id fit propensius, si utrobique] „Alii sic: *Quae quando alteri accessit, et si utrique.* Venetum exemplum ita: *Quae cum utro accessit et utroque*, ut sit *ad utrum* et *ad utrumque.*" Camerar. — „*Quando utro accessit:* Locus hic turpissime erat maculatus, non tam a librariis, quam a sciolis istis audaculis, *uter* pro *utervis* poni." C. Lang. „*Quae quando altero accessit: Altero* i. e. ad alterum." Lambin. „*Cum utro accessit:* pro *utrovis.* Ita locutus lib. III. de Off. *Quae quando uni accessit*, unus. *Quae quoniam ultro accessit*, novem. *Quae quia ultro accessissent*, unus. *Quae quando ultro accessit*, quattuor. *Quae ipsum ultro accessit*, unus. *Quae quia ultro sponte accessit*, unus." Ald. Man. — „*Quae quoniam utro accessit:* Est a Victoriana ed. cui accedunt membranae S. Victoris et Met. [i. e. Metenses]: nam Pithoeanae et reliquae *ultro.* Vulgo: *quae quoniam alteri accessit.*" Gruter.

quae quando utro accessit] „Sic MSS. Al. *quae quoniam ultro accessit.* Edd. *quae quando alteri accessit.* Ed. Grut. *Quae quoniam utro accessit.*" Graevius. „Haec *(quando utro)* est vera lectio, saepe illa vitiata in libris, qui habent saepe *ultro*, item *alteri. Utro* est pro *utrovis*, in utramlibet partem." Ern. „i. e. quae causa (vulgo circumstantia) ad utrum ex duobus accesserit, id fit propensius i. e. propendit, gravius est, majus habet pondus, ut nos ad agendum moveat. Sed hoc loco *utro* obest sententiae, nec cum *quando* congruit: ut legendum videatur vel *quando alteri accessit*, aut (sine *quando*): *utro accessit*, i. e. in quamcunque ex duabus oppositis rebus accesserit. In hac autem constructione *utro* et *utroque* accipienda sunt pro adverbiis." Wytt.

quando alteri] „Al. *quando utri.* Si ex duobus, quae suapte natura paria sunt, caussae plures et graviores alteri accedant, id ob eas ipsas caussas latius funditur." Facc.

Quae quando utro accessit, id fit propensius] „*Propensius* i. e. magis extensum. Sed legere malim *protensius.*" Facc. „Sumptum est vocabulum a libra, cuius aequatae lances cum sunt, altera in-

clinatur, descendit, propendet, cum aliquid alterutri adiectum est, quod momentum faciat." Ern. Laudat Borg. commode Cic. de Or. II, 44: *sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent.* Mr.

quae utro accessit] Ita dedi ex emendatione Wyttenbachii, quae in tanta lectionis et coniecturarum varietate optima visa est, quaeque ita probatur Madvigio in Opuscc. Acadd. Havn. 1834. 8. p. 481 sq., ut explicandum censeat *utro:* ad utrumcunque. Cum quo plane consentio. Sed videamus tamen libros: Legitur *quoniam* in Oxx. E. I. U. η. Crz. 1. 2. Drsd. 5. Edd. Lamb. et Col. Grut. Gron. Verb. Oliv. Rob. Steph. Vict. et prob. Bentlejus; *quando* in Oxx. N. ψ. Drsd. 3. Gud. A. B. Bern. Duisb. Crz. 3. Suerin. et Edd. omnibus praeter eas, quae habent *quoniam; quia* in Ox. ψ. Drsd. 1; *quam* in Drsd. 2. Quae varietas coniunctionum satis, opinor, probat omnes esse ab aliena manu assutas. Tum *ultro* est in Oxx. (excepto I.) omnibus, Duisb. Suerin. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. (in hoc est *quando clam ultro)* 4. 5. Bern. Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. 1514. Par. s. a. 1507. 1512. Lugd. Arg. Asc. 1511. et marg. Crat.; *altero* est in Crz. 3. Edd. Lamb. et Col.; *alteri* habent Edd. Magn. Man. Crat. Car. Steph. Aldd. tres, Par. 1543. Sturm. Aud. Tal. Boul. Sylb. Lambb. Goth. H. Wolf.; denique *ultro alteri* est in Edd. Herw. et Cam. Mireris, neminem exstitisse, qui ex hac lectionum farragine coniiceret *alterutri* vel *alteri utri.* Mr.

id fit propensius] Cod. Gud. A. omittit *fit.* Cod. Ox. E. *Saguntinius id fit prop.* Ox. I. et Drsd. 4. *Saguntinis id fit propensius.* Ad seqq. Ald. Man.: „*Utroque* novem. *Utraque*, duo. *Uterque*, unus. *Utramque*, unus. *Utrobique*, tres. *Utrique*, tres. Sequitur *coniuncta* in decem Codd.; octo *adiuncta.*" Legitur *sin* pro *si* in Cod. Drsd. 1. (qui pergit *utruque* [sic]) Drsd. 2. 3. In Drsd. 3. est *utraque;* in Ox. I. η. Crz. 2. Gud. A. *coniuncta* itemque in Bern. Bas. Guelf. Drsd. 5. Idem cum Drsd. 4. Crz. 3. Drsd. 2. 4. *est* pro *sit.* Variant etiam aliquantum Edd. Sic Suffr. Petr. habet *sin.* Ed. Asc. 1511. et Par. s. a. *sin utrobique coniuncta sit;* Arg. *si utrobique adiuncta est;* Boul. Ald. 1548. Sturm. Par. 1543. *si utrique coniuncta est;* Herw. et Cam. *si utrobique coniuncta est;* Edd. Crat. Magn. Man. Grut. Gron. Graev. Ern. itemque Ald. 1517. 1552. Sylb. H. Wolf. Lambb. Goth. Oliv. Gernh. *si utroque adiuncta sit.* Ego dedi *si utroque adiuncta est* ex Codd. quos dixi et Edd. prc. 1465. Vict. Lamb. Suffr. Petr. nostris Par. s. a. Colon. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. (sed haec *sit* pro *si*) Rob. Steph. Car. Steph. Ed. ap. Meus. et Or.

itemque Orellii Codd. Bern. Bas. Guelf. Solus Cod. Crz. 1. habet *si uterque utroque coniuncta est*, sola Ed. Aud. Tal. *si utrique adiuncta est*. Illud autem *sit*, quod tam multi exhibent, ortum est sine dubio ex veteri scriptione *adiuncta'st*. Mr.

Illud tamen interest,] Cod. Drsd. 2. *illud tamen est inter*. Gud. A. *id tamen*. Cod. Drsd. 4. (qui, pro *fiant*, habet etiam *fiat)* in seqq. *quod si servo*. Tum pro *adsit*, quod habet Gernh. cum multis, dedi *si id fit*, cum Or., ex Codd. Bern. Bas. sex Aldi, Oxx. η. ψ. Duisb. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Crz. 2. Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Vict. Suffr. Petr. Lambb. nostris Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. s. a. 1507. 1512. Arg. Lugd. Dav. Sturm. Aud. Tal. Asc. 1511. Rob. Steph. Boul. Goth. Ald. 1548. Par. 1549. In Cod. Crz. 1. est *si sit inj.*, in Gud. B. (qui in antecedentibus habet *vel pp quid in servo) id sit pp. iniuriam*, Gud. A. et uno Aldi *si id fiat inj.* Ox. σ. omittit verba *si — procreavit*, Ox. E. habet *si id iniuria;* unus Aldi *si fit iniuria;* alius eiusdem *si adsint iniuriae*. Mr.

semel peccatur — multa peccantur] Mireris sane, quod iam H. Wolf. et Aud. Talaeus animadverterunt, hoc loco Ciceronem ipsum (ut ipsius verbis utar) in Stoicorum dumeta correpere. Quod si enim fieri potest, ut in uno peccato multa peccentur, eo ipso id unum peccatum aliis peccatis, in quibus non tam multa peccantur, fieri maius necesse est: quod si est, ut negari nequit, omni sua disputatione nihil effecit, nisi, quod nemo dubitat, peccata omnia esse peccata. — In Codd. Drsd. 1. et 3. legitur *si in patris*, in Suerin. *violanda vita*, in Codd. Drsd. 2. et 4. *multum peccatur;* tum Gud. A. *progenuit*, Ox. I. *procreavit te*, — *aluit te*, — *erudivit te*; Crz. 3. ter *iis* pro *is;* Crz. 1. *qui aliud aluit*, sed mediam vocem altera manus delevit. Idem pergit ταυτολογικῶς: *is qui nutrivit*, *is qui erud.* Tum Gud. B. et Suerin. *in domo ac sede* cum Crz. 1. Sed plura in his variantur in Codd. Aldi. Ita enim hic: „*Is*, *qui in domo ac sede et in rep.*, quattuor. *Is qui in domo ac sede ac in rep.*, duo. *Is qui in sede ac domo ac rep.*, duo. *Is qui in domo ac sede atque in rep.*, duo. *Is qui in sede ac in domo atque in rep.*, duo. *Is qui in domo in sede atque in rep.*, unus." Cod. Drsd. 3. *et domo*. Drsd. 5. *ac rep.* Post *rep.* in Crz. 3. scripta erant, quae paullo inferius sequuntur: *eoque poena maiore dignus est:* sed ab eadem manu deleta sunt. Ox. I. quartum addit *te*, exhibens *collocavit te*. Frc. etiam Sylv. se in uno Cod. scriptum invenisse refert: *is qui in domo*, *in sede*, *in republ. collocavit*. Mr.

Multitudine peccatorum praestat,] Cod. Gud. B. *multitudinem*

cum Drsd. 5.; Oxx. E. I. habent cum Drsd. 4. *multitudine ergo peccatorum praestat.* Sed pro *praestat* habent *peccatur* octo Codd. Aldi; *peccat*, unus; *peccavit*, unus. *Peccatur* est etiam in Cod. Suerin. et Oxx. η. σ. ψ. Drsd. 2. Sic etiam Th. Bentlej. et deinde *dignum est.* In Drsd. 2. omittuntur verba *in patris — peccantur.*; *peccat* in Drsd. 1. et 3. Unus Aldi pro *eoque* habet *ergo*, Suer. *eaque*; tum Drsd. 4. *maiori poena*; Gud. A. *eoque dignius est maiore* (om. *poena*). Ox. η. omittit *est*. Ox. ψ. pergit *si* pro *sed*; Drsd. 4. *quae non cuique quae peccato.* Drsd. 5. omittit *peccato*; Gud. A. habet *sit poena*; Drsd. 4. omittit *spectare*; Drsd. 5. habet *exspectare*. Mr. „*Praestat*, i. e. praeponderat.“ Frc. Sylv.

In patris vita violanda] „Dictio *violanda* abesse poterat sententia salva, et ingrata heic est auribus, cum statim iterum sequatur.“ Gruter. Neminem Gruterus obsequentem nactus est. Et merito. Mr.

qui erudivit — —dignus est.] Ad verba confert Borg. Cic. de Inv. I, 54: *apud quos educatus sit, a quibus eruditus*; de Or. II, 28: *quem procrearit et eduxerit*; ad Famm. VI, 5: *ita enim natus, ita eductus es* (Or. cum Lamb. et Crat. *educatus*). Hom. Odyss. II, 131. ἥ μ' ἔτεκε, ἥ μ' ἔθρεψε: (miro errore pro ἔτεκ'): III, 28: γενέσθαι τε τραφέμεν τε. *Sedes* et *domus* iunguntur de Rep. II, 5. VI, 12; Verr. II, 65; *sedes* ac *domicilium* ib. II, 3; *sedes* et *agri* ib. III, 55. — Wytt. ad v. *dignus est* annotavit: „subaudiendum *parricida*, quod in antecedentibus non quidem diserte positum est, sed intelligitur.“ — Idem ad v. *in vita*: „i. e. in actionibus nostris, in societate et consuetudine cum aliis hominibus. Sic *vita* et in hoc paradoxo et in ceteris saepe dicitur.“ Idem ad v. *liceat*: „*Licet* aliquid proprie dicitur de legibus civilibus, quae aliquid permittunt, nec tamen iubent, quandoquidem eiusmodi actio spectatur, ut quae possit vel committi vel omitti: nam extra leges civiles secundum legem naturalem, ratione quidem Stoicorum, nihil licet, i. e. nihil adeo indifferens est, ut possit aut omitti aut committi, sed lex omnia vel iubet vel vetat.“ Mr.

Quicquid non oportet, scelus esse.] Vocem *non* omittit Gud. B. In Crz. 3. loco verbi *oportet* scriptum est ὂχ. Gud. B. habet *ne licet.* Pro praecedente *liceat* est etiam *licet* in Ox. I. In Crz. 2. post *oportet* additur *facere.* Pergunt *scelus est* Codd. Crz. 2. Ox. η. Drsd. 1. 3. 4. In Drsd. 5. est *scelus esse dicemus.* Scribitur *nephas* in Codd. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 1 et 3. Duo posteriores addunt *esse.* Laudat Wetz. ad sententiam Cic. Or. pro Balbo 3, 8: *Fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset.*

Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet. Quicquid vero non licet, certe non oportet. — *Decere* et *licere* sibi invicem opponuntur pro Marc. 10; *licere* et *nefas esse* pro Balbo 4. Mr.

quicquid non oportet,] „Elliptice dicitur, pro oportet aliquid non facere.. Iam vero apud Ciceronem *oportet hoc fieri* idem notat ac justum est, secundum officium est. Vid. Heusing. ad Cic. Off. III, 28. §. 15. Ergo *quicquid non oportet* idem est, ac si dicatur quicquid est contra legem naturalem. Id autem scelus esse putare debemus. Notat autem scelus summum delictum civile: est enim a graeca origine verbi σκέω, tego: hinc dicitur homo *opertus sceleribus* apud Cic.“ Wytt. Non dixit Cicero *opertus sceleribus*, sed *coopertus scelere:* Philipp. XII, 7, 15; et *coopertus sceleribus:* in Verr. Act. II, L. I, 4, 9. Mr. „*Licere* et *oportere* sic distinguit, ut hoc species sit, illud genus.“ Frc. Sylv.

scelus — nefas] Operae pretium est legere, quae de horum vocabulorum sententia et differentia disputat Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 147 sq. qui tamen, de nostro loco loquens, Ciceronem censet non tam ea distinguere voluisse, quam unam eandemque sententiam oratorie dilatare, quare nec *oportere* et *licere* magis ἀντιθέτως, quam συνωνύμως, poni, omnisque sententiae vim esse potius in voce *quicquid* per Anaphoram repetita. Sed conferri velim, quae de utroque vocabulo (*scelus* et *nefas)* eorumque Synonymis disputat in libri Doederleiniani censura, quae est in Jahnii Annalib. Philoll. 1829. III, 1. p. 34 sqq. quam scripsit G. C. F. Lisch, Gymn. Suerin. Praec. Mr.

quicquid non licet,] „Quod vetitum est legibus civilibus, debemus putare *nefas* esse, i. e. item contra legem divinam. Nam *fas* et *nefas* dicitur in lege naturae s. divina, a v. *fari*, unde est *fatum*, quod divinum putatur, prouti a. v. orare est oraculum, quod item divinum censetur. — Sententia argumenti eo redit, ut vir bonus et sapiens non absterreatur a male faciendo magnitudine poenarum, quae delictis positae sunt per leges civiles, sed eandem vim apud eum habeat et lex civilis et lex naturalis. Itaque hanc periodum tali modo dilatando s. per paraphrasin interpretari licet: Nos autem in vitae societate et consuetudine actiones nostras dirigere debemus non magnitudine poenae, quam lex civilis delictis imposuit, sed secundum facultatem bene faciendi, quam cuique homini natura concessit. Quicquid enim contra officium est, id legi naturae repugnat, et eandem vim apud nos habere debet, quam si lege civili pro scelere habeatur: et quicquid lege civili vetitum est, hoc item apud

vis enim, omisso *est*, habent duo Codd. Ald. Man. et Edd. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Lambb. Goth. et Crat. itemque Asc. 1520. Ad loquendi formam Borg. laudat Parad. I, 2: *Quae vis Coclitem* etc. de Or. I, 8: *Quae vis alia potuit.* Mr.

quae magis arceat homines] Quod h. l. dicit *arcere*, eadem sententia dixit Cicero *revocare*, de Or. II, 9. ubi est: *Quis a vitiis acrius revocare potest?* quem locum laudavit Borg. In seqq. habent *ab omni improbitate* Codd. Drsd. 5. Bas. Exc. Eyb. Edd. Lamb. Colon. Lambb. Goth. Boul. Asc. 1511. — In Ox. E. est ab *improbitate animi.* Ad sententiam vere monet Aud. Talaeus: Hoc argumentum in contrariam etiam partem valere poterit, ut si homines senserint in delictis nullum esse discrimen, aeque promti sint ad interficiendum parentem atque gallum gallinaceum, nec magis dubitent hominem necare, quam virgis caedere. Hoc autem commentum Horatius irrisit in Satira 3. libri 1, v. 96 sqq.

Queis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant,
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi." Mr.

quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen:] Vocem *si* omittit Gud. A. Idem habet *nullum discrimen delictis esse.* Crz. 1. *in delictis ullum*, Drsd. 5. *in delictis nullum.* Suerin. *in delicto;* Ox. σ. *in dictis*, Ox. ψ. *in deliciis.* Pergunt Oxx. E. I. *et si senserint, aeque —.* Supra pro *quam* Drsd. 5. habet *quod.* Ante *aeque* addunt *et* Codd. Drsd. 1. 3. Cod. Guelf. Edd. Crat. Magn. Lamb. Colon. Par. s. a. Herw. Cam. Ald. 1517. 1552. 1548. Boul. Asc. 1511. Par. 1543. Sturm. Aud. Tal.; Drsd. 5. habet *sic aeque.* Post *peccare* abest *se* in Codd. Gud. A. Crz. 3. Drsd. 5; in Drsd. 4. est *se peccare.* Drsd. 3. *et aeque peccare. Sed si —.* Drsd. 2. *aut* pro *ac si.* Drsd. 5. *aeque se peccare.* Drsd. 4. Gud. B. miro errore, cum duobus Aldi: *magnis reatibus.* Denique Cod. Duisb. *afferant manus*, Crz. 1. *manus afferunt*, Drsd. 5. *manus afferat*, Gud. A. Crz. 3. *manus inferant.* — „*Afferant* (sic Ald. Man.), quattuordecim; *afferantur*, unus; *inferantur*, unus." In aliis Codd., nescio quibus, Frc. Sylvius ait esse *manum inferant.* Sed variant etiam Edd. Sic *Aeque peccare* (omisso *se*) est in Edd. Ven. 1492. Par. 1507. 1512. Dav.; *et se aeque peccare* in Edd. Ven. 1514. et Arg.; *quae peccare* Ed. Lugd.; *manus inferantur* Edd. Daventr. Crat. Ven. 1492. 1514. Herw. Hdlb. s. l. et a. Par. 1507. 1512. Ald. 1517. Lugd. Arg. Aud. Tal.; *manus inferant* Edd. Facc. Par. 1543. Ald. 1548. 1553. Boul. H. Wolf. Sturm. Lambb. Sylb.; *manus afferantur* sola habet Ed. Cam. Fluctuat Ciceronis usus inter verba *afferre et inferre*, in

hac quidem formula: quare unoquoque loco a Codicum auctoritate sola pendet lectio. In Verr. I, 18, 47 (Act. II.) *manus impias ac sacrilegas* *afferre*, ib. III, 24, 60: *equitibus Romanis — manus ab — isto — afferebantur.* Quod vero aeque bene dicitur *afferre manum* et *inferre manum*, id apud alios scriptores fit etiam in formulis *adiicere manum* et *iniicere manum*, *apponere* et *imponere manum.* Mr.

Quamcunque in domum stuprum intulerint,] Cod. Crz. 1. *quacunque in domo; in* omittit Drsd. 3; Gud. A. habet *et in quamcunque domum;* Oxx. E. I. et duo Aldi: *et quamcunque*, Ox. η. *quantumcunque;* Crz. 2. *stupri;* Drsd. 1. *intulerit;* habet Ed. Hdlb. s. l. et a. *intulerunt.* Tum scribitur *labem esse*, inverso ordine in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. et Ed. Asc. 1511; in Drsd. 5. legitur *eandem esse libidinem*, in Drsd. 4. *labem pudoris.* Ad sententiam confert Borg. Cic. pro Caelio 18, 42: *ne incurrat in alterius domum atque familiam.* Mr.

Eandem esse labem libidinis] „*Labes* h. l. dicitur peccantis, non eius, in quem peccatur. Est enim *labi* verbum, quod sensu morali item notat peccare, errare, unde *lapsus* est error et peccatum, *labes* autem, si per lapsum et peccatum quasi macula et contaminatio suscipitur a peccante." Wytt. „*Aeque peccare se* etc.: Hoc argumentum est fallax. Primum enim, si quid est utile societati hominum, non tamen continuo verum est: multi enim errores semel recepti utilius servantur, quam corriguntur. Deinde, hoc argumentum est ἀντιστρέφον, se convertens, potest in contrarium verti: v. c. aliquis deliberet, prodamne patriam? faciam, nam non maius est hoc peccatum, quam si uno obolo socium decipiam." Wytt.

Nihilne igitur interest,] „Quod h. l. Cicero sibi obiicientem fingit adversarium, eum statim refutaturus, id ipsum irridet contra Catonem pro Murena disputans c. 29, quamquam Catonem auctoribus eruditissimis inductum concedit: *paria esse* [dixit Zeno] *peccata omnia: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum*, *qui gallum gallinaceum*, *quum opus non fuerit*, *quam eum*, *qui patrem suffocaverit.*" Xyst. Betuleius. Pro *nihilne* Cod. Ox. I. habet *nihilnum;* Ox. N. *nihilne facere possumus*, *nihilne* —, Ox. ψ. *nihilne num facile possumus*, Ox. I. (post *nihilnum*) pergit: *facere possimus igitur interest*, Ox. N. (post repetitum *nihilne*) *non facile possum interest igitur;* Drsd. 3. *nihilne non facile posse igitur interest*; Crz. 2. *Nichilne non possem facile igitur interest an nullum patratum*, *quod non possit facilius fieri nam hoc diceret*

aliquis. Gud. A. *nihilne vero facile possimus ergo interest.* Vocem *nam* omittit Drsd. 5; in Drsd. 4. Ox. η. est *haec* pro *hoc;* Oxx. E. I. omittunt *nam hoc;* pro *dicet* est *dicat* in Ox. I; dices in Gud. B. *diceret* (ut diximus) in Crz. 2; *dicit* in Crz. 3. Edd. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd. Ven. 1492. 1514. Ed. ap. Meus. — Ad formulam *dicet aliquis* Borg. confert Parad. I, 1: *Quid est igitur, quaeret aliquis, bonum?* Or. pro Caelio 17: *Dicet aliquis: haec igitur est tua disciplina?* laudatque de fictis interrogationibus Quinctilian. IX, 2. p. 772. Ed. Burm. Tum Cod. Crz. 1. *patrem quis necet,* in Oxx. σ. ψ. *necat,* in Drsd. 4. 5. *patremne,* Drsd. 4. *aut servum.* Suerin. *necat aūe servum:* Gud. A. *enecet quis,* Gud. B. *quis nectat;* Duisb. *patremne quis necet aūe servum.* Editiones quoque haud paucae habent *necet* pro *enecet;* laudat Or. Ed. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Vict. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. Accedunt ex nostris Ven. 1492. 1514. et omnes ante Grut. excepta Asc. 1511, in qua, cum optimis libris est *enecet.* Sola Ed. Lugd. habet: *nam servum nuda* etc. Pro *ponas* est *pones* in Edd. Lamb. Suffr. Petr. nostris Ven. 1492. 1514. Colon. Arg. H. Wolf. Ald. 1548. Boul.; *potes* in Ed. Par. 1507. et Lugd. Mr.

Nuda ista si ponas,] „Remota a circumstantiis.“ Ald. Man. *Nuda* i. e. in thesi, sine loco, tempore, causa.“ Facc. „*Nuda* dicuntur pro eo, quod vulgo usurpatur *in abstracto,* non certo loco, tempore, hominibus.“ Wytt. Mencken. in Obss. L. L. p. 662. explicat: Nimis generatim, et, quod vulgo dici solet, sine restrictione aut limitatione, aut non consideratis causis circumstantibus, non additis exemplis posita.“ Mr.

Nuda ista — iudicari — non facile possunt.] Pro *iudicari — possunt* Codd. Oxx. E. I. N. σ. ψ. Suerin. Bern. Bas. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. habent *iudicare — possum;* in Ox. U. est *iudicare — possunt. Possum* habent etiam tredecim Aldi Man. (sine dubio etiam *iudicare:* quamquam ille nihil monet:), duo *possem.* Pro *qualia* est *aequalia* in Ox. E. Scribitur *facile non* (inverso ordine) in Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 2. 3. 5. In Cod. Duisb. est *iudicare — possim.* Ad sententiam confert Gernh. locum de Finn. IV, 27, 76. ubi est: *Item aeque peccat, qui parentem, et qui servum iniuria verberat.* Ad rem autem monet H. Wolfius: „Quid? quod servus reperiri potest, qui adolescenti patris praestiterit officium: et pater, qui procrearit tantum, sed nec aluerit, nec erudierit, nec in sede ac domo, neque in re publica collocarit?“ In seqq. Codd. Gud. A. et Drsd. 5. habent *patrem privare vita;* Crz. 2. *privari.* Mr.

Saguntini] „Ab Hannibale obsessi. Livius lib. XXI. [24.] Polybius lib. III. [17.] Valer. Max. lib. VI. cap. 6. Silius Lib. II. [magna ex parte.] Cicero in Philipp. [V, 10, 27.]. Hinc proverbium *Saguntina fames.*" Ald. Man. De proverbio vide Erasmi et all. Adagia (Ed. Wechel. 1599. f. m.) p. 1436. — „Vid. Florum II, 6." Graev. Conf. ad h. l. interpretes, v. c. in Ed. Hermannid. p. 197—199; Ed. Graevii p. 183—185; ed. Ducker. p. 267—271; Ed. Beger. p. 260. In Cod. Ox. ψ. scribitur *Saguntuni;* Cod. Gud. A. *pates*, quod nihil aliud voluit esse scriba, quam compendium vocis *parentes*. Tum Drsd. 2. habet *emori liberos;* Crz. 2. *vivere servos*. Ad v. *emori* eiusque sententiam vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III, p. 183—185, qui affert locum simillimum ex Or. in Pison. 7: *Huic enim populo ita fuit libertas invita,* [mire est apud Doed. *iuxta,*] *ut emori potius, quam servire praestaret.* Adde E. V. E. Vogel in Prolus. Bipontina a. 1830: Obss. ad aliquot Ciceronis locos p. 27, qui merito miratur, Gernhardum ad Cat. maj. 19, 71. p. 135, laudatum ideo a Doederleinio l. c., docere voluisse, a Cicerone *emoriendi* verbum non usurpari, nisi forma Infinitivi, cum sit Tuscc. I, 4, 96: *tamen non miserabiliter vir clarus emoritur.* Mr.

Saguntini] „ut, praeter alios, narrat Val. Maximus in lib. 6. cap. 6. Se ipsi, suosque, et sua omnia publico rogo superjecerunt, ne in Annibalis potestatem venirent." Facc.

Saguntini] „Hispaniae citerioris urbs, socia Romanorum, quam Hannibal initio belli punici secundi anno a. n. ae. 217. expugnavit. Saguntini cum se ad extremum usque defendissent, nec ulla salutis appareret spes, parentes suos, coniuges et liberos interfecerunt, tum igne coniecto in urbem cum ea conflagrarunt. — Est autem hic syllogismus implicitus, cuius tantum una enuntiatio ponitur, reliquae duae reticentur hae: Atqui Saguntini non fuerunt parricidae: ergo licet nonnunquam parentes suos occidere." Wyttenb.

parricidae] „*Patricidae*, septem." Ald. Manut. Ita etiam Cod. Crz. 1. et Edd. Lamb. Colon. Lugd. Hdlb. (s. l. et a.), sed Sylb. Ald. 1517. *paricidae*, ut scribit Osenbrüggen. in Ed. Or. Cic. pro Mil. VII, 17. p. 72 sq., cuius rationes, eo loco in brevius contractas, videsis in: Kieler philolog. Studien: Das altroemische Paricidium (1841. 8. pp. 61): cuius rationem etymologicam, nimirum, ut sit ex *παρά* et *caedere*, improbat Rubino, prof. Marburg., in annalibus Philol. (Neue Zeitschr. f. d. Alterth. Wiss.) 1844. Nr. 42—44. Mr.

ergo et parenti etc.] „Nexus orationis hic paullo obscurior est. Series est haec. *Nihilne interest*, est obiicientis. respondetur

in his: *nuda ista si ponas*, i. e. sine adiunctione, de causa caedis. Pergit loqui adversarius, dicens, ex illa opinione de aequalitate peccatorum sequi, Saguntinorum fuisse parricidium: quod esse contra sensum communem et iniustum. hinc ergo intelligi, idem factum alias esse honestum, alias sceleratum etc." Ern.

Ergo et parenti nonnunquam] Ad Ernesti annot. recte animadvertit Gernh., locum eius notâ impeditiorem esse factum, rectiusque Wetzelium haec omnia inde a *Nuda ista* etc. Ciceroni tribuere respondenti. — Verba *et parenti* omissa sunt in Cod. Crz. 1; in eodem est *audivi* pro *adimi*, in Ox. I. *eripi*. „Poenam in parricidas (ita Borg. in annot.) legibus Romanis constitutam, legant harum rerum curiosi Rosc. Amer. 25 sq." Add. H. E. Dirksenii Manuale Latinitatis Fontium Iuris Civilis Rom. v. *Parricidium*, p. 680. b. Nunc add. E. Kaercher, in Beitr. z. Lat. Etymol. u. Lexicogr. I. Lief. 8. Stuttg. 1844. Mr.

et servo saepe sine iniuria non potest.] Vocem *et* omittit Cod. Crz. 1; idem cum Drsd. 4. omittit *saepe;* Drsd. 1. et 3. habent *et saepe servo.* Oxx. I. η. *vita eripi* non *potest* cum Drsd. 4. — „Antiquo iure Romanorum domini in servorum necem potestatem habuerunt. Auctore Modestino libro Digest. 48. ad legem Corneliam de Sicariis, post legem Petroniam et Senatus consulta ad eam legem pertinentia, dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere. Oblato tamen iudici servo, si iusta domini querela sit, poenae tradetur. Hadrianus, ut in eius vita Aelius Spartianus tradit, [c. 18. p. 81. ed. Schrevel. ibiq. Casaubon.] *servos a dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent.*" Frc. Sylv. Add. Dirksen. l. l. p. 884. a. Sed vid. quae congessit de servis eorumque apud Romanos conditione Creuzerus in Antiquitt. Romm. p. 34—74. ed. 2. praecipue de dominorum in servos iure p. 64 sq. et F. Creuzers Deutsche Schriften IV, 1. Zur Roem. Gesch. und Alterthumskunde; ibiq. I. Blicke auf die Sklaverei im alten Rom. p. 1—74. Mr.

Servo] „Quamvis dominis in servorum vitas ius esset, non tamen eo iure sine caussa et ratione uti poterant." Facc.

Causa igitur haec, non natura distinguit:] „Est huius sententiae haec vis: Recte nec ne quis parentem interficiat, non per ipsam naturam iudicandum est, i. e. nude et in abstracto, sed per causam. Causa autem hoc loco habet duplicem significationem. Primum enim notat id, quod vulgo dicitur circumstantia i. e. status et conditio rerum, in qua aliquis est de eiusmodi facto deliberans, veluti exemplo de Saguntinis non simpliciter quaerebatur, quid natura iuberet, nam haec vetabat: sed causa, i. e. tempus,

locus, praesens calamitas aliud iubebant. Deinde etiam causa h. l. sumitur pro causa finali, i. e. proposito animi, consilio. Saepe autem, et quidem non sine efficacia unum nomen plures e suis significationibus simul exserit, ut h. l. *causa.*" Wyttenb. Cod. Drsd. *lapsa* pro *causa.* Crz. 1. *huic* pro *haec*, quod abest a Drsd. 5. In Cod. Suerin. *haec igitur*, in Ox. E. *hoc*, in Ox. I. *haec supradixit* legitur. Crz. 1. habet *naturaliter* pro *natura;* Gud. A. *quo* pro *igitur.* Mr.

Quae quando ultro alteri accessit, id fit propensius, si utrobique] „Alii sic: *Quae quando alteri accessit, et si utrique.* Venetum exemplum ita: *Quae cum utro accessit et utroque*, ut sit *ad utrum* et *ad utrumque.*" Camerar. — „*Quando utro accessit:* Locus hic turpissime erat maculatus, non tam a librariis, quam a sciolis istis audaculis, *uter* pro *utervis* poni." C. Lang. „*Quae quando altero accessit: Altero* i. e. ad alterum." Lambin. „*Cum utro accessit:* pro *utrovis.* Ita locutus lib. III. de Off. *Quae quando uni accessit*, unus. *Quae quoniam ultro accessit*, novem. *Quae quia ultro accessissent*, unus. *Quae quando ultro accessit*, quattuor. *Quae ipsum ultro accessit*, unus. *Quae quia ultro sponte accessit*, unus." Ald. Man. — „*Quae quoniam utro accessit:* Est a Victoriana ed. cui accedunt membranae S. Victoris et Met. [i. e. Metenses]: nam Pithoeanae et reliquae *ultro.* Vulgo: *quae quoniam alteri accessit.*" Gruter.

quae quando utro accessit] „Sic MSS. Al. *quae quoniam ultro accessit.* Edd. *quae quando alteri accessit.* Ed. Grut. *Quae quoniam utro accessit.*" Graevius. „Haec *(quando utro)* est vera lectio, saepe illa vitiata in libris, qui habent saepe *ultro*, item *alteri.* *Utro* est pro *utrovis*, in utramlibet partem." Ern. „i. e. quae causa (vulgo circumstantia) ad utrum ex duobus accesserit, id fit propensius i. e. propendit, gravius est, majus habet pondus, ut nos ad agendum moveat. Sed hoc loco *utro* obest sententiae, nec cum *quando* congruit: ut legendum videatur vel *quando alteri accessit*, aut (sine *quando*)*: utro accessit*, i. e. in quamcunque ex duabus oppositis rebus accesserit. In hac autem constructione *utro* et *utroque* accipienda sunt pro adverbiis." Wytt.

quando alteri] „Al. *quando utri.* Si ex duobus, quae suapte natura paria sunt, caussae plures et graviores alteri accedant, id ob eas ipsas caussas latius funditur." Facc.

Quae quando utro accessit, id fit propensius] „*Propensius* i. e. magis extensum. Sed legere malim *protensius.*" Facc. „Sumptum est vocabulum a libra, cuius aequatae lances cum sunt, altera in-

clinatur, descendit, propendet, cum aliquid alterutri adiectum est, quod momentum faciat." Ern. Laudat Borg. commode Cic. de Or. II, 44: *sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent.* Mr.

quae utro accessit] Ita dedi ex emendatione Wyttenbachii, quae in tanta lectionis et coniecturarum varietate optima visa est, quaeque ita probatur Madvigio in Opuscc. Acadd. Havn. 1834. 8. p. 481 sq., ut explicandum censeat *utro:* ad utrumcunque. Cum quo plane consentio. Sed videamus tamen libros: Legitur *quoniam* in Oxx. E. I. U. η. Crz. 1. 2. Drsd. 5. Edd. Lamb. et Col. Grut. Gron. Verb. Oliv. Rob. Steph. Vict. et prob. Bentlejus; *quando* in Oxx. N. ψ. Drsd. 3. Gud. A. B. Bern. Duisb. Crz. 3. Suerin. et Edd. omnibus praeter eas, quae habent *quoniam; quia* in Ox. ψ. Drsd. 1; *quam* in Drsd. 2. Quae varietas coniunctionum satis, opinor, probat omnes esse ab aliena manu assutas. Tum *ultro* est in Oxx. (excepto I.) omnibus, Duisb. Suerin. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. (in hoc est *quando clam ultro)* 4. 5. Bern. Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. 1514. Par. s. a. 1507. 1512. Lugd. Arg. Asc. 1511. et marg. Crat.; *altero* est in Crz. 3. Edd. Lamb. et Col.; *alteri* habent Edd. Magn. Man. Crat. Car. Steph. Aldd. tres, Par. 1543. Sturm. Aud. Tal. Boul. Sylb. Lambb. Goth. H. Wolf.; denique *ultro alteri* est in Edd. Herw. et Cam. Mireris, neminem exstitisse, qui ex hac lectionum farragine coniiceret *alterutri* vel *alteri utri.* Mr.

id fit propensius] Cod. Gud. A. omittit *fit.* Cod. Ox. E. *Saguntinius id fit prop.* Ox. I. et Drsd. 4. *Saguntinis id fit propensius.* Ad seqq. Ald. Man.: „*Utroque* novem. *Utraque,* duo. *Uterque,* unus. *Utramque,* unus. *Utrobique,* tres. *Utrique,* tres. Sequitur *coniuncta* in decem Codd.; octo *adiuncta.*" Legitur *sin* pro *si* in Cod. Drsd. 1. (qui pergit *utruque* [sic]) Drsd. 2. 3. In Drsd. 3. est *utraque;* in Ox. I. η. Crz. 2. Gud. A. *coniuncta* itemque in Bern. Bas. Guelf. Drsd. 5. Idem cum Drsd. 4. Crz. 3. Drsd. 2. 4. *est* pro *sit.* Variant etiam aliquantum Edd. Sic Suffr. Petr. habet *sin.* Ed. Asc. 1511. et Par. s. a. *sin utrobique coniuncta sit;* Arg. *si utrobique adiuncta est;* Boul. Ald. 1548. Sturm. Par. 1543. *si utrique coniuncta est;* Herw. et Cam. *si utrobique coniuncta est;* Edd. Crat. Magn. Man. Grut. Gron. Graev. Ern. itemque Ald. 1517. 1552. Sylb. H. Wolf. Lambb. Goth. Oliv. Gernh. *si utroque adiuncta sit.* Ego dedi *si utroque adiuncta est* ex Codd. quos dixi et Edd. prc. 1465. Vict. Lamb. Suffr. Petr. nostris Par. s. a. Colon. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Lugd. (sed haec *sit* pro *si*) Rob. Steph. Car. Steph. Ed. ap. Meus. et Or.

itemque Orellii Codd. Bern. Bas. Guelf. Solus Cod. Crz. 1. habet *si uterque utroque coniuncta est*, sola Ed. Aud. Tal. *si utrique adiuncta est*. Illud autem *sit*, quod tam multi exhibent, ortum est sine dubio ex veteri scriptione *adiuncta'st*. Mr.

Illud tamen interest,] Cod. Drsd. 2. *illud tamen est inter*. Gud. A. *id tamen*. Cod. Drsd. 4. (qui, pro *fiant*, habet etiam *fiat)* in seqq. *quod si servo*. Tum pro *adsit*, quod habet Gernh. cum multis, dedi *si id fit*, cum Or., ex Codd. Bern. Bas. sex Aldi, Oxx. η. ψ. Duisb. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Crz. 2. Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Vict. Suffr. Petr. Lambb. nostris Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. s. a. 1507. 1512. Arg. Lugd. Dav. Sturm. Aud. Tal. Asc. 1511. Rob. Steph. Boul. Goth. Ald. 1548. Par. 1549. In Cod. Crz. 1. est *si sit inj.*, in Gud. B. (qui in antecedentibus habet *vel pp quid in servo) id sit pp. iniuriam*, Gud. A. et uno Aldi *si id fiat inj.* Ox. σ. omittit verba *si — procreavit*, Ox. E. habet *si id iniuria;* unus Aldi *si fit iniuria;* alius eiusdem *si adsint iniuriae*. Mr.

semel peccatur — multa peccantur] Mireris sane, quod iam H. Wolf. et Aud. Talaeus animadverterunt, hoc loco Ciceronem ipsum (ut ipsius verbis utar) in Stoicorum dumeta correpere. Quod si enim fieri potest, ut in uno peccato multa peccentur, eo ipso id unum peccatum aliis peccatis, in quibus non tam multa peccantur, fieri maius necesse est: quod si est, ut negari nequit, omni sua disputatione nihil effecit, nisi, quod nemo dubitat, peccata omnia esse peccata. — In Codd. Drsd. 1. et 3. legitur *si in patris*, in Suerin. *violanda vita*, in Codd. Drsd. 2. et 4. *multum peccatur;* tum Gud. A. *progenuit*, Ox. I. *procreavit te, — aluit te, — erudivit te*; Crz. 3. ter *iis* pro *is;* Crz. 1. *qui aliud aluit*, sed mediam vocem altera manus delevit. Idem pergit ταυτολογικῶς: *is qui nutrivit, is qui erud.* Tum Gud. B. et Suerin. *in domo ac sede* cum Crz. 1. Sed plura in his variantur in Codd. Aldi. Ita enim hic: „*Is, qui in domo ac sede et in rep.*, quattuor. *Is qui in domo ac sede ac in rep.*, duo. *Is qui in sede ac domo ac rep.*, duo. *Is qui in domo ac sede atque in rep.*, duo. *Is qui in sede ac in domo atque in rep.*, duo. *Is qui in domo in sede atque in rep.*, unus.“ Cod. Drsd. 3. *et domo*. Drsd. 5. *ac rep.* Post *rep.* in Crz. 3. scripta erant, quae paullo inferius sequuntur: *eoque poena maiore dignus est:* sed ab eadem manu deleta sunt. Ox. I. quartum addit *te*, exhibens *collocavit te*. Frc. etiam Sylv. se in uno Cod. scriptum invenisse refert: *is qui in domo, in sede, in republ. collocavit*. Mr.

Multitudine peccatorum praestat,] Cod. Gud. B. *multitudinem*

cum Drsd. 5.; Oxx. E. I. habent cum Drsd. 4. *multitudine ergo peccatorum praestat.* Sed pro *praestat* habent *peccatur* octo Codd. Aldi; *peccat*, unus; *peccavit*, unus. *Peccatur* est etiam in Cod. Suerin. et Oxx. η. σ. ψ. Drsd. 2. Sic etiam Th. Bentlej. et deinde *dignum est.* In Drsd. 2. omittuntur verba *in patris — peccantur.; peccat* in Drsd. 1. et 3. Unus Aldi pro *eoque* habet *ergo*, Suer. *eaque;* tum Drsd. 4. *maiori poena;* Gud. A. *eoque dignius est maiore* (om. *poena*). Ox. η. omittit *est.* Ox. ψ. pergit *si* pro *sed;* Drsd. 4. *quae non cuique quae peccato.* Drsd. 5. omittit *peccato;* Gud. A. habet *sit poena;* Drsd. 4. omittit *spectare;* Drsd. 5. habet *exspectare.* Mr. „*Praestat*, i. e. praeponderat." Frc. Sylv.

In patris vita violanda] „Dictio *violanda* abesse poterat sententia salva, et ingrata heic est auribus, cum statim iterum sequatur." Gruter. Neminem Gruterus obsequentem nactus est. Et merito. Mr.

qui erudivit — —dignus est.] Ad verba confert Borg. Cic. de Inv. I, 54: *apud quos educatus sit, a quibus eruditus;* de Or. II, 28: *quem procrearit et eduxerit;* ad Famm. VI, 5: *ita enim natus, ita eductus es* (Or. cum Lamb. et Crat. *educatus).* Hom. Odyss. II, 131. ἥ μ' ἔτεχε, ἥ μ' ἔθρεψε: (miro errore pro ἔτεχ'): III, 28: γενέσθαι τε τραφέμεν τε. *Sedes* et *domus* iunguntur de Rep. II, 5. VI, 12; Verr. II, 65; *sedes* ac *domicilium* ib. II, 3; *sedes* et *agri* ib. III, 55. — Wytt. ad v. *dignus est* annotavit: „subaudiendum *parricida*, quod in antecedentibus non quidem diserte positum est, sed intelligitur." — Idem ad v. *in vita:* „i. e. in actionibus nostris, in societate et consuetudine cum aliis hominibus. Sic *vita* et in hoc paradoxo et in ceteris saepe dicitur." Idem ad v. *liceat:* „*Licet* aliquid proprie dicitur de legibus civilibus, quae aliquid permittunt, nec tamen iubent, quandoquidem eiusmodi actio spectatur, ut quae possit vel committi vel omitti: nam extra leges civiles secundum legem naturalem, ratione quidem Stoicorum, nihil licet, i. e. nihil adeo indifferens est, ut possit aut omitti aut committi, sed lex omnia vel iubet vel vetat." Mr.

Quicquid non oportet, scelus esse.] Vocem *non* omittit Gud. B. In Crz. 3. loco verbi *oportet* scriptum est ōz. Gud. B. habet *ne licet.* Pro praecedente *liceat* est etiam *licet* in Ox. I. In Crz. 2. post *oportet* additur *facere.* Pergunt *scelus est* Codd. Crz. 2. Ox. η. Drsd. 1. 3. 4. In Drsd. 5. est *scelus esse dicemus.* Scribitur *nephas* in Codd. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 1 et 3. Duo posteriores addunt *esse.* Laudat Wetz. ad sententiam Cic. Or. pro Balbo 3, 8: *Fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset.*

Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet. Quicquid vero non licet, certe non oportet. — *Decere* et *licere* sibi invicem opponuntur pro Marc. 10; *licere* et *nefas esse* pro Balbo 4. Mr.

quicquid non oportet,] „Elliptice dicitur, pro oportet aliquid non facere.. Iam vero apud Ciceronem *oportet hoc fieri* idem notat ac justum est, secundum officium est. Vid. Heusing. ad Cic. Off. III, 28. §. 15. Ergo *quicquid non oportet* idem est, ac si dicatur quicquid est contra legem naturalem. Id autem scelus esse putare debemus. Notat autem scelus summum delictum civile: est enim a graeca origine verbi σκέω, tego: hinc dicitur homo *opertus sceleribus* apud Cic.“ Wytt. Non dixit Cicero *opertus sceleribus*, sed *coopertus scelere:* Philipp. XII, 7, 15; et *coopertus sceleribus:* in Verr. Act. II, L. I, 4, 9. Mr. „*Licere* et *oportere* sic distinguit, ut hoc species sit, illud genus.“ Frc. Sylv.

scelus — nefas] Operae pretium est legere, quae de horum vocabulorum sententia et differentia disputat Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 147 sq. qui tamen, de nostro loco loquens, Ciceronem censet non tam ea distinguere voluisse, quam unam eandemque sententiam oratorie dilatare, quare nec *oportere* et *licere* magis ἀντιθέτως, quam συνωνύμως, poni, omnisque sententiae vim esse potius in voce *quicquid* per Anaphoram repetita. Sed conferri velim, quae de utroque vocabulo *(scelus* et *nefas)* eorumque Synonymis disputat in libri Doederleiniani censura, quae est in Jahnii Annalib. Philoll. 1829. III, 1. p. 34 sqq. quam scripsit G. C. F. Lisch, Gymn. Suerin. Praec. Mr.

quicquid non licet,] „Quod vetitum est legibus civilibus, debemus putare *nefas* esse, i. e. item contra legem divinam. Nam *fas* et *nefas* dicitur in lege naturae s. divina, a v. *fari*, unde est *fatum*, quod divinum putatur, prouti a. v. orare est oraculum, quod item divinum censetur. — Sententia argumenti eo redit, ut vir bonus et sapiens non absterreatur a male faciendo magnitudine poenarum, quae delictis positae sunt per leges civiles, sed eandem vim apud eum habeat et lex civilis et lex naturalis. Itaque hanc periodum tali modo dilatando s. per paraphrasin interpretari licet: Nos autem in vitae societate et consuetudine actiones nostras dirigere debemus non magnitudine poenae, quam lex civilis delictis imposuit, sed secundum facultatem bene faciendi, quam cuique homini natura concessit. Quicquid enim contra officium est, id legi naturae repugnat, et eandem vim apud nos habere debet, quam si lege civili pro scelere habeatur: et quicquid lege civili vetitum est, hoc item apud

nos eandem vim habere debet, ac si lege naturae ac divina interdictum esset." Wyttenb.

Etiamne in minimis rebus? Etiam:] Pro *etiamne*, ex perperam lecto compendio, est *etne* in Cod. Ox. E. et Crz. 2. In Drsd. 5. legitur *etiam dicent aliqui ne in min. rebus?* Glossâ in mediam vocem receptâ. Pro *etiamne* refert Or. in Edd. Crat. Magn. et Man. esse *Etiam:* quod de Cratandrina certe verum non est. Una tantum ex nostris, Aldina 1552., non habet particulam adnexam *ne*. Quod autem idem refert, omitti *etiam* post *rebus* in Edd. prc. 1465. Ed. ap. Meus. Crat. et Magn., id etiam factum est in nostris Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. 1514. Dav. Arg. Par. 1507. 1512. Lugd. et Ald. 1517. cum quibus faciunt Codd. Oxx. E. η. Drsd. 1. 3. Vocem *rebus* omittit Ox. ψ. Mr.

etiam] „Est respondentis Ciceronis. Proxima: *Siquidem — tenere possumus*, continent rationem, quasi dicatur: nam actionum nostrarum consequentias suis terminis circumscribere non possumus, at animorum nostrorum cupiditatem suis terminis coërcere possumus. In ratione autem grammatica observandus est primum elegans usus repetitionis in nomine *modus*, quod priore loco notat terminum, quasi numerum sive mensuram: posteriore autem est regimen, gubernatio: est enim a Graeco μέδω, unde *modus*, hinc *moderor*, *modestus*. Altèra elegantia est in repetitione verbi finalis *possumus*." Wyttenb.

rerum modum figere non possumus:] „*Fingere* omnes quidem habent libri: sed videri possit legendum *figere*. Sic Horat. Oda 15. lib. III. [2.]: *Tandem nequitiae fige modum tuae*." Lambin. „*Modum figere* i. e. cum labi semel coeperis aut ruere, difficile est consistere et inhibere gradum, nec longius progredi. Alii *fingere* legunt." H. Wolf.

figere] „Ita legendum; non, ut vulgo legitur, *fingere*. Figere autem non possumus rerum modum, quia, ut Cicero scribit in Academ. 4. cap. 29. *natura nullam dedit nobis cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus, quatenus*. Ex hoc ipso Zeno colligebat, peccata esse aequalia, ut scribit Sextus Empiricus adversus Mathemat. cap. 23." Facc.

rerum modum figere] „Non inepte; responderet enim bene verbo, quod sequitur, *tenere*." Wetzel. „Cicero scripsisse videtur *figere*, i. e. ponere: unde termini ac limites dicuntur *fixi*. Est haec emendatio Lambini." Wyttenb. Recepit *figere* post Facciolatum etiam Schützius; Gernhardus et Or. non item: quorum prior recte explicat: rerum causas, nexum et eventum praescribere, regere et, quo minus res minimae, nobis invitis, magnae evadant,

prohibere non possumus; nostrum est nostrae voluntatis imperium. Recte item Borgersius: *Fingere* est *terminare.* De N. D. II, 59: *Lingua vocem, immoderate profusam, fingit et terminat.* Parad. VI, 3: *Victu atque cultu terminatur pecuniae modus.* Tuscc. II, 19: *Nunquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.* — *Modum tenere* est *moderari.* Sic pro Cael. 18: *Vincat aliquando cupiditas — rationem, dummodo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur.* Phil. V, 18: *ne verendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari.* — Iam Frc. Sylv. *fingere* explicat: „*componere et statuere.*" Mireris autem non vidisse Lambinum eiusque sententiam secutos, Horatianum illud *fige modum* esse aliud quid, quam quod Cicero dicit *modum fingere rerum;* hoc enim est *rerum causas regere,* illud Horatianum, *coërce,* ne longius latiusque serpat. Mr.

rerum modum fingere] Nihil differunt Codd. MSS. et Edd. nisi quod Lambinum secuti sunt H. Wolf. Forc. et Schtz. et quae sola Lambini textum accurate reddidit Ed. Colon. 1576. Duo etiam variant Codd. MSS. quod factum est, cum oculi scribae propter vocabulorum similitudinem aberrarent. Ita Ox. ψ. habet *siquidem rerum modus tenere possumus. Histrio* —, omissis interponendis; Drsd. 4.: *siquidem rerum modum tenere possumus,* iisdem omissis. Drsd. 1. 5. Crz. 1. 2. Gud. A. exhibent *modum rerum,* quibus accedit Drsd. 3., in quo pro *tenere* item est *fingere*, quae est correctio hominis sibi in Cicerone corrigendo placentis. Codd. Ox. I. Drsd. 1. habent in fine *possimus.* Post *animorum* eiecit repetitam vocem *modum* Lambinus, cum quo faciunt Edd. Colon. H. Wolf. Facc. et hic quidem in utraque sua Ed. (a. 1720, Patavina et a. 1747. Veneta.) quod in lectione *figere* in secunda tantum fecit. Solus Gud. A. habet *tenere modum.* Si liberius quid audere velles, posses inverso ordine, ad nostrum sensum suavius, ita coniicere: *si quidem animorum modum tenere possumus, rerum modum fingere non possumus.* Ceterum non primus fuit Lambinus, qui abiiceret repetitam vocem *modum.* Abest ea iam ab Ed. Ald. 1552, quae est Aldi filiorum, eamque habet in lemmate annotationis Ald. Manutius (nepos), qui Codices suos omnes (erant undeviginti) habere eam vocem confirmat. Quid sit *animorum modum* explicat Frc. Sylvius: „limitem et lineas, quas transire non oporteat." Mr.

Histrio si paullum] Scribitur *Hystrio* in Cod. Crz. 2. Pro *paullum* habent *paullulum* cum Ed. Ascens. 1511. Codd. Ox. η. ψ. Sucrin. septem Aldi, Crz. 1. 2. Bas. Cod. Drsd. 4. habet *si se paulum;* legitur *paulo* in Codd. Crz. 3. duobus Aldi, Gud. B.

Edd. prc. Magn. Hdlb. Par. 1507. 1512. 1543. Lugd. Arg. Ven. 1492. 1514. Ald. 1548. 1552. Car. Steph. Boul. Sylb. Herwag., sed Edd. Crat. Man. Ald. 1517. Sturm. habent *si paulo se moveat;* unus apud Aldum Man. habet *si pannum.* Mr.

Histrio] Huc facit locus de Off. I, 35, 129: *Nec vero histrionibus oratoribusque concedendum est, ut iis haec apta sint, nobis dissoluta.* Conf. quae attulit I. B. Carpzov. in libro utilissimo et doctissimo, qui inscribitur: Paradoxon Stoicum Aristonis Chii: "Ὅμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκρίτῃ τὸν σοφόν (Lips. 1722. 8.) p. 130 et 139., ubi ex Suetonio Vit. Neron. cap. 26. refert lapidibus histriones ac pantomimos esse obrutos, si minus placerent, ipsumque Neronem lapides in eos coniecisse cum omni populo. Mr. „*Histrio* est actor scenicus. Vox est origine Hetrusca. Nam ab illo populo Romani scenae actores acceperunt." Wytt. Vid. I. C. Amadutii Alphab. vett. Etruscorum (Romae 1775. f. m.), ubi vid. in Lexico Vocum Etruscarum p. LXXI. a. v. *Hister.* Nieupoorti Antiquitt. Romm. ed. Gesner. p. 309; Reiz. Vorles. üb. d. Roem. Alterth. p. 588; C. I. G. Haymann. Anm. üb. Nieupoort. (Drsd. 1786. 8.) p. 123. Laudat Borg. ad h. l. Epistolas Sodalium Philomathiae (a G. L. Mahnio a. 1813. Zierizeae editas) p. 265. Cic. de Or. I, 5. — Franc. Sylv., cum in libro, quo utebatur, legisset: *si paulo se moveat*, adscripsit ad h. l.: „In Cod. antiquo melius scriptum videtur: *si paululum se moverit.*" Quod ad *paulo* recte praetulit alterum; Futurum exactum *moverit* non melius est coniunctivo. Sed recte monuit, motum histrionis fuisse quasi saltationem ad numerum. Mr.

si paullum se movit extra numerum,] „Hoc est, si non commode saltavit aut in saltando peccavit contra leges saltationis. *Numeri* tam ad musicam pertinent, quam ad saltationem. De musicis Virgilius [Eclog. IX, 45.]:

Numeros memini, si verba tenerem;

de saltationum numeris Persius Sat. V. [123 sq. ibiq. Casaub. p. 433.]

— — — *nec, cum sis cetera fossor,*
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Sic enim hunc locum recte restituit Casaubonus, quem vide. *Moveri ad numerum* est saltare. Lucret. lib. II. [631.]

Ludunt in numerumque exultant sanguine laeti." Graevius. In Edd. Wakef. et Forbigeri legitur *sanguine fletei:* quos vide. Mr.

extra numerum] „Si leviter peccavit contra leges gestus et saltus." Facc.

se movit extra numerum,] „*Moveat*, septem. *Movet*, duo.

Moverit, unus (et supra *a*). *Removeat*, unus." Ald. Man. Recte monet Gernh. verbo *movit* respondere in seqq. *pronuntiatus est:* igitur solam lectionem *movit* probam esse. Mr. „Pertinet hoc cum ad gesticulationem, tum ad motum actoris, quae uno nomine dicebantur saltatio. Numerus autem ut carminis sic etiam est saltationis cuique suus et proprius." Wytt.

aut si versus pronuntiatus est — aut longior] „Cum tamen in versu peccatum sit poëtae, non histrionis. Sed quia histrio pronuntiat absente poëta, ei plausus datur. — *Vel longior*, unus. *Breviori et longiori*, esse in quibusdam libris notatum video." Ald. Man. „Intelligi possit: Si brevis syllaba ut longa, aut contra pronuntiata sit: sed potius: si versus syllaba una deficiat aut abundet." Frc. Sylv. Laudat ad h. l. Borg. Cic. Or. 51: *In versu quidem, theatra tota reclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior.* Add. de Or. I, 61. III, 50. — In Codd. Crz. 2. Drsd. 1. 3. *syllaba brevior una* legitur et sic etiam in Gud. A. In Suerin. est *sillaba breviori aut longiori*, in Crz. 1. *syllaba una longior aut brevior.* Omittit *una* Ed. Suffr. Petri. Cod. Crz. habet *una in syllaba.* Mr.

exsibilatur et exploditur:] „In Cod. antiquo scriptum est solum *exploditur.*" Frc. Sylv. Omittitur *et* in Oxx. E. N. η. ψ. Gud. A. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 2. 5. In Drsd. 1. abest etiam verbum *exploditur*, cum particula *et;* Drsd. 3. est *exilabitur*, *exploditur.* Abest item *et* in Codd. Bas. Bern. Guelf. Edd. prc. 1465. Vict. Rob. Steph. Asc. 1511. Sola Ven. 1492. habet *explodit.* Confert ad h. l. Gernh. Cic. de Or. III, 51, 193: *ut in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic, si quid in nostra oratione claudicat, sentit: sed poëtae non ignoscit.* Unde recte coniicit exsibilari non histrionem propter metri neglectionem, sed versum, i. e. poetam propter versum, cuius tamen reprehensio in praesentem histrionem coniiciatur: quare non scripsisse Ciceronem *si versum pronuntiavit*, ut *si se movit.* Mr.

exsibilatur et exploditur:] „Praepositio *ex* in his et aliis verbis significat improbationem: quae, si fit sibilo oris, dicitur *exsibilare aliquem:* si plausu manuum, dicitur *explodere aliquem.* Cuius contrarium est ab eodem verbo plaudere, applaudere, quod significat approbationem manuum plausu significatam." Wytt.

In vita tu, quae omni gestu mod. omni versu aptior esse debet, ut in syll. te peccare dices] „*In vita tu, qui o. g. m. o. v. a. e. debes; ut in syllaba t. p. d.* quattuordecim, in quorum uno: *In vita tu itaque o. g.* etc. *Gestu: Versu:* Histrionis vitium in gestu, poetae in versu. Sed poëta non prodibat in scenam, dabat

vero poëma suum agendum histrioni, propterea solus histrio nominatur: qui et gestum agebat servato numero, et poëtae versus pronuntiabat." Ald. Manut.

In vita tu, qui omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debes, ut in syllaba etc.] „Sic quattuordecim scripta Aldi Nepotis, neque aliter Pal. pr. et Mauricianus, nisi quod destitueretur particula *ut*, quam ceteris suis mss. non adesse adnotavit Gulielmius probavitque. Vulgati *quae* etc. *debet*, *ut* etc." Gruter. In Ed. Lamb., cum qua in omnibus facit nostra Colon., scribitur *tu in vita:* nimirum, ut *tu* a principio oppositionis vel contrapositi (ut loquitur Quinctilianus) legatur, ut *histrio* praeponitur. Sed vera oppositio non est personarum (*histrio* et *tu*) sed *scenae* (quae intelligitur) et *vitae.* Ceterum abest pronomen personale *tu* etiam ab Oxx. omnibus, Crz. 3. Edd. vett. cum Oliv. Facc. paucissimis exceptis: Asc. nimirum (1511.) habet cum Cod. Duisb.: *in vita tua quae — debet*, et Ed. Ven. 1514: *in vita itaque tu, qui — debes.* Unus Borgersii Cod. Leid. habet *in vita tum*, alter *in vita tum tu.* Duisb. *in v. tua.* Ox. N. habet *in vita vero.* Drsd. 4. *in vitä tui;* Drsd. 5. *in vita itaque omnium gesta moderatior.* Drsd. 4. *omni re moderatior.* Pro *omni versu* Ox. I. habet *omnique versu.* Drsd. 1. 3. *et omni versu.* Pro *versu*, ex perperam lecto compendio, est *usu* in Edd. ap. Meus. Par. 1507. Hdlb. Lugd. Ven. 1492: quod cum in suis quoque Edd. reperisset Frc. Sylv., annotavit: „In Codd. aliis melius scriptum est *omni versu*, ut *gestus* ad motum, *versus* ad syllabam referatur." Ad rem apposite hoc addit H. Wolfius: „Notetur et hic locus: vitam omni gestu moderatiorem, omni versu aptiorem esse debere: quam similitudinem, si Roscium Euripidis aliquam tragoediam recitantem spectassemus, longe rectius intelligeremus." Mr.

in vita tu, quae — debet,] „Primum attendendum est ad vitium scriptionis, quod plurimos occupavit libros: *qui — debes*, quum sententia postulet *quae — debet*, sc. vita: haec enim opponitur actioni dramatis s. scenae: deinde *gestus* pertinet ad illud, quod modo dictum est: *se movit extra numerum.* — *Moderatior* i. e. ordinatior, magis ad certas leges exactus: nam *moderatus* dicitur a *modus*, quod etiam notat mensuram, s. metrum, sive carminis sive saltationis. *Aptior* autem est magis compositus, concinnus, suis partibus absolutus. Nam latinum *aptus* et *aptare* est a graeco ἅπτειν, nectere." Wytt. *Aptus* ad sententiam respondet graeco εὐάρμοστος, ut recte contendit Forcellinus, qui addit, *aptum* dicendi genus cum *numeroso* ita iungi, ut concinnitas notetur. Ad totius loci sententiam facit, quod est de Off. I, 40, 145:

Ut in fidibus aut in tibiis, quamvis paullum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet; sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet: vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum, quam sonorum, concentus est. Mr.

quae — debet] Recte Gernh., cum, ut exquisitius, describi iussisset *qui — debes*, in Addendis ad veram lectionem rediit. Quod enim in tam multis est *qui — debes*, id manifesto debetur correctori, qui, pro istorum hominum more, ad proximam vocem *tu* respiciens, nihil antiquius habebat, quam ut obtruderet Ciceroni ἐπανόρθωσιν scilicet suam: parum nimirum curans iustam oppositionem, quam supra diximus vitae esse et scenae, nec vero lectoris et histrionis. Sed satis multi sunt libri, qui probam lectionem servarunt. Laudat Or. Codd. Bern. Guelf. Bas. Edd. prc. 1465. Crat. Vict. Man. Magn. Lamb. Suffr. Petr. Borg.; nos addimus Codd. Duisb. Crz. 2. Oxx. E. I. N. U. duos Borgersii Leidenses, Edd. omnes vett. excepta Ven. 1514. Sed recentiores occupat *qui — debes*, Grut. Gron. Graev. Ern. Hub. Schz. Nobb. Wetz. et, ut dixi, textum Gernhardi. Placuit etiam vera lectio Bentleio: sed mireris eandem a Schützio ut suam coniecturam in annotatione proponi. Sed totum locum ad suum arbitrium ita refinxit *in vita, quae — debet, tu in syllaba te peccasse dices? — peccata dimetientem? ut si visa sint breviora, leviora videantur, qui possunt? cum quicquid peccetur* sq. Mr.

moderatior] „Al. *modulatior.*“ Facc. Alteram lectionem Manutius ait apud quosdam reperiri. Alibi non apparet: sed Xyst. Betul. eam lectionem, sine dubio ex Ed. Aldi Nepotis, ut suam coniecturam profert. Paullo superius F. Osannus (Beitr. z. Gesch. d. Grch. u. Röm. Litt. T. II. p. 32.) corrigit ex Diomede Grammatico I. p. 378. *insibilatur, exploditur*, (omisso *et*): ut est in duobus Codd. Pariss. Equidem, cum *insibilandi* verbum non legatur, nisi apud Ovidium, Statium, Silium, id recipere non ausim: quamquam nec *exsibilare* apud Cic. alibi, nisi hoc loco, legitur. Mr.

ut in syllaba peccare] Car. Langius: „Et hic, inquit, acuti illi viri malam manum adhibuerunt. Particula *ut*, ibi, *ut in syllaba*, in nullo veteri libro extat; siquidem recte *in syllaba peccare* figurate dictum sit, pro in aliqua vel minima particula eius; qui sensus tolerari possit.“ Mr.

in syllaba te peccare dices?] „Vulgo: *ut in syllaba* etc. Sed voculam *ut* ignorant Langii Codd. et regii.“ Lallemand. — „*Peccasse*, non *peccare*, in antiquo codice lego.“ Frc. Sylv.

ut in syllaba te peccasse dices?] „Praepositio *ut* h. l. vim quandam habet ellipticam, quae nisi teneatur, sensus existit propo-

sito scriptoris contrarius. Neque enim adversarius potest dicere se ita peccare, prouti actorem in scena, scilicet leviter, quandoquidem Cicero modo dixit, omnia levia etiam in scena peccata magna esse. Itaque sententia requirit: Tu non magis etiam in vita, quam actor in syllaba, te peccare confitebere. De hoc usu particulae *ut* monuimus in Bibl. Crit. I. p. 19. et in Praefatione Partis V. p. 8. [Ad priorem locum cf. Orell. ad Cic. de Or. II, 17. extr. qui, quamquam non recepit Wyttenbachii emendationem, loci tamen sententiam eandem esse vult. Posterior locus est de N. D. I, 2: *In specie autem fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, ita pietas inesse non potest:* recte explicat: *ut nec reliquae virtutes, ita nec pietas* etc.] Sed tota periodus huiusmodi videtur periphrasi explicandus: Actor scenicus si vel in saltando paullulum declinavit a regula vel in pronuntiando versu unâ syllabâ breviorem aut longiorem fecit, tamen a spectatoribus improbatur et deridetur: tu eo magis in vita, quae est omni actione scenica diligentius moderanda, et omni versu accuratius componenda, non magis te peccare dices neque gravius, quam histrionem in syllaba?" Wyttenb.

ut in syllaba te peccasse dices?] Servavi *ut*, quod est in Codd. Crz. 1. 2. Oxx. omnibus, Suerin. Gud. A. Drsd. 1. 2. 3. 5. itemque in Codd. Orellii et Edd., excepta Lall., omnibus. Dedi etiam *peccasse* ex Oxx. omnibus, Bas. Guelf. Crz. 1. 2. 3. Gud. A. B. Duisb. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Edd. Vict. Lamb. Suffr. Petr. nostris Asc. 1511. Rob. Steph. Cam. Thom. Bentl. et Gernh. in Add. Mr.

Poetam non audio in nugis:] „*Non audio* se excusantem: non fero, si peccat." Ald. Man. „Non ignosco, non condono peccanti. *Nugae:* de re ludicra: ut in versu et scena ipse Cicero et Horatius saepe versus et carminum compositionem vocant lusum, ludere, nugas." Wytt. *Nugas* etiam carmina sua dicit Catull. I, 4. Mr.

In vitae societate audiam civem,] Cod. Gud. A. *in societate vitae.* Verba *audiam civem* desunt in Cod. Drsd. 5.; idem post *societate* pergit *quae civem.* Drsd. 4. habet *audiam. civem audiam dimittentem peccata sua*, omisso *digitis;* Crz. 1. *sua digitis peccata dimetientem.* Drsd. 5. omittit *sua.* Drsd. 2. *peccata sua dig. dim.* Mr. „*Audiam civem,* i. e. ignoscam civi se excusanti ac dicenti, se peccata sua dimetiri digitis ut versum. In hoc genere est dictum Hor. A. P. 244: *legitimumque sonum digitis callemus et aure.*" Wytt. Mos quidam non vulgaris fuit apud veteres, per digitos eorumque articulos dinumerandi: quem ex Bedae venerabilis sententia Iod. Clichtovaeus adscripsit libro VI. quem de mystica numerorum significatione edidit." Frc. Sylv. — „*Digi-*

tis — *sua*: i. e. qui propterea se excusatum putet, quod peccaverit quidem, sed neque saepe neque magnis in rebus." H. Wolf.

dimetientem] „quod poetae facere solent carmina dimetientes. Vide Horatium in Epist. ad Pisones v. 274." Facc.

Quae si visa sunt breviora —] „Id est: si minus longe recesseris a medio, i. e. a virtute." *Leviora* — *videri*: „Interrogatio est asseverationem includens illa quidem, sed nihil probans." H. Wolf. „Verba sunt eius, quem auctor fingit sibi respondentem: *si visa sunt*, inquit, *breviora*, hoc est minora, *iudicentur etiam leviora*. *Breve*, pro parvo, ubique obviam est: sed usus tamen eo videri possit propter institutam comparationem syllabarum quantitate." C. Lang. „*Visa sint breviora: leviora qui possint* etc. Recta quidem videtur haec scriptura: sed ne ea quidem reiicienda est, quam in Cod. Memmiano adscriptam reperi: *Si visa sunt breviora: leviora qui possint?*" Lambin.

digitis dimetientem — *breviora*, *leviora* —] „Haec ipsa comparatio non probat, quod vult *(peccata omnia esse paria)*: sed probat, quod non vult. Ceterum Cicero alludit ad supputationem veterum, quae digitorum flexu fiebat, ut Beda docet, vel ad poëtas, qui pedes versuum digitis metiuntur, ut est apud Horatium. [vid. Wytt.]" Aud. Tal.

breviora] „minus extensa et producta, sumpta similitudine a syllabarum quantitate." Facc.

Si visa sunt breviora, leviora videantur. Qui possint videri etc.] „Ita cum Victorio et Langio regii codices. Alii mendose: *quae si visa sunt breviora, leviora qui possint videri* etc." Lallemand. „*Leviora* i. e. minoris momenti. Pro Mur. 19: *sed si haec leviora ducis, quae sunt gravissima.* Conf. pro Planc. 35. Verr. I, 8. Nepos Praef. et Att. 13." Borg. — „*Breviora* non pertinent ad versum una syllaba breviorem aut longiorem quam oportet, nam alioquin etiam de longiore versu debebat mentio fieri, neque hoc satis congrueret cum sequenti *meliora*. *Breviora* igitur peccare dicitur, si quis se a recta virtutis via tantummodo brevissimo spatio removit." Wyttenb.

Quae si visa sunt breviora, leviora qui possint videri?] Ita Oxx. η. ψ. Bas. Crz. 2. (sed: *si sint visa*) 3. Ed. prc. 1465. Lambb. Grut. Gron. Graev. Verb. Ern. Wetz. Schtz. Borg. Or. Quibus proxime accedunt, qui habent *sint*: Crz. 1. Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Ven. 1492. Par. tres, Lugd. Arg. Crat. Herw. Boul. Car. Steph. Aud. Tal. Sturm. Ald. 1545. Sylb. Facc.; in Edd. Magn. Man. Ald. 1517. 1552. est: *Si visa sint* etc. omisso *quae*; in Edd.

Vict. Rob. Steph. Camer. Oliv. est: *si visa sint breviora, leviora videantur*, item Lall., sed *sunt;* Edd. Lamb. Colon. H. Wolf. *Visa sunt breviora, leviora qui possunt, quum —;* Edd. Par. s. a. et Asc. 1511. *quae si sunt visa breviora: leviora qui possunt videri.* Sola Ven. 1514: *Si sua sint breviora: levioraque possint oñdi* (sic; an voluit editor *ostendi?*). Cod. Duisb. *si visa sunt breviora. leviora videantur quo possint videri.* Suerin. *quae si visa sunt leviora si breviora qui possunt —;* Gud. A. B. item omittunt *quae*, tum A. *interiora*, pro *leviora;* B. *ea dicere*, pro *videri;* A. omittit *videri*, *quum:* uterque habet *quis possit*. Drsd. 1. *quae tam si brevia visa sunt breviora, leviora videantur qui videri possunt;* Drsd. 2. *si visa sunt breviora, leviora qui possint, quum —*, Drsd. 3. *et si sua visa sunt* (cetera ut Drsd. 1.) Drsd. 4. omittit *quae — breviora*, tum pergit: *si leviora quisquis possit ea dicere, quum —*, Drsd. 5. *sed haec si visa sunt br. et lev. qui possint. quicquid peccetur.* In hac tanta lectionum confusione secutus sum eam lectionem, quae proxime accedit ad Orellianam, ita tamen, ut ederem *possunt*, quod, ut vidimus, est in aliquot libris scriptis et editis, quibus accedunt Codd. Bern. Crz. 1. et Ed. Bentl. Orellius tamen existimat *videri* esse e gloss., cum absit ab aliquot libris, et Cod. Bas. pro eo habeat *ostendi* (ut Ed. Ven. 1514.); absit item a Cod. Guelf. et in Cod. Bas. transposito ordine *videri qui possunt*. Cuius ego viri suspicionem ita probo, ut uncinis includere ausus sim *videri*, abiicere non audeam. Est etiam *videantur* in Oxx. E. I. N. U. σ., in Ox. E. *videri* aut *offendi*. Mr.

quum, quicquid peccatur, etc.] „Cicero callide et oratorie hanc perorationem composuit, ut illud ipsum tanquam demonstratum poneret, quod adhuc erat demonstrandum, nimirum *nihil posse addi, quo magis peccari posse videatur*, i. e. ad aliquod peccatum nihil posse addi, per quam additionem hoc peccatum maius peccatum esse videatur. Si syllogismus oratorius in formam syllogismi dialectici redigatur, vitium eius magis apparebit. Est autem eiusmodi:

Si, quicquid peccatur, perturbatione rationis atque ordinis peccatur, perturbata autem semel ratione atque ordine nihil potest addi, ut peccatum commissum per hanc additionem maius peccatum esse videatur; sequitur, omnia peccata esse aequalia:

Atqui, quicquid peccatur, perturbatione rationis atque ordinis peccatur, et perturbata semel ratione et ordine nihil potest ad peccatum addi, ut per hanc additionem maius peccatum esse videatur;

Ergo peccata omnia sunt aequalia.

In huius syllogismi assumtionem, quae vulgo dicitur minor, illud falsum et negandum est, perturbata semel ratione et ordine nihil posse ad peccatum addi, ut peccatum per hanc additionem maius peccatum esse videatur. Igitur syllogismus falsus est, nec aliquid ex eo concludi potest.“ Wyttenbach.

in vita — quicquid peccatur] Th. Bentl. totum locum ita scribit: *in vita, quae — debet, tu in syllaba te peccasse dices? — peccata dimetientem? ut, si visa sint breviora, leviora videantur, qui possunt? cum, quicquid peccetur* sqq. Mr.

quicquid peccatur etc.] Codd. Drsd. 1. 3. 4. 5. Duisb. Oxx. E. ψ. Cr. 2. *peccetur.* Pergit Cod. Crz. 1. *perturbatione rationisque ordinis peccetur.* Drsd. 5. *pert. rationis peccetur.* Drsd. 4. Oxx. E. η. *rationis et ordinis.* Gud. A. *qui perturbatione ordinis atque rationis peccetur;* Gud. B. *rationis peccetur perturbatione atque ordinis.* Quod supra ex tribus Codd. enotavi *rationis et ordinis*, recepit Or. nihil monens. Equidem a plurimorum Codicum et omnium Edd. lectione *atque* cur recederem causam non vidi idoneam. Mr.

perturbata autem semel ratione et ordine,] „*Ordine* i. e. modestia, εὐταξίαν Graeci vocant, quam Stoici definiunt, *ut sit scientia rerum earum, quae aguntur aut dicuntur loco suo collocandarum*, ut est in libro Ciceronis de Officiis primo.“ Frc. Sylv. Locus est de Off. I, 40, 142. Adde Or. pro Rosc. Amer. 48, 138. *si recte et ordine iudicaris, laudabunt omnes:* ubi Schützius edidit *ratione et ordine.* Habent *ratione semel et ordine* Codd. Crz. 2. Drsd. 4. Edd. Magn. Man. Lamb. Colon. H. Wolf. Sylb. Sturm. Car. Steph. Ald. 1517. 1552. In Cod. Gud. A. est *ratione aut ordine*, in Gud. B. *rat. vel ord.*, in Duisb. *rat. atque ordine.* Habent etiam *vel* Oxx. E. U. σ. ψ. Pro *nihil* est *nil* in Cod. Crz. 1. In Crz. 2. et Drsd. 5. est *addi possit*, in Drsd. 4: *addi potest;* Gud. B. *possint addi.* In Codd. Drsd. 1. 3. omissum est *semel.* Drsd. 5. habet *ratione semel in ordine.* Mr.

quo magis peccare posse videatur.] Lego *minus* (pro *magis*) in Codice antiquo.“ Frc. Sylv. — Est *peccare posse* in Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. Ox. σ. Drsd. 3; *peccare videatur* (omisso *posse*) Drsd. 5. Gud. A.; *posse peccare* Drsd. 4. Gud. B.; *peccare videatur posse* Drsd. 2. *indicet* pro *videatur*; Drsd. 4. *videretur* pro *videatur.* Mr.

PARADOXON IV.

Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.

[Omnem stultum insanire.]

1 Ego vero te non stultum, ut saepe; non improbum, ut semper; sed dementem et insanum rebus vincam necessariis. Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunae, virtutibus denique omnibus, ut moenibus, saeptus, vincetur et expugnabitur, qui ne civitate quidem pelli potest? Quae est enim civitas? Omnisne conventus etiam ferorum et immanium? omnisne etiam fugitivorum ac latronum: congregata unum in locum multitudo? Certe negabis. Non igitur erat illa tum civitas, quum leges in ea nihil valebant; quum iudicia iacebant: quum mos patrius occiderat: quum, ferro pulsis magistratibus, senatus nomen in re publica non erat. Praedonum ille concursus, et, te duce, latrocinium in foro constitutum, et reliquiae coniurationis a Catilinae furiis ad tuum scelus furoremque conversae, non civitas erat. Itaque pulsus ego civitate non sum, quae nulla erat: arcessitus in civitatem sum, quum esset in re publica consul, qui tum nullus fuerat: esset senatus, qui tum occiderat; esset consensus populi liberi: esset iuris et aequitatis, quae vincula sunt civitatis, repetita memoria. Ac vide, quam ista tui latrocinii tale contempserim. Iactam

et emissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi: pervenisse ad me nunquam putavi: nisi forte, quum parietes disturbabas, aut quum tectis sceleratas faces inferebas, meorum aliquid ruere aut deflagrare arbitrabare. Nihil neque meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. Si mihi eripuisses divinam animi mei constantiam, meas curas, vigilias, consilia, quibus res publica te invitissimo stat; si huius aeterni beneficii immortalem memoriam delevisses; multo etiam magis, si illam mentem, unde haec consilia manarunt, mihi eripuisses; tum ego accepisse me confiterer iniuriam. Sed si haec nec fecisti, nec facere potuisti; reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit, non exitum calamitosum. Ergo ego semper civis; et tum maxime, quum meam salutem senatus exteris nationibus, ut civis optimi, commendabat: tu, ne nunc quidem: nisi forte idem hostis esse et civis potest. An tu civem ab hoste natura ac loco, non animo factisque distinguis? Caedem in II
foro fecisti: armatis latronibus templa tenuisti: privatorum domos, aedes sacras incendisti. Cur hostis Spartacus, si tu civis? Potes autem esse tu civis, propter quem aliquando civitas non fuit? et me tuo nomine appellas, quum omnes meo discessu exsulasse rem publicam putent? Nunquamne, homo amentissime, te circumspicies? nunquam, nec quid facias, considerabis, nec quid loquare? Nescis exsilium sce-

lerum esse poenam? meum illud iter ob praeclarissimas res a me gestas esse susceptum? Omnes scelerati atque impii, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exsilio affici volunt, exsules sunt, etiam si solum non mutaverint. An quum omnes leges te exsulem esse iubeant, non eris tu exsul? Exsul non appelletur is, qui cum telo fuerit? Ante senatum tua sica deprehensa est. Qui hominem occiderit? Tu plurimos occidisti. Qui incendium fecerit? Aedes Nympharum manu tua deflagravit. Qui templa occupaverit? In foro castra posuisti. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exsul? Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonae Deae accessisses, exsulares. At te id fecisse etiam gloriari soles. Quo modo igitur, tot legibus in exsilium eiectus, nomen exsulis non perhorrescis? „Romae sum", inquit. Et quidem in operto fuisti. Non igitur, ubi quisque erit, eius loci ius tenebit: si ibi eum legibus esse non oportebit.

Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.] „*Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται.* Dixere hoc quidem Stoici, et non idem putatur vulgo *μωρὸν εἶναι* et *μαινόμενον*, i. e. stultum esse et furiosum. Sed elegantior Veneta praescriptio videtur: *ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται*: *Qui sapiens non sit, eum furere.*" Camerar. „Hic quoque positionem mutavi de veteribus libris, et ita a Diogene refertur: *πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι.* Est in III Tusculana ex Alcibiade altero. Invadit autem hic P. Clodium, sicut in II. Paradoxo M. Antonium." C. Lang. [Locus Diogenis Laertii est Lib. VII. Segm. 124. ed. Meibom. p. 444. ibiq. Menagii Obss. p. 309. Tusculanarum locus

est III, 4, 9: Ed. nostr. T. II. p. 28 sqq. Denique locus Platonici Alcibiadis secundi est p. 139. Steph. p. 273. Bekk. P. I. Vol. II: οὐκοῦν μέμνησαι ὁμολογήσας ὑπεναντίον εἶναι μανίαν φρονήσει.] „Ut in morbis corporis multo levior stultitia, quam insania existimari solet, ita in morbis animi insania multo gravior existimata est: qua stultus dicitur, qui etiam leve aliquod crimen admisit, etiam ex imprudentia: insanus vero, qui multis criminibus vel gravissimis dedita opera susceptis ita se implicavit, ut hoc ipsum peccare eum delectet, etiamsi nulla peccandi causa sit. Stoici vero ut omnia peccata existimant aequalia, ita stultitiam insaniae parem faciunt. Hoc autem Paradoxo non tam probat Cicero, quam docet P. Clodium insanum esse, eumque multis legibus damnatum exsulem fuisse, quamvis solum non mutaverit: se vero exsulem fuisse negat, quamvis, ut Clodiano furori cederet, ex urbe exiverit.“ Frc. Sylv. „Additur apud Diogenem [l. c.] ratio: οὐ γὰρ φρονίμους εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἴσην τῇ ἀφροσύνῃ μανίαν πράττειν. Ἄφρονες sunt hic, illic μωροί. Idem fere differunt, quod Latinis *insipientes* et *fatui*. Effertur etiam aliter ab ipso Cicerone in III. Tuscul., ad Socratem auctorem hoc Paradoxon, ut cetera quoque, referente. Miror autem istorum hominum temeritatem, qui ausi sunt infitiari haec esse Socratica, cum Socrates ipse in altero Alcibiade manifestis verbis Alcibiadem in suam sententiam trahere conetur ut credat τὸ μαίνεσθαι ὑπεναντίον εἶναι τῷ σωφρονεῖν. Unde Ciceronem bonam istam Tusculanae disputationis partem sumpsisse obscurum esse non potest. Sed haec interim me tenet de Cicerone admiratio, quod ἑλληνικώτατος negat sibi constare, unde Graeci μανίαν appellent, cum hunc totum Platonis locum in suam tertiam Tusculanam transtulisse videatur, ubi τὴν σωφροσύνην τῇ μανίᾳ ex opposito, Socratico more, ponit.“ Xyst. Betul. „Quarti Paradoxi thesis, quae vulgo adscribitur, disputationi non convenit. Non enim Cicero probat omnes stultos insanire, sed solos sapientes esse cives, ubicunque fuerint, et omnes improbos fugitivos et exules esse. Itaque potius inscribendum est ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ πολῖται καὶ πάντες οἱ μωροὶ φεύγοντες. Nec θέσεις, quae Paradoxis praeponuntur, a Cicerone fortasse praepositae sunt, sed vel Tirone, qui Ciceronis libros digessit, vel ab aliquo alio, qui negligentius animadverteret, quid hic ageretur. Tota vero oratio a thesi ad hypothesin traducitur, ut sit magis popularis: cuius duae sunt partes: una, quod Cicero non fuerit exul: altera: quod P. Clodius, licet Romae sit, nihilo tamen minus sit exul. Nam P. Clodius passim, Ciceronem contumeliose vexans, exulem appellabat.“ Aud. Talaeus. „Paradoxo hoc quarto probaverat Cicero: *Solus sapiens sanus est: omnes autem*

stulti insaniunt. Sed illud hodie non exstat. Tantum principium eius reliquum est huiusmodi: *Ego vero te — rebus advincam necessariis.* Reliqua, quae sequuntur, nihil cum hoc Paradoxo commune habent, sed aliud probare intendunt, *solum* scilicet *sapientem esse civem: omnes autem stultos esse exules.* Mirum vero nec Lambino, nec Langio nec ipsi denique Turnebo, maiorum gentium critico, hoc suboluisse: nam in Manutio nihil hoc novi est: ariolari enim non didicit. Quare si quis locum illum supplere et deperditorum iacturam sarcire velit, ea, quae non longe a principio tertii Tusculanarum libri apud Ciceronem leguntur, illinc assumere atque huc transferre debet.“ *Scioppius:* (Elementa Philos. Stoicae Moralis, cap. 129. p. 77.)

ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.] „De hoc Paradoxo Cicero egit Tuscc. Disputt. IV, 25, 54. Eius autem sensus aperiundus est ex significatione nominis *ἄφρων* et verbi *μαίνεσθαι.* Ergo *ἄφρων* dicitur is, qui non est *φρόνιμος*, prudens: *prudentia* autem est fundamentum trium reliquarum virtutum, *fortitudinis*, *temperantiae*, *iustitiae*, quae sunt practicae, cum ipsa sit theoretica. Ergo *φρόνιμος* nemo est nisi sapiens: et qui non est sapiens, dicitur *ἄφρων*, latine *stultus*, quod est a primitivo *stolo* et notat caudicem, truncum ligni, deinde per *μεταφορὰν* dicitur de hominibus ingenio carentibus vel tardis, imperitis vel etiam nimia se mobilitate proferentibus: unde est latinum *stolidus*, ex eadem origine. Iam quum stultitiae multi sint gradus, summus habetur gradus *μανία* s. *μαίνεσθαι*, furere, insanire. Itaque videmus hoc Paradoxon in eandem incidere incredibilitatem i. e. falsitatem, ac prius: *omnia peccata esse aequalia.* Nam et in hoc Paradoxo vitii gradus tolluntur, et affirmatur, omnes stultos aeque esse stultos, atque adeo stultissimos, i. e. eos *μαίνεσθαι.*“ Wyttenbach.

Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.] Ex nostris Codd. nullus habet inscriptionem Graecam. Oxx. I. N. eam exhibent, quam nos, cum sint ad Ed. Oliveti collati, quae habet nostram. In Ed. Par. 1507. litteris latinis scriptum est *oti pandes i mori apinissonde*, in Lugd. 1515: *Oti pandes hi mori apinissonde.* Nullam habent inscriptionem Graecam Ed. ap. Meus. Hdlb. s. l. et a. Paris. s. a. In Ven. 1492. est: *οτι παντεσ οι μοροι μχινονται* (sic); in Ven. 1514: *οτι πάντες οιμωροι μαινονται.* Edd. Par. 1512. et Dav. *οτι παντες οι μοροι απινισσονται* (pro *ἀπινύσσονται*). Edd. Asc. 1511. Arg. Crat. Herw. H. Wolf. Par. 1543. Ald. 1548. Aud. Tal. Sylb. Lambb. Goth. Facc. *ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται.* Lamb. et Colon. *ὅτι πάντες οἱ ἄφρονες μαίνονται* (ad verba Diog. Laërt. l. l.); Ald. 1517. eandem habet inscriptionem Graecam, sed latinâ plane omissâ;

Ald. 1552. cum Carolo Steph. item hanc Graecam, sed Latinam: *quod omnes stulti insaniunt;* Vict. denique, Gron. Graev. et seqq. (excepta Facc.) nostram habent Graecam. Mr.

Omnem stultum insanire] Ita Edd. omnes, in quibus est ea inscriptio Graeca, quam nos exhibemus: reliquae (exceptis Car. Steph. et Ald. 1552.) *omnes stultos insanire*, et sic Codd. Suerin. Ox. U. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 2. 4. 5. in Gud. B. est, ut nos exhibemus, itemque in Oxx. I. N. *η. σ. ψ.*; Cod. Drsd. 3. habet *homines stultos insanire*, Crz. 1. *omnes stultos insaneri demonstratur;* Duisb. *omnes stultos insanos esse;* Gud. A. *omnis stultus insanire;* Ox. E. *adest omnes stultos.* Ortum est hoc *adest* ex *id est*, quod explicationi latinae praemissum erat in libro, unde descriptus est hic Codex, quamquam in eo, ut in plerisque, omissa sunt Graeca. Ego cum Orellio, ut superiores hanc quoque Latinam, uncinis inclusi. Ad sententiam cf. Horat. Sat. II, 3, 32: *insanis et tu stultique prope omnes;* ubi vid. interpretes, nostri Paradoxi non oblitos. Mr.

Omnes stultos insanire] „Stultitiae nomen apud Stoicos late fundebatur ad omnes animi perturbationes; quique iis laborarent, in morbo esse aiebant, proindeque non sanos. *Nomen enim insaniae* (inquit Cicero in Tuscul. 3. cap. 4.) *significat mentis aegrotationem et morbum, id est, insanitatem et aegrotum animum, quam appellarunt insaniam. Omnes autem perturbationes animi morbos philosophi appellant; negantque stultum quemquam his morbis vacare.*" Facc.

Ego vero te] „In Clodium invehitur. Propositione aspera et vehementi irrumpit in hanc causam sine exordio." Ald. Man. „Clodii exemplo conatur ostendere homines improbos et sceleratos insanire. Multum autem refert, insaniae nomen quomodo accipiatur. Stultitia certe animi morbus est, ut insania, sed paullo remissior. Eleganter stultitiam apud Sophoclem describit Aiax [550 sq. Ed. Herm.]:

ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος·
τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Platonica quidem definitio: *Μανία ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως* [Est in libello incerti auctoris ad calcem Opp. Plat. p. 416. Steph. p. 574. Bekk. Part. III. Vol. III.] ab hoc Paradoxo non abhorret: etsi pro *μανία* fortasse legendum *μωρία.*" H. Wolf. „Elegans exordium e subito sumptum. *Ego vero* —: prouti quasdam Epistolas orsus est." Wyttenb. Sic Epist. ad Famm. IV, 6: *Ego vero — vellem — affuisses;* VII, 30: *Ego vero iam te nec hortor, nec rogo.* Mr.

Ego vero te] „Satis intelligitur Clodium peti, cuius lege Cicero pulsus civitate fuerat; quique Ciceronem, licet iam restitutum, exsulem appellare solebat. Ceterum hoc nihil fere facit ad Paradoxi titulum. Ex quo sequitur, vel titulum a Cicerone non esse, vel exercitationis huius partem maximam desiderari." Facc.

Ego vero te] Contra Facciolati sententiam monet Gernh. Ciceronem, cum in mediam rem rapiat, acerbissimo odio adductum, praetermissa omni argumentatione moderatiore et stulti hominis descriptione ea, quae exspectabatur, statim adversarium petere, eumque quem *stultum* saepe appellasset, asperiore potius *insani* nomine notare, quippe qui non viderit ipsum esse exulem, cum exulare iuberet virum sapientem: ita eum illud Paradoxon, *stultos esse exules* (Or. pro Murena 29, 61.), simul attigisse. Aliter sentit Borg., qui Paradoxi inscriptionem et ipsius orationis initium, usque ad *necessariis*, cum sequentibus non cohaerere existimat. Quam sententiam etiam Scioppii fuisse supra vidimus. Videri igitur censet sequentia extremam partem alterius Paradoxi Stoicorum: *Omnes probos esse cives, et omnes improbos esse exules:* laudans Mahnii Epistolas Sodalium Philomathiae (a Wyttenbachio editae) p. 268 sq. ubi est: „Plura fuerunt, quam quot nunc exstant, libelli Paradoxorum capita: siquidem *quarti* initium est de placito *Omnes stultos insanire*, sed mox verbis: *rebus vincam necessariis* in aliud Paradoxum transit hoc *omnem probum esse civem* etc. cuius vestigium reperitur apud Stobaeum Eclog. Ethic. p. 280. ed. Heeren. *φυγάδα πάντα φαῦλον εἶναι.*" Addit Mahnius Wyttenbachium insignem huius libelli Ciceroniani editioni faciundae materiam collegisse [a. 1813.], seque ut propositum efficiat, optare. Sed quamquam vixit vir nobis quoque amicissimus, et praeceptor gratissima memoria prosequendus, usque ad annum huius seculi vicesimum, propositum tamen illud non effectum est, cum per aliquot annos ante obitum oculorum et manuum debilitate laboraret senex per totam vitam laboriosissimus. Mr.

Ego vero te — insanum] Laudat Borg. ad verba et sententiam Cic. de Finn. IV, 27: *stultorum — quos etiam insanos esse vultis:* coll. Or. pro reg. Deiot. 7. Phil. II, 26. — Frc. Sylvius ex uno Cod. profert lectionem: *Ego vero te non modo stultum*, quod est glossatoris. Cod. Drsd. 5. exhibet *non te stultum*, Gud. B. ei assentit. In Gud. A. abest *non* ante *improbum*. Verba *et insanum* desunt in Drsd. 5. In Gud. A. est *sed insanum.* Duisb. habet *sed dementem insanire;* in marg. tamen *sed insanum.* Iam quae sequuntur verba post *insanum* tria, tam varie leguntur in libris scriptis et editis et tam diversis explicantur modis, ut, quae de eo

loco vel dicta vel dicenda sunt, in *Excursum* nostrum *sextum* reiicienda visa sint. Unum h. l. addo, in uno Aldi cod. post *dementem* additum esse *iudico:* a duobus abesse *et* ante *insanum*. Mr.

tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunae] „Id est patientia earum rerum, quae adversae hominibus eveniunt. I. de Off. [20, 66.] *Omnino*, inquit, *fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur, quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, quum persuasum sit nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari aut expetere oportere.* — *Contemptionem* apud Ciceronem saepe, *contemptum* raro dici invenias.“ Frc. Sylv. „Transpone: *sapientis animus* — *contemtione rerum humanarum, tolerantia fortunae* — *saeptus, vincetur?* Nam semper Cicero dicit *res humanas contemnere, tolerare fortunam.* Vid. de Orat. II, 84. de Offic. I, 4, 18. 20. 21. et Bentleium ad Tuscc. Disp. IV, 28: [Est ibi: *humana omnia prementem*, ubi Ruhnk. cum nonnullis legisse videtur *spernentem;* nimirum id exemplis allatis commendabat Bentleius, cuius annotationem vide in Ed. nostra, T. III. p. 337.]“ Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 108. Secuti sunt sententiam Ruhnkenii Schützius, Gernh., Borgers, et ante hos iam Wetzelius. Quasi vero, quod saepius dixit Cicero, semper et omnibus locis dicere debuerit. Quamvis enim Borg. locis a Bentleio l. l. collectis addiderit Tuscc. II, 4: *Te natura — altum et humana despicientem genuit;* id non impedit, quo minus nostro loco de *rerum humanarum tolerantia* loquatur. Quid? quod alter locus a Borgersio laudatus Codicum scriptioni favet: de Finn. I, 14: *Sapientiam esse solam, quae fortunae modice ferre doceat iniurias:* nam *modice ferre iniurias* est non multum curare, nihili aestimare, non tantum tolerare. Neque aliud quid suadet tertius, quem laudat, locus de Finn. IV, 7. ubi est *iniurias fortunae superare*, quod certe maius quidpiam est, quam *tolerare.* Commode etiam Or. laudat Tuscc. III, 16, 34: *humana ferre*, quod idem est ad Att. XV, 20 *(sed humana ferenda).* Quod autem dedit Nobbius inverso ordine, ceteroqui ut Gernh. *tolerantia fortunae, rerum humanarum contemptione*, in eo illum errasse iudicat Or. cum fortasse Codicum lectionem esset restituturus. Ceterum Wyttenbachius quoque a Ruhnkenii partibus stetit, iisdem, quibus ille, rationibus ductus. Bentleius coniecit: Sapiens animi magnitudine, *consilio, tolerantia, rerum humanarum contemptione, virtutibus denique omnibus*, deleta voce *fortunae.* Mr.

tolerantia] Duo finxit Cicero a *tolerandi* verbo Substantiva, *toleratio* et *tolerantia:* utroque semel tantum usus est: priore de Finn. II, 29; posteriore, hoc loco. Mr.

Virtutibus denique omnibus, ut moenibus, saeptus,] Cod. Drsd. 5. *viribus denique.* In prioribus Cod. Ox. habet *contentione* pro *contemptione.* Quod h. l. dicit *virtutibus, ut moenibus, saeptus,* supra II. prc. dixit *tot virtutum praesidio.* Ad nostri loci verba confert Borg. Cic. de Finn. I, 16: *Quod si qui — saepti esse et muniti videntur;* de Pet. Cons. 7: *Ut — homo — nullis amicis saeptus hominem — bona existimatione munitum praecurrat, — fieri non potest.* Post *saeptus* Codd. Drsd. 1. 3. pergunt *numquid vincetur* cum Ed. Par. s. a. Sequens *et* omittunt Crz. 2. et Drsd. 3. Tum Suerin. *expugnatur.* Mr.

Nec cui quidem] „*Neque* unus." Ald. Man. Haec est Aldi annotatio in Ed. Graevii: unde hausit Gernh. in sua annot. id quod ibi legimus: unum Aldi Codicem habere *Neque cui* quidem, reliquos (i. e. decem et septem) exhibere *nec cui quidem.* Quod plane falsum est. Est enim h. l. in Ed. Graevii unus ex illis erroribus, quos haud paucos habet ea editio. Debebat esse lemma annotationis: *qui nec civ.* (i. e. civitate) *quidem:* ad quod refert Aldus, unum habere *qui neque civitate quidem,* reliquos omnes habere *qui nec civitate quidem,* ut habent etiam Codd. Oxx., excepto N., omnes, itemque Drsd. 2. 4. Gud. A. B. (quorum prior, Gud. A., omittit *quidem*) et Suerin. Alter est error in Ed. Gernh., esse illud *nec — quidem* in Edd. vett. omnibus ante Graev. et Ern. praeter quos nullam Ed. habere suspiceris *ne — quidem* ex eius annotatione. Sed ita exhibent Edd. Vict. Camer. Lamb. Lambb. Goth. Colon. Aud. Tal. Grut. Gron. et seqq. omnes, excepto Facciolato, cuius annotatio haec est: „*Quin ne* — Alii omnes legunt *qui ne.* Quoniam in vett. MSS., unde haec sumpta sunt, per unam fortasse eandemque litteram *n* finiebatur vox prior, et inchoabatur posterior, nec id librarius advertit, hinc facta est periodus una pro duabus. At nisi legatur *quin* et nova fiat propositio, in quam ea conveniant, quae sequuntur, non recte procedit oratio." — Mr.

qui ne civitate quidem pelli potest?] Non videtur necessarium refutare illos, quibus Facciolati emendatio *(quin)* placere possit: neque magis eos, qui illud multorum librorum mendum *qui nec — quidem* fortasse postliminio reducendum, si qui sunt, existiment. Malumus addere Wyttenbachii annotationem, quamquam non possumus cum eo facere, cum Scioppio (vid. Excursum VI.) contendente, inde a verbis *Sapientis animus* — nos non quarti, sed quinti, cuius initium desit ut quarti pars maxima, verba et expositionem legere. Ita autem ille: „Hoc statim manifesto est indicio Ciceronem contra Clodium, a quo in exilium expulsus fuerat, illud contendere, se

non exulem fuisse, quippe qui non e *civitate* pulsus fuerit: Romam enim tunc non fuisse civitatem, nullos habuisse iustos magistratus." Mr.

Quae est enim civitas?] „A definitione: *civitas est eorum, qui legibus obtemperant.* Cic. Off. II. [12.] et in Somnio Scip. [3.] dicuntur *civitates concilia* et *coetus hominum iure sociati* [ubi vid. nostr. ann. in Ed. Cic. de Rep. VI, 13. p. 478.] πολιτεία, ἡ κοινωνία πλήθους ἔννομος. Plato de Legib. 6: πᾶσα δήπου πόλις ἄπολις ἂν γίγνοιτο, ἐν ᾗ δικαστήρια μὴ καθεστῶτα εἴη κατὰ τρόπον. Atque rursus idem Plato alibi: πολιτεία ἀναστροφὴ ἀνθρώπων ἐστί, καλὴ μὲν ἀγαθῶν, μὴ καλὴ δὲ κακῶν· καὶ ὁ Πυθαγόρας τῶν πόλεων ἐκείνην εἶπεν ἀρίστην, τὴν ἄνδρας ἀγαθοὺς ἔχουσαν." Xyst. Betuleius. Adde Cic. de Rep. I, 32. extr. *Quid est enim civitas, nisi iuris societas.* ib. I, 25. ubi civitatem (populum) appellat *coetum — iuris consensu — sociatum*: ad quem locum vid. annot. nostr. p. 105. Vid. etiam quos e Cicerone collegit locos Beierus ad Cic. de Off. I. p. 309. II. p. 81. In Platonicis Definitionibus est: πόλις οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων· πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων. — Mr.

Quae est enim civitas?] In antecedentibus Cod. Ox. ψ. pro *pelli* habet *expelli*; Ox. I. post *potest* inserit glossam *quae nulla est.* Crz. 2. habet *quae est enim haec civitas.* Pro *quae est enim* legitur in Edd. Dav. et Par. 1512. *quae enim est:* quod, cum vis sit in verbo *est*, reprobat Gernh. ad Cic. de Off. III, 13. 55. p. 328. Mr.

Omnisne conventus etiam furum.] „Ita Pal. pr. ac tert. item Mauric. V. Fab. quorum ultimus etiam *furium*, quod Gulielmio aptius visum ad illud, quod mox infert *fugitivorum.* Vulgati *omnisne conventus ferorum.* Victoriani *o. c. etiam ferorum.*" Gruter. — *Ferorum et immanium:* Sic habent Edd. pr. etiam MSS. quidam. Sed alii pro *ferorum* habent *furum* vel *furium.* Sed id non convenit sequenti *immanium.*" Ern. Gronovius tamen et Graevius Grutero paruerunt; Wyttenbachius autem monet: „*Ferus* dicitur aliquis animo ita rudis et incultus, ut similis sit *ferae*, quod est a Graeco θήρ, θηρίον, unde dicitur homo θηριώδης: *immanis* autem dicitur bestia, quae se hominum *manibus* tangi non sinit. Contra est in nomine *mansuetus*, quod est manui suetus." Quam saepe iungantur *ferus* et *immanis*, vix est quod doceam. Laudat Borg. Cic. pro Rosc. Am. 50: *Quae tam fera immanisque natura?* Pro Sulla 27: *Belluae quaedam immanes ac ferae.* Add. Verr. 2, 2, 21. Acad. 2, 34. — Omittitur *etiam*, quod abesse non potest, in Codd. Suerin. (qui tamen habet vestigium, quamquam fere deletum, exhibens *conventus efferorum*) Crz. 2. Drsd. 5. Gud. A. Edd. Crat.

Magn. Man. ex nostris Car. Steph. Ald. 1517. 1548. 1553. Boul. Aud. Tal. Sylb. H. Wolf. Asc. 1511. In Ven. 1514. est *omnis nec conventus etiam*, et *nec*, omisso *etiam*, habet Ed. Par. s. a. Unus Gud. B. habent *etiam vel*: quorum vocabulorum alterum est glossa alicuius interpretis, qui fortasse vidisset *etiam* abiectum esse a nonnullis, qui crederent, cum mox ante *fugitivorum* repetatur *etiam* priore loco esse eandem vocem supervacaneam: quod cum reprobare voluisset merito interpres ille adscripta voce *vel*, eam alius librarius inepte in sermonis seriem recepit. — Illud *furum*, quod adeo placuit Grutero, Gronovio, Graevio, habent Codd. Bern. Bas. Guelf. Drsd. 1. 3. 4. 5. Gud. A. B. itemque Edd. Asc. 1511. et Huber.; sola Ed. Sturm. habet *ferarum*, sola item Par. s. a. *conventus futuri et in manium*. Cod. Duisbg. *furium*. Mr.

omnisne etiam fugitivorum ac latronum — multitudo?] Repetitum *omnisne* abest a Cod. Gud. A.; a Crz. 2. abest interrogandi particula *ne*, ut a Drsd. 1; a Drsd. 5. abest *etiam*, itemque ab Ox. I. Eius loco Ox. E. habet *est*, ex perperam vel scripto vel lecto compendio. Pro *ac* Cod. Drsd. 5. exhibet *et*; Drsd. 5. omittit *congregata*, Oxx. E. U. ψ. habent *uno in loco*, idem habet Drsd. 4. sed *congregata* post ea verba; et Drsd. 1. 2. 3. verborum ordine servato. In Gud. B. et Suerin. est *latronum multitudo uno in loco congregata* (Suer. *aggregata*,) errore ex perperam lecto praepositionis *con* compendio (ɔ) orto; Gud. A. habet *in unum locum*. Drsd. 5. omittit *certe negabis*. Enotavit etiam *in unum locum* Orellius ex Codd. Bern. et Guelf. Mr.

fugitivorum] „Fugitivi dicuntur servi, qui a dominis suis profugerunt seque in latrocinii societatem congregaverunt. Talis fugitivus Graece dicebatur δραπέτης." Wytt. Formula *unum in locum congregari* usus est etiam Cicero in Cat. I, 13; *unum in locum conferri* Cic. in Verr. Act. II. Lib. I, 8, 21; Phil. IX, 5. de Rep. II, 1. Add. ad formulam priorem Tac. Ann. I, 28. quos locos laudavit Borg. Mr.

Non igitur erat illa tum civitas,] „*Non enim*, duo. *Non ergo*, unus. Abest a tribus: in quorum uno additum." Ald. Manut. *Num igitur* enotavit ex var. lect. Magn. et Ed. Man. Orellius, nos reperimus in Cod. Drsd. 5. Ald. 1552. H. Wolf. Lambb. Aud. Tal. In Cod. Gud. B. desunt verba *Certe negabis* usque ad *civitas*. Ox. ψ. omittit *igitur*; Suerin. habet *Non enim*. Crz. 2. a pr. m. habet *orta erat*, sed *orta* ab altera manu deletum est. Drsd. 5. omittit *erat*, Gud. A. habet *tum illa*, Crz. 1. *tunc illa*, Crz. 2. *illa tunc*, cum Suerin.; Ox. E. ψ. *ulla tum*. Mr.

illa tum civitas,] „Eo anno, quo P. Clodius erat tribunus

plebis, Cicero ex urbe eiectus furori tribunicio cesserat. Res publica a tribuno Clodio et a Consulibus Pisone et Gabinio [a. u. c. 695.] maxime vexata fuit, ut cum aliis in locis multis, tum maxime in Oratione pro Sestio [c. 24.] Cicero scripsit. Hi autem Consules, ut in eadem oratione Cicero ait, ad delendum Senatum, affligendum equestrem ordinem, exstinguenda omnia iura atque instituta maiorum, se illis fascibus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos esse arbitrabantur." Frc. Sylv.

cum leges in ea nihil valebant] „Lex enim *Helia Fusiaque* post centesimum annum *eversa est*, *propugnacula murique tranquillitatis atque otii.* Cic. in Pisonem." Xyst. Betul. Intelligit legem *Aeliam* et *Fufiam*, de qua locus Ciceronis est in Pis. 4, 9. Sed vid. de ea lege amplam disputationem in Orellii Onomast. Ciceron. P. III. p. 126—131. Pro *nihil valebant* in codice antiquo scriptum esse refert Frc. Sylv. *vacabant*. Eandem lectionem exhibet Cod. Gud. A. Mr.

quum iudicia iacebant,] „Nam *vetus illa magistra pudoris et modestiae*, *severitas Censoria*, *sublata est* Pisone Gabinioque Consulibus: Cicero in eundem Pisonem." Xyst. Betul. Nimirum c. 4, 9. Adde ib. 12, 26: *Numerandus est ille annus denique in Re publica*, *quum obmutuisset senatus*, *iudicia conticuissent*, *maererent boni*, *vis latrocinii vestri tota urbe volitaret*, *neque civis unus ex civitate*, *sed ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset.* Probat Borg. usum Ciceronis, quo iungere solebat *leges* et *iudicia*, quo *iacere* eas et contra *vivere* significabat, locis quales sunt Verr. III, 30. et 41. coll. Abram. ad Cic. pro Mil. 28. In Vatin. 9: *Leges*, *Aeliam et Fufiam dico*, *quae — etiam inter Sullana arma vixerunt*, *solus conculcaris.* — Pro *quum iudicia* est in Drsd. 1. 3. *et iudicia*, quae una cum verbo *iacebant* omittit Cod. Drsd. 4. — „Non hoc solum fecit Clodius eo anno, quo fuit tribunus plebis, ut leges nihil valerent, sed etiam multas leges rei publicae perniciosas tulit, quas enumerat Cicero pro P. Sestio." Frc. Sylv. [cap. 18.] Mr.

quum mos patrius occiderat;] Codd. Drsd. 1. 3. *et mos.* — „Is, qui frequentius dicitur *mos maiorum.* Nam in civitate actionum nostrarum duae sunt quasi regulae, praeter communem legem naturalem: vel enim sunt leges scriptae vel mos maiorum, nullis quidem legibus conscriptus, sed tamen observatus." Wyttenb. *Mos patricius* habet Ox. σ. Mr.

quum, ferro pulsis magistratibus] Cod. Drsd. 1. 3. *et ferro.* Cod. Drsd. 4. *quum foro*, quod enotavit etiam Or. ex marg. Cod. Bas. Pro *pulsis* est *pulsus* in Cod. Crz. 1. Post *magistratibus*

Cod. Drsd. 4. addit *et*. Ceterum si cui forte *foro* placeat, is habet, quo id commendet, Or. pro Sest. 35, 75 sq. ubi est: *Quum forum — multa de nocte armatis hominibus — occupavissent, impetum faciunt in Fabricium* [principem rogationis de Cicerone restituendo et revocando] *manus afferunt —, venientem in forum virum optimum, M. Cispium, vi depellunt;* et in Pison. 10, 23. sic: *quum viri boni — e foro pellerentur.* Mr.

ferro pulsis magistratibus] Commode huc facit, quod est in Orat. post Red. ad Quir. 6, 14: *Ego autem, in qua civitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis et ferrum in foro versarentur: cum privati se parietum praesidio, non legum, tuerentur: tribuni plebis, vobis inspectantibus, vulnerarentur, ad magistratuum domos cum ferro et facibus iretur, consulis fasces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur, rem publicam esse nullam putavi. Itaque nec re publica exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi.* Non vereor, ne quis mihi obiiciat, huius orationis, quae a Wolfio, summo viro, aliisque viris doctis in spuriis habita est et hodie a plerisque habetur, nullam esse auctoritatem. Nam etiamsi vel maxime esset spuria, ipsum orationis argumentum minime destituitur et veritate et auctoritate. Sed neque illa de νοθείᾳ suspicio ita certa est, ut dubitationem admittere non videatur. Qua de re vide I. A. Savelii Disputationem de vindicandis Ciceronis quinque Orationibus (post red. in Sen., ad Quir. post red., pro Domo sua ad pontif.; de Harusp. resp.; pro Marcello. Colon. Agr. 1828:) eiusdemque Editiones Orationum post Red. in Sen. et pro Domo 1830. et 1834. quibus adde, quae scripsit Th. Lucas in prolus. scholast. Hirschberg. 1837. Quaestiuncularum Tullianarum specimen. 4. Mr.

senatus nomen in re publica non erat.] „Nam auctoritas detracta erat Senatui a tribuno et Consulibus. Quin etiam Consul Gabinius in concione dixerat errare homines, si etiam tum Senatum aliquid in re publica posse arbitrarentur." Frc. Sylv. In hac quidem loci explicatione acquiescebant et interpretes et lectores, praesertim cum libri nihil fere variarent. Neque nunc in tanta librorum multitudine, qui ad manus sunt, quidquam varietatis, quod operae pretium videatur, notandum est, nisi quod Drsd. 5. habet: *senatus in re publica: num erat praedonum ille concursus et, te duce, latrocinium in foro conductum.* Sed primus exortus est Graevius, qui cum in sua editione annotatione paullo longiore lectionem vulgatam (quam servavit tamen in contextis) impugnasset, plures, ut fit, habuit sectatores, qui non eandem quidem, quam ipse voluerat, medelam adhiberent loco, sed in eo consentirent fere

omnes, corruptum esse locum, medicamque manum desiderare. Quae virorum doctorum disputationes, cum acumen prodant et circumspectionem pleraeque, non debuerunt a me silentio premi, etiamsi fortasse, re ab omni parte considerata, apparuerit, vulgatam stare posse. Quare, quae huc pertinent, conieci in Excursum VII, quamquam, ne violentius egisse videar, coniecturam meam in orationis seriem recipere nolui. Mr.

Praedonum ille concursus] „In Pisonem [5, 11]: *Delectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere nec pati turpe esse duxit. Arma in templo Castoris, o proditor templorum omnium, vidente te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te consule arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium ac religionum.*" Ald. Man. Est haec exquisitior Latinitatis ratio: poterat enim Cicero, quod ab aliis etiam fieri solet, scribere: *Illud, quod tunc erat, non fuit civitas, sed concursus praedonum.* Exquisitiore illa ratione Cicero saepe usus est. Similiter de Legg. I, 8: *Animal hoc providum, quem vocamus hominem.*" Wytt. In Oxon. E. *Sed praedonum illa;* in Drsd. 2. est *Sed praedonum concursus ille.* Drsd. 4. *post domum ille concursus.* Laudat Borg. ad verba et sententiam Phil. VII, 6: *concursus civium perditorum*, et Phil. X, 3: *concursu — bonorum omnium.* Mr.

latrocinium in foro constitutum,] „i. e. latrones, ut servitia pro servis et ministeria pro ministris dicimus." Frc. Sylv. Ad sequentia *(reliquiae coniurationis)* Wyttenbachius haec: „Paucis verbis et breviter magna vis sententiae et gravitatis continetur, eaque plane oratoria, et sic item oratorie explananda: Erat Catilinae superstes caterva et cohors, quam eaedem furiae ad tuum scelus furoremque inflandum convenerant, quae antea vivum Catilinam ad patriam delendam impulerant." Mr.

Reliquiae coniurationis —] „Ait enim Cicero, eo tempore, quo pulsus in exilium fuit, nec rem publicam fuisse ullam nec consulem. Siquidem consul dicitur eo, quod rei publicae saluti consulere debeat. Sed hoc nec Pisonem fuisse nec Gabinium. Cicero suum consulatum cum Pisonis consulatu longa comparatione confert: Inter Clodium et Catilinam nullam differentiam fuisse, Clodium autem perniciosissimum civem ipsos Consules iuvisse, in ea oratione ostendit his verbis: *Quid*, inquit, *interfuit inter Catilinam et eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem civitatis, totam rem publicam provinciae praemio vendidisti? Quae enim L. Catilinam conantem Consul prohibui, ea P. Clodium facientem Consu-*

les adiuverunt. Voluit ille senatum interficere, vos sustulistis: leges incendere: vos abrogastis: interire patriam, vos adiuvistis. Xyst. Betul. [Locus est in Or. in Pison. c. 7.]. — Scribitur in Ox. *a. reliquae coniurationes.* Dresd. 4. omittit *a.* Drsd. 5. habet *ac Catilinae furiae.* Drsd. 1. *Catellinae*, Crz. 2. *Catheline*, Gud. A. *Cateline:* idem omittit *scelus furoremque.* Drsd. 5. *conversi.* Ox. E. *conversae sunt.* Confert Borg. Or. in Pis. 7. extr.: *Quod eandem manum ex intermortuis Catilinae reliquiis concitastis:* coll. c. 9. et 10. et pro Sest. 19. *Scelus et furor* iunguntur Cat. I, 6. pro Sest. 6. Phil. X, 3: *quas legiones ille ab Antonii scelere avertit.* Mr.

non civitas erat.] Codd. Ox. I. et Crz. 1. *non igitur civitas erat.* Drsd. 2. *non civitas esset.* Gud. A. *non erat civitas.— Num civitas erat? duo.*" Ald. Man. Habent illud *num* pro *non* Edd. Crat. Magn. Man. ex nostris Par. s. a. et 1543. Sturm. Lambb. Goth. Aud. Tal. tres Aldd. Herw. Camer. Asc. 1511. et 1520. Boul. Car. Steph. Mireris autem, in quattuor Edd. Grut. Gron. Graev. Ern. et, quae ab iis pendent, Verb. Wetz. adeoque Schutzii editione, quae omnes habent *non*, tamen in fine esse interrogandi signum, quasi servassent *num.* Mr.

Itaque pulsus ego civitate non sum,] Verba *Itaque pulsus — nulla erat* exciderunt in Codd. Crz. 2. et Ox. N. itemque Gud. A. In Suerin. est *Itaque pulsus ego non sum civitate;* in Crz. 1. *itaque pulsus non sum ego civitate;* in Drsd. 4. *ego e civitate.* — Quod h. l. *se civitate non esse pulsum* dicit, cum tamen in exilium abierit, cum eo convenit, quod idem exilium alibi dicit *discessum suum;* vid. Or. pro Sest. 22. — Quod habet h. l. Cod. Duisb. *Ita ego*, id se praeferre in Add. dixit Gernh., quia superiora hanc sententiam praeparaverint, laudatque suam annot. ad Offic. I, 2, 6, id me quidem non magis quam Orellium permovit, ut unius libri scriptionem non optimi praeferrem scriptioni reliquorum omnium. Quod vero h. l. et compluribus aliis laudat Anemoecii editionem Or., id de vera et prima eaque genuina Anemoecii editione dici non potest, cum ea Editio nihil habeat nisi libros de Officiis, neque alios habuerit eius Codex, unde illi libri sunt descripti: vid. ipsius Onomastici Part. I. p. 345 sq. Sed sumsisse videtur, id quod in Paradoxis, Cat. mai. et Laelio de Anemoecii editionis lectionibus refert, ex Editionibus Gernhardi, qui habuit Editionem non minus Pseudoanemoecianam (Colon. Agripp. 1563. 8.), quam, quae ita appellatur loco laud. p. 351. ab Orellio ipso, Basileensis ap. N. Brylingerum a. 1560. 8. edita. Vere igitur insit h. l. in illa Ed. (et in Hub.) *quae tum nulla:* certe ea lectio non

habet auctoritatem codicis MS. Mira est lectio Ed. nostrae Ven. 1492: *quae villa erat.* Illud *tum* addunt Lambb. Goth. Aud. Tal. Sylb. Ald. 1548. 1552. Boul. Car. Steph. Sola Asc. 1511. exhibet *quia nulla erat.* Illud *tum* non est in Codd. notis. Mr.

arcessitus in civitatem sum,] Nemo mirabitur esse in aliquot libris scriptis et editis *accersitus:* et habent hoc Crz. 1. Oxx. η. σ. ψ. Crz. 2. Gud. B. (Gud. A. *accertus sum in civitatem*). Suerin. (sed hic praemisso *sed*, ut Oxx. E. I.) itemque Edd. vett. ante Grut., exceptis Lamb. et Colon. De qua scripturae diversitate non est quod loquamur, cum sufficiant, quae sunt in Ed. Forcellini Germanica v. *arcesso*, et apud Doederleinium, qui ibidem laudatur *(Lat. Synon. u. Etymol.)* III. p. 281 sq. Quae sequuntur „*in civitatem sum*" leguntur *sum in civitatem* in Codd. Bas. Guelf. Gud. A. Drsd. 1. 3. 5. In Ed. Asc. 1511. et Par. s. a. *acc. sum aliquando in civitatem.* Ad sententiam monet Wytt. haec omnia pluribus explicari in Or. post Red. ad Quir. c. 6. Mr.

quum esset in re publica consul,] „Non desunt in quibus legatur *Ut esset in re publica consul.* Sed lectionem hanc reiiciendam esse, satis constat ex Plutarcho, qui in Vita Ciceronis [c. 33.] sic ait: *Ὁ δὲ Κλώδιος — φοβερὸς ὢν τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, καὶ τὸν δῆμον ἀνειμένον εἰς ὕβριν πολλὴν καὶ θρασύτητα συνεφελκόμενος ἐπεχείρει τῷ Πομπηΐῳ, τῶν διῳκημένων ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν ἔνια σπαράττων. Ἐφ' οἷς ὁ Πομπήϊος ἀδοξῶν ἐκάκιζεν αὐτὸς αὑτὸν, προέμενος τὸν Κικέρωνα· καὶ πάλιν ἐκ μεταβολῆς παντοῖος ἐγίνετο, πράττων κάθοδον αὐτῷ μετὰ τῶν φίλων.* Favebant praecipue Ciceroni Lentulus consul et tribuni aliqui plebis, inter quos erat T. Annius Milo, vir fortis et vehemens, pro quo est Ciceronis praeclara oratio. Is legem ferebat de eo reducendo. Ceterum exulavit Cicero, Pisone, Calpurniae patre, et P. Gabinio, vel (ut est in vita Catonis Uticensis apud Plutarchum) Gabinio Paulo consulibus: quorum ille (ut idem tradit) socer erat Caesaris, ideo Ciceroni infensi, quod, cum eius in Galliam legatus esset profecturus, institutum mutasset: hic ex supplicio coniuratorum odium conceperat. Itaque partim simulate, partim beneficio accusatoris et mercede provinciarum inducti, Clodio favebant. At eos fuisse consules, Cicero negat. Nam cum exactis regibus consulendum esset rei publicae, creati sunt consules. Consul igitur est, qui consulit sive providet. At cum illi virum optimum ac praeclare de re publica meritum in exilium mitterent, nec alia mitterent causa, quam quod Clodio sceleratissimo ac pestilentissimo faverent: quo tandem modo rei publicae consulebant? Recte igitur Cicero a coniugatis probat, non fuisse consules." Morisotus. „*Te fuisse Romae*

consulem, dicere audebis? Quid? tu in lictoribus et in toga praetexta esse consulatum putas? quae ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. His tu, Clodiane canis, insignibus consulatum declarari putas? Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus omni officio tuendo, maximeque, id quod vis nominis ipsa praescribit, rei publicae consulendo. Ego consulem esse putem, qui senatum esse in re publica non putavit? et sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romae ne reges quidem esse potuerunt? Cic. in Pison. 10, 22 sq. — *Consulem* dicit, numero singulari. Sed in Or. post Red. in Senatu utrique consuli, Lentulo nimirum et Metello, atque cum his Pompeio quoque, senatus principi, sui revocationem clarissimo praeconio fert acceptam. [Locus est in illa oratione c. 3 et 4.] Atque ex his quoque testimoniis convincitur, ut legamus *cum esset*, non *ut esset in rep. consul.*" Xyst. Betul. „*Consul* i. e. P. Lentulus, auctor et princeps in revocando Cicerone. *Ut* pro *cum*, quindecim. Male." Ald. Man. „Hanc ob causam Cic. in Or. post Red. in Sen. [l. c. 4, 8.] Lentulum appellat *principem, parentem, deum vitae suae, fortunae, memoriae, nominis.*" Frc. Sylv. Nihil monet de prava lectione *ut esset* Or., quam habent non tantum quindecim illi Codd. Aldi, sed etiam Ox. N. ψ. Crz. 1. 2. Drsd. 3. 4. Ed. ap. Meus. Asc. 1511. Ven. 1492. 1515. Par. s. a. 1507. 1512. Arg. Hdlb. (s. l. et a.) Lugd. In Gud. A. est: *consul ut in rep. essem.* Gud. B. *ut esset in civitate publica consul.* Mr.

quum esset in re publica Consul,] „Sc. re, non verbo tantum, et dignus isto nomine. Intelligit P. Lentulum, per quem erat revocatus ab exilio." [a. u. c. 696.] Ern.

qui tum nullus fuerat] In Cod. Drsd. 2. est *qui tum etiam nullus erat senatus, qui —*, Cod. Suerin. *qui nullus erat,* omisso *tum.* Ox. E. *tunc* pro *tum.* Idem cum Ox. ψ. *erat* pro *fuerat.* Drsd. 4. Gud. B. *et ut esset senatus.* Crz. 1. 3. Ox. E. U. *essetque senatus.* Crz. 1. Ox. E. *tunc* pro *tum.* Hanc vocem omittit Gud. B. Post *occiderat* deest *esset* in Oxx. η. ψ. Gud. B.: hic postremus habet *cum sensus* pro *consensus.* Drsd. 4. *consensus populi liber esset*, Drsd. 2. *consensus populi esset liber.* Gud. A. *liberi populi.* Suerin. *consesus* (sic) *populi non liber esset iuris.* Mr.

tum nullus] „In Tribunatu Clodii, a quo Cicero expulsus est." Facc.

occiderat] „Quod nihil eius valeret auctoritas. — *Liberi* abest ab uno. *Liber* sedecim. *Lib.* unus. *Populi Romani* unus." Ald. Man.

esset consensus populi liberi] „i. e. cum populus Rom. legem libere tulisset uno consensu de meo reditu.“ Frc. Sylv. Praeter eas, quas modo diximus, lectiones in nostris libris hae sunt: Cod. Duisb. habet *consensus populi liber, etiam iuris et aequitatis?* Legitur *liber* pro *liberi* etiam in Codd. Crz. 2. 3. et Dresdd. omnibus, idque est in Edd. prc. Ed. ap. Meus. Par. s. a. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Hdlbg. Arg. Grut. Gron. Olivet. et in his (exceptis tribus postremis) sequitur *ut esset iuris.* Reliqui habent *liberi*, itemque Ed. Lang. Asc. 1520. Lugd. 1586. Ex his autem pergunt H. Wolf. Aldinae tres, Crat. *cum esset iuris.* Ox. E. omittit *esset* ante *iuris.* Crz. 3. omittit *et* ante *aequitatis.* Bentleius scribi volebat *liber*, et paullo ante *ut esset consul.* Quorum prius non visum est recipiendum, posterius adeo reprehendendum. Mr.

quae vincula sunt civitatis,] „Pro Caecina *ius civile* dixit *vincula non modo iudiciorum, sed etiam vitae societatisque communis:* [c. 25, 70.] Ald. Man. Pro *vincula* Ed. Crat. in marg. habet *adminicula.* Mr.

quae vincula sunt civit.] Pro Cluent. c. 53. de legibus, *Hoc enim*, inquit, *vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in rep., hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis. Mens, et animus, et consilium, et sententia civitatis, posita est in legibus.*“ Frc. Sylv.

repetita memoria.] „Sic mei. Alias *recepta.*“ Ald. Man. „i. e. quae in oblivionem abierant, rursus in memoriam revocabantur: ratio et observatio cum iuris tum aequitatis. Haec quum a se invicem distinguuntur, hanc vim habent, ut *iustum* dicatur id, quod per latas leges praecipitur, *aequitas* autem, quod per se iustum et conveniens est, quamvis legibus non sit praeceptum.“ Wyttenbach. Ad verba laudat Borg. Cic. Div. in Caecil. 21: *Haec maiorum consuetudo, longo intervallo repetita ac relata;* ad sententiam Vellei. Paterc. II, 8: *finita — bella — furor: restituta vis legibus, iudiciis auctoritas, senatui maiestas, imperium magistratuum ad pristinum redactum modum, prisca illa et antiqua reipublicae forma revocata.* Ubinam Aldus pro *repetita* scriptum invenerit *recepta*, nescio. Libri certe nostri, scripti et editi, nihil eiusmodi habent. Unus Ox. σ. habet *repentina memoria.* Duisb. *repete a memoria ac vide.* Mr.

Ac vide, quam ista — contempserim.] „*Ac*, duo. *Ad*, unus. Alias *tu vide.*“ Ald. Man. Habent *ac* Codd. Oxx. N. U. η. σ. ψ. Drsd. 2. 3. 4. Duisb. Suerin. Leidenses duo, Edd. Crat. Vict. Camer. Rob. Steph. Lamb. Colon. Gron. Verb. Oliv. Ern. Schtz. Borg. Tbnr. Or. Vides maiorem librorum partem habere *at.* Idque si

solum esset considerandum, praestaret *at*, quod, si respicias verba *Itaque pulsus ego* etc., verum esse existimabat Gernh., probare etiam videtur Freundius, cum in Lexico laudet locum nostrum s. v. *at;* laudetque locos similes v. c. Famm. 7, 24: *At vide, quid succenseat;* pro Dom. 44: *at videte hominis intolerabilem audaciam;* Borg. autem, ut commendaret *ac* locis similibus, excitavit Divin. in Caecil. 11, 35.: *Ac vide, quantum interfuturum sit,* ib. 19, 61: *Ac vide, quid differat inter meam opinionem et tuam:* quamquam utroque loco sunt, qui ex Codd. legant *at:* contra, ubi nunc legitur *at* (c. 15, 48. in eadem oratione): *At ne is quidem tantum contendet* —, sunt qui exhibeant *ac.* Pendet autem in tam frequenti literarum *c* et *t*, praesertim in his voculis, permutatione tota res a sententia loci: eamque hic requirere *ac* facile concedes, non opponi h. l. aliquid prioribus, neque fingi aliquam oppositionem ab alio prolatam, sed dici aliquid, quo augeantur, confirmenturque ea, quae prius iam satis acriter acerbeque sunt disputata. Mr.

ista tui latrocinii tela] „*Latrocinium* est cohors latronum." Borg. Verba *tui latrocinii* desunt in Cod. Crz. 3. Scribitur *latrocinii tui* in Codd. Drsd. 1. 3. 4.; in Gud. A. *tela tui latrocinii,* in Suerin. *istam* (supra lin. *ista) tui latrocinii tutelam.* Est etiam *tutelam.* Cod. Drsd. 4. *contemserunt.* Mr.

Iactam et emissam a te nefariam in me iniuriam] Cur ego contra libros scripserim *emissam* pro *immissam*, exposui in Excursu VIII., qui est Symbolarum nostrarum ad Ciceronem criticarum Spec. II. cap. 1. p. 4. (Ulmae. 1828. 4.) Hoc loco sufficiat posuisse, quae vel ab aliis sunt annotata, vel ex libris sunt notanda. „*Iactam*] *Illatam* quidam legendum putant: *Factam*, duo mei. *Latam* alius." Ald. Man. „Mediolanensis editio habet *latam. Illatam* fortasse legi possit. Est hoc Stoicorum, qui credunt nihil sapienti nocere, ne fortunam quidem, posse." Xyst. Betul. Cod. Gud. A. *iactatam*, Ox. E. *iactatamque.* Gud. A. *in me nefariam.* Ox. ψ. post *nefariam* pergit *cum parietes deturbabas.* Cod. Crz. 1. habet, loco verbi *immissam*, compendium, quod legi possit *non missam;* Suerin. *ad me iniuriam.* Crz. 2. *iniuriam in me nefariam;* Drsd. 1. *semper prae me duxi*, Suerin. Oxx. E. η. ψ. *semper ante me duxi*, Ox. N. *semper quod ante dixi;* Drsd. 4: *semper duxisti.* Gud. A. *ante me duxi* (sed omisso *semper*). — Est haec sententia ex alio Paradoxo Stoicorum ducta: ὁ σοφὸς οὐκ ἀδικεῖται, i. e. sapiens iniuria non afficitur: nam quis eum iniuria afficiat nisi improbi? atqui in horum potestate sapiens non est. Nam sapiens est ipse eius animus, non corpus atque res externae.

Itaque improbus quidem potest sapientem petere iniuria tanquam telo: sed hoc telum, haec iniuria ad sapientem non pervenit, eum non tangit." Wyttenb.

pervenisse ad me nunquam putavi] Quod solent facere librarii vel interpretes, ut, ubi consulto omittitur particula aliqua sive adversativa sive opponendo inserviens, sono supplenda, eam addant, id hoc quoque loco ab iis factum est, inculcanda particula *tamen*, quam exhibent tres Codd. Aldi (in quorum uno, ante *pervenisse*, supra lineam additum est) et Edd. multae. Qua de re est haec annotatio *Gruteri:* „*pervenisse ad me* Pall. et Gul. sine *tamen*, quod in vulgatis. Pal. tert. praeterea exclusit *ad me:* licetque per me, cui *tamen* minus placet, quod praecessit *nefariam in me iniuriam:* non placet, inquam, dictio *iniuriam*, sed quid eius loco substituam, non reperio." — Nemo admodum curavit hanc de v. *iniuriam* dubitationem vel suspicionem a Grutero iniectam: et merito. Sed habent *tamen pervenisse* Crat. Magn. Hub., nostrae Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. 1543. Dav. Arg. Hdlb. Asc. 1511. 1520. Ald. 1517. Sturm. Aud. Tal.; *pervenisse tamen* Manutiana Orellii, nostrae Ald. 1548. 1552. Boul. Lambb. Goth. Car. Steph. Herw. Camer. H. Wolf. Sylb.; ex vett. solae Vict. Lamb. Par. s. a. et Colon. omittunt illud *tamen*. Unus Cod. Aldi habet *pervenisse eam ad me*, ut est etiam in Oxx. E. η., in Gud. A. scriptum est *nunquam ad me pervenisse;* in Drsd. 5. *an nihil pervenisse.* Mr.

Nisi forte, quum parietes disturbabas,] Cod. Drsd. 5. *nisi cum forte.* — „Quo die Cicero ex urbe discessit, P. Clodius domum eius, quae in Palatio erat, incendit, parietes disturbavit, ut eo in loco deae Libertatis templum aedificaret, tanquam Ciceronis exilium Romanae civitati libertatem afferret." Frc. Sylv. „Domus et villas Ciceronis combusserat Clodius, quae senatus iussu aere publico instauratae fuerunt. Quas domus Clodius demolitus sit, narrat Attico Cicero lib. epist. 4, ad Att. [3.]" Xyst. Betul. „Suppellectilem etiam Ciceronis et reliquas opes hastae subiecit Clodius, ut ait Plutarchus in Vita Ciceronis." Aud. Tal. [cap. 33.] Conf. Cic. pro Mil. 32., in Pison. 11. pro Domo 23 sq. — In seqq. Ox. ψ. habet *facies* pro *faces;* Gud. B. *inferebat*, pro *inferebas.* Confert Borg. Cat. III, 9: *qui sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati.* Mr.

cum parietes — inferebas] „Clodius per plebiscitum effecerat, ut Cicerone in exilium expulso eius domus disturbaretur et in area sacellum Libertatis consecraretur. Iam quum domus Ciceronis a fabris disturbaretur, factum est concursu Clodianae plebis, ut eadem domus incenderetur et deflagaret. Qua de re Cicero ipse

mentionem fecit in Or. pro Domo c. 24; pro Sestio c. 26; post Red. in Sen. c. 7." Wyttenb.

meorum aliquid] Or. ex Edd. Man. et Lamb. enotavit *tunc meorum aliquid.* Nos idem reperimus in Edd. Car. Steph. Ald. 1552. H. Wolf. Sylb. Aud. Tal. Sed *meorum tunc* est in Codd. Drsd. 1. 3. Ox. I. et Ed. Asc. 1511. In Ed. Hub. est *tum meorum;* in Drsd. 5. *meorum autem.* Facc. in annotatione scribit: libenter legerim *meum aliquid.* Ad quae Gernh., *Meum aliquid,* inquit, foret aliquid, quod vere meum est: *meorum aliquid* cogitare iubet plura, pariter mea, e quibus aliquid sumatur: quod mihi videtur gravius ut librorum consensu certius. Certe nihil est causae, quare a vulgata discedas. Mr.

Aliquid ruere aut deflagrare arbitrabare] „*Aliquid ruri aut in urbe deflagrare arbitrabare,* unus. *Aliquid aut rure, aut in urbe defl. arb.* tres, quorum unus *rure aut urbe.* — *Aliquid aut ruere aut defl. arb.* novem, in quorum uno add. — *Aut. al. ruere atque defl. arb.* duo. *Deflagrari,* unus. *Deflagrare:* absolute. Ut infra: *Aedes Nympharum tua manu deflagravit.* — *Deflagrari,* unus male." Ald. Man.

ruere aut deflagrare arbitrabare] „In quibusdam sic legitur: *aut in urbe deflagrare arbitrabare.* Sed hoc est suppositititium, ut liquet ex Plutarcho [in Vita Ciceronis c. 33.] *Villas,* ait, *praeterea Ciceronis Clodium incendisse, aegros vastavisse, domum diruisse: et, quo solum quoque auferret, templum Libertatis in area dedicavisse, supellectilem et cetera hastae subiecisse, et singulis diebus proclamasse, quorum tamen nunquam repertus sit emptor.* Nam si villa L. Syllae dictatoris, quam in Tusculano habuit: si aliae item, quae ipsi fuerunt in Pompeiano et Formiano, deflagrarunt: cur *in urbe* adiecisset, quasi nihil ei *ruri* periisset incendio?" Morisotus. Illud *in urbe* e nulla Editt. veterum enotavit Or. Est tamen in nostris Dav. Hdlb. (s. l. et a.) Arg. Par. 1507. 1512. Ven. 1492. 1514. Herw. Camer. Mihi quidem verum vidisse videtur Gernh., qui additamentum illud *in urbe* inde ortum censuit, quod aliquando, ut re vera legebatur, pro *ruere* aliquis scripsit *ruri,* unde proclive fuit addere *aut in urbe,* cum Ciceronis domum, quam habebat in urbe, plures interpretes scirent esse dirutam, quam villas. Vid. annot. Aldi Man. — Ceterum legitur *aut ruere* in Drsd. 3. et Ox. I.; Ox. U. habet etiam illud additamentum *in urbe.* Cod. Crz. 2. et Drsd. 5. habent *arbitrare* pro *arbitrabare.* Mr.

Nihil enim meum est,] „Exemplaria, quae ex officina Simonis Colinaei prodierunt, habent *Nihil neque meum est.* Nos tamen secuti sumus vetustissimi cuiusdam exemplaris fidem, in quo scri-

ptum inveni *Nihil enim meum est.* Et certe, ut Cicero sic loquitur interdum, ita non indecenter causae nota adiecta est, in hunc modum: Istam tuam iniuriam ad me nunquam pervenisse putavi, etiamsi parietes disturbaveris et sceleratas faces intuleris. Nihil enim meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest." Morisotus. „*Nihil neque meum est*: Sic novem. *Nihil nec meum est*, tres. *Nihil enim meum est*, tres. *Nihil meum est*, duo. *Nihil aeque meum est*, unus." Ald. Man. In Cod. Drsd. 3. legitur *nihil meum est*, ut in Cod. Bas.; in Oxx. E. I. et Ed. Ven. (ap. Or.) 1487. *nihil enim neque meum est;* in Ven. 1492. Herw. Par. 1507. 1512. 1543. Arg. Dav. Lugd. legitur *nihil enim m. e.;* in Gud. A. *nihil neque i. meum est*, Gud. B. *nihil hoc nȝ meum est;* Drsd. 4. *nihil hoc nec meum est.* Ox. E. *nihil nec.* Mr.

Nihil neque meum est,] „Est enim hoc Stoicum, ut supra in Biantis exemplo intelleximus. Nam secundum Epictetum quaedam in nobis sunt, quaedam non sunt in nobis. In nobis esse dicit, quae nostra sunt opera, *ὑπόληψιν*, *ὁρμὴν*, *ὄρεξιν*, *ἔγκλισιν*: non in nobis esse, quae non sunt nostra opera, *τὸ σῶμα*, *τὴν κτῆσιν*, *δόξας*, *ἀρχάς*." Xyst. Betul. Ceterum, quamvis hoc loco magnifice loquatur, et ad certum animi sententiam, in ipso tamen calamitatis sensu recenti affectum eum fuisse scimus graviter, neque modo ex vita Ciceronis a Plutarcho descripta, sed ex ipsis Ciceronis epistolis (vid. Lib. III. ad Att. passim): cuius etiam sensus hoc est testimonium in Or. pro Domo 36, 97: *Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi ascisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. An ego poteram — infitiari me esse hominem et communem naturae sensum repudiare?* Mr.

neque cuiusquam] „MS. *aeque cuiquam.*" Graev. Ad seqq. laudat Borg. Cic. Parad. VI, 1: *aufers, eripis;* ib. 3: *quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi, nec surripi potest unquam, neque naufragio neque incendio amittitur.* Wyttenbachius autem, „Huius, inquit, gradationis ratio postulat, ut scribatur: *quod amitti, quod auferri, quod eripi potest:* atque ita Cicero scripsisse videtur." Ego vero quo minus obsequar, non solum consensu librorum probibeor, neque eo, quem modo ex Par. VI, 3. laudavi, loco, quo item praecedit *eripi*, sequitur *amitti:* sed ipsa loci sententia, quae haec est: Nihil meum est, quod mihi vel casu auferri, vel vi eripi, imo quod qualicunque modo amitti potest. Ita apparet, opinor, cur *amitti* ultimo loco positum sit. In fine periodi Codd. Drsd. 1. et 3. habent *potest amitti.* Mr.

Si mihi eripuisses divinam] „Sic decem septem. *Si mihi hoc eripuisses*, unus. Alias *si mihi hoc erip.*" (?) Ald. Man. Graevius in lemmate variarum lectionum, nescio unde scripsit *divam:* nisi hic est unus e plurimis operarum erroribus, quibus abundat elegans illa et ceteroqui commendabilis editio. Idem Graevius ibidem monet esse in Edd. nonnullis *diuturnam*. Habet illud *diuturnam* Cod. Drsd. 5; habent Edd. Par. s. a. Arg. Asc. 1511. Par. 1543. Sturm. Boul. Ald. 1548. sed in duabus postremis *divinam* est in margine. Ox. E. habet *si mihi hanc eripuisses*, Ox. I et Suerin. *si mihi haec eripuisses.* Ox. σ. *si mihi hoc eripuisset.* Est etiam *eripuisset* in Ed. Daventr. Vocem *mei* omittunt Crz. 3. et Gud. A. In Crz. 2. est compendium, quod legi potest *animi meam;* in Cod. Duisb. *Si mihi eripuisses: divina animi mei constantia meis curis vigiliis consiliis staret te invitissimo res publica.* Cod. Suerin. *constantiam cum meis curis vigiliisque si consiliis reipublicae si modo statu imminutissimo si huius aeterni beneficii immortalem memoriam.* Gud. B. habet — *constantiam mea consilia cum meis meis* (sic) *curis vigiliis ῆ rebus p. invicta stat;* Gud. A. *meas vigilias;* Drsd. 5. *vigilia consilia, si morem reipublicae, si huius etiam beneficii.* Gud. A. *meas vigilias.* Idem pro *quibus — stat*, habet *si m.* (o) *re. p. si hanc beneficii eterni imm. mem.* Crz. 1. *vigilias consilia si modo remp. si huius beneficii eterni.* Crz. 2. *consilii si modo r. p. si huius.* Crz. 3. *consilia in rep. si huius.* Drsd. 1. *quibus resp. invicta stat si modo remp. si huiuscemodi etiam beneficii immort.* Drsd. 2. *consilia et quando his invicta resp. stat.* Drsd. 3. *quibus resp. invicta stat si huiuscemodi aeterni.* Drsd. 4. *mea consilia cum meis curis vigiliis — resp. invicta.* Haud minor est perturbatio in Edd., quamquam non tanta varietas. Et habent quidem Ven. 1492. 1514. Hdlb. Dav. Par. 1507. 1512. Lugd. *animi* (omisso *mei) const. — consilia si modo remp. cum meis curis vigiliisque resp. stat;* Asc. 1511. Aldinae tres, Sturm. Aud. Tal. Car. Steph. Boul. Lambb. Goth. Par. 1543. Crat. Herw. Cam. *quibus resp. invicta stat;* Ed. Arg. *animi* (om. *mei) constantiam meas — consilia in republica cum meis curis vigiliisque resp. stat.* Edd. Vict. Rob. Steph. et varietas Magn. (nam Ed. Magn. cum Asc. 1511. et rell. facit) exhibent: *meis curis, vig., consiliis stare te invitissimo rem publicam.* Sed ne quid desit ad cognoscendam totam loci perturbationem, (ex omnibus enim solae Edd. Lang. Lamb. Colon. Suffr. Petr. Grut. H. Wolf. Gron. Verb. sqq. et Oxx. ψ. σ. nobiscum faciunt:) addimus annotationes criticas Camerarii, Gruteri, Gronovii, Graevii. Mr.

quibus resp. invicta stat,] „Ven. [quam eandem esse cum Vict. ait Or.] *Meis curis, vigiliis, consiliis, stare te invitissimo remp.* i.e. hanc laudem conservatae a me Reip. — Quae ut non improbo, ita non ausim affirmare pro illis reponenda esse.“ Camerar. *Quibus resp. te invitissimo stat:* Est Lambini, sed mutuo fere sumptum a Victoriana, quae mire tamen dicedit a vulgatis. Pall. horum nihil omnino habent; expressere enim fere: *vigilias, consilia in remp.; si huius* etc. quomodo fere in editione prima: nempe, *consilia si remp. si huius.* Gulielmius prompsit ex Metelli libro: *si modo inventa in rep.*, unde, si ausit, libens fecerit *si monumenta in rep.* Verum desperatis potius abstineamus.“ Grut. „Membranae tamen, laudatae patri, habent ut Victorius. In quibus certe non sententia modo, sed sententia melior, quam in Lambiniano isto est, utique digna, quae ab hac varietatum in scribendo congerie neutiquam mereatur abesse.“ Gronov. [Probarem equidem Gronovii sententiam, si scriptum esset *animi mei conscientiam* (nec vero *constantia)*]. „Liber Pith. *consilia si mē rē p̄.* Alius eiusd. *consilia in remp.* Ed. Gryphii: *consilia quibus resp. invicta stat.* Receptam tamen a Grutero lectionem olim Langius quoque in sua tenet editione emendatissima.“ Graev. Ernestus ipse ad h. l. nihil annotavit: addimus tamen ex eius Ed. et Gernh. lectiones Codd. Oxx. Et habet U. *consilia in remp.*, in eodem et E. N. desunt verba *quibus — stat*, quorum loco in I. et ψ. est *cum meis curis vigiliisque resp. invicta stat.* Tum E. *si cuius*, I. *si modo remp. si ius.* N. *si modo remp. si hiis.* E. *externi* pro *aeterni.* U. eam vocem omittit. Mr.

Quibus res publica etc.] „*Quibus res publica stat*, sedecim mei. *Stare* firmitudinem quandam habet. — *Mentem* dicit, quam se *accepisse a diis immortalibus* ait Catil. III. [9, 22.]. — Verba *mihi eripuisses* absunt a vetere meo. *Mihi* deest in uno.“ Ald. Manut. Abest *mihi* etiam a Codd. Ox. ψ. Bern. Bas. Guelf. Gud. A. — Gernh., qui in Ed. Lugd. 1556. reperisset *quibus resp. invictissima stat*, in ea fieri dixit transitum ad veram lectionem. Mr.

divinam — iniuriam.] „Iniuriam accipimus, Stoicorum quidem opinione, si quid nostrum nobis eripitur: nostrum autem nihil est, nisi quod ad animum pertinet. Ita Clodius Ciceroni non potuit eripere constantiam, quae est pars fortitudinis, neque curas et vigilias et consilia, quae sunt prudentiae et iustitiae. Neque etiam ex animis civium potuit delere gratam recordationem beneficiorum, quibus rem publicam affecerat Catilinaria coniuratione opprimenda, nec denique ei potuit eripere illam mentem, unde

haec consilia profecta erant. Nam potuerat quidem Ciceronem interficere, sed haec iniuria ad corpus pertinebat, nec vero ad mentem, unde illa consilia fluxerant." Wyttenb. — Confert Borg. ad locutionem Cic. Or. pro Rabir. Post. 8, 19. ubi est *quo — stante;* et Div. in Caecil. 6.: ubi est *his invitissimis.* — Quod vero Cicero de se ipso loquens sui animi *divinam* praedicat constantiam, id noli ita intelligere, quasi tam putidus fuerit sui laudator, qualem nos diceremus, si germanice suam qualemcunque virtutem aliquis cum divina quasi contendere posse diceret. Nihil aliud vult, quam quod nos intelligimus insolitum, haud vulgare vel, si placet magnificum: cuius usus exempla vel Lexica suppeditant. Mr.

si illam mentem, unde — manarunt,] Cod. Duisb. *Si etiam illam mentem.* Quod h. l. supervacaneum additum est, id in Cod. Bern. male excidit, *etiam*, inter verba *multo* et *magis;* et ante haec Ox. I. habet *disuisses* pro *delevisses.* In seqq. Ox. η. omittit post *unde haec.* Pro *manarunt* habet Crz. 2. *manant,* Drsd. 1. 3. 4. *manaverunt.* Quae sequuntur verba *mihi eripuisses*, reiicit Th. Bentleius. Recte autem monet Gernh. non commode ea omitti, cum superiora *si mihi eripuisses* sint remotiora, quam ut verba *tum ego accepisse* etc. satis habeant oppositionis. Mr.

tum ego accepisse me confiterer iniuriam.] Cod. Crz. 1. Gud. A. et Drsd. 1. habent *tunc* pro *tum:* male. Excidit *ego* in Oxx. E. ψ. Drsd. 2; in Drsd. 2. scribitur *me accepisse.* Omissum autem est *me* in Codd. Drsd. 1. 3. 4. In Gud. A. scribitur *me iniuriam accepisse confiterer.* Pro *confiterer* est *fateor* in Cod. Suerin. Ox. O.; *faterer* in Drsd. 5. Oxx. I. U. η., in Crz. 2. *profiterer*, in Gud. B. *fatear* cum Ox. N. Inverso ordine habent *iniuriam confiterer* Codd. Drsd. 1. Bern. Bas. Edd. Lamb. et Colon. Mr.

Sed si haec nec fecisti,] Cod. Crz. 2. omittit *sed,* Ox. E. omittit *si haec*, Codd. Drsd. 1. 3. 4. 5. habent *non* pro *nec*, cum Crz. 1. et Suerin. *Hoc* pro *haec* est in Drsd. 4. 5., omissum est *nec* in Drsd. 2. Ad structuram quod attinet *(fecisti — potuisti — dedit)*, F. Ellendtius in Comm. de formis Enunciatorum Conditionalium L. L. (Regim. Pruss. 1827. 8.) p. 18. hanc regulam posuit: „Praeteritum Praeterito iungitur, cum utraque res, quo tempore loquimur, absoluta est": ibique laudat etiam Tusc. II, 11, 26: *Sed ubi illi* [poëtae Latini] *defecerunt, verti multa de Graecis.* Mr.

reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit,] Scribitur *tua devia* in Codd. Crz. 2. 3. Drsd. 3. 5. Gud. A. (in quo est *reditum*) Bern. Bas. Guelf. Edd. prc. 1465. Cr. Magn. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd.

Aldinae tres, Boul. Car. Steph. Sturm. Sylb. H. Wolf. Eundem verborum ordinem, sed lectionem *tua fecit iniuria* (quae est interpretis vel glossatoris) habent Cod. Drsd. 1. Edd. Par. s. a. Asc. 1511. Par. 1543. Herw. Quem verborum ordinem cave praeferas. Non enim sonus esse debet in voce *tua*, quo facto Clodii iniuria opponeretur iniuriae alterius alicuius hominis: sed id vult Cicero, ipsa Clodii iniuria factum esse, ut non exitus eam sequeretur calamitosus, sed reditus honorabilis. Ad locutionem confert Borg. Cic. in Pison. 14, 32: *cetera illa — quae meus discessus rei publicae vulnera inflixit — qui si calamitosissimus fuisset, tamen* etc. de Prov. Cons. 19, 45: *Est mihi ipsi perhonorificum, discessum meum funus dici rei publicae.* Mr.

Ergo ego semper civis,] „*Semper civis eram*, unus. *Civis ero*, duo. *Civis fui*, unus. *Eram* abest (et omnino verbum) a quattuordecim." Ald. Man. Agnoscis glossam. Sic etiam Drsd. 5. *semper ero civis.* Aliam habet Ox. I. *semper civis optimus;* Cod. Duisb. miram habet, errore librarii, ἔμφασιν: *Ego ego semper civis.* Mr. „Vulgo additur *eram*, et infra, post *quidem*, additur *civis*. Nempe de more interpretum scholasticorum." Facc. Refert esse illud *eram* Gernh. in Edd. Asc. Herw. Lugd., addit Or. Edd. Magnol. et Man., nos Edd. Aldd. tres, Aud. Tal. H. Wolf. Boul. Par. 1543. Car. Steph. Sylb. Lambb. Goth. Herw. Cam. In iisdem etiam in seqq. post *quidem* est *es civis;* quod autem vulgo legi dicit Facc. *eram* priore, et *civis* altero loco, sola habet Ed. Sturm. Non habent priorem glossam *(eram)*, sed posteriorem *(es civis)* Edd. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd. Arg. Dav.; in Ed. Crat. post *civis* additur *etiam* et in seqq. *es civis* post *quidem;* Asc. 1511. glossam *eram* addit post *maxime;* tum ut Crat. et aliae. Nobiscum faciunt Grut. et seqq. omnes; ante Grut. autem Victor. Rob. Steph. Lamb. Colon. Ad formulam *Ergo ego*, quae duriuscule legitur in loco Lucilii poëtae apud Cic. de Finn. I, 3, 9. ad eum locum Goerenzius contulit Or. de Provv. Conss. 8, 19: *Ergo ego senator* etc. Mr.

et tum maxime,] Oxx. E. I. Drsd. 1. 2. 3. 5. addunt *eram* post *maxime.* Pro *et* legitur *sed* in Codd. Gud. A. B. Suerin. Drsd. 4.; deinde *tu* pro *tum* in Cod. Suerin., eiusque loco *tunc* in Gud. A. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. 5. In seqq. Cod. Duisb. *salutem meam*, ordine inverso. Mr.

quum meam salutem senatus — commendabat:] „Nam senatus Ciceronem commendavit per litteras Consulares omnibus urbibus, in quas venturus esset, ut optimum civem. Quod item dixit in Or. pro Sestio c. 22." Wyttenb. Locus est §. 50: *Ego, qui*

(quemadmodum multi in senatu, me absente, dixerant) periculo rei publicae vivebam, quique ob eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar, nonne, si meam vitam deseruissem, rem publicam prodidissem. Add. c. 60, 128: *Quem enim unquam senatus civem, nisi me, nationibus exteris commendavit? cuius unquam propter salutem, nisi meam, senatus publice sociis populi Romani gratias egit?* pro Planc. 32, 78: *Senatus consulto — mea salus omnibus est gentibus cammendata.* Idem, quod priore pro Sestio loco, refert in Or. in Pisonem c. 15, 32. Codd. Crz. Gud. A. habent *externis* pro *exteris.* Suerin. *in exteris.* Mr.

Civis optimi] „*Ut* additum in uno, cum prius non esset." Ald. Man. „A duobus vetustissimis libris abest particula *ut*, et haud scio an male: videtur enim ex formula esse: *Civis bonus*, *Civis optimus.*" C. Lang. „Nonnulli libri veteres non habent particulam *ut*, quos secutus est Langius. In uno pro *civis optimi* scriptum est *civis optimus.* mendose. Lamb. „Deest etiam *ut* in Pith." Graev. Vocem *ut* omittunt Codd. Bas. Guelf. Gud. A. Crz. 2. Edd. prc. 1465. Vict. Rob. Steph. Bentl. In Cod. Crz. 2. scribitur *optimi viri civis.* Reliqui libri servant *ut.* „Carere eo posses (monet Gernh.), si scripsisset Cicero: *meam, civis optimi, salutem.*" Sic Or. pro Planc. 10: *meae, praesentis, preces.* Mr.

tu, ne nunc quidem,] Editiones, in quibus glossa *es civis* vel *civis* additur, supra memoravi. Nunc de Codicibus monendum. Et habent quidem *es civis* Oxx. U. ψ. Crz. 1. 3. (hic etiam *nae* pro *ne)* Drsd. 5.; Ox. E. habet *ne tunc* pro *ne nunc*, Ox. N. *nunc*, omisso *ne*; Ox. ψ. *et tunc.* Drsd. 1. 3. *tu ne es nunc quidem civis*, Drsd. 2. *tu ne tunc quidem civis*, Drsd. 4. *tu ne es cives* (sic) *non quidem;* Drsd. 5. *tu ne quidem nunc es civis;* Crz. 2. *tu ne quidem civis;* Oxx. E. I. *cives eras.* Suerin. *ne nunc civis quidem.* Gud. B. *ne es civis nunc quidem.* Mr. — Vulgati *quidem es civis.* Sed delevi suasu Pal. tertii, S. Victoris, item auctoritate Ed. Vict." Gruter. „Edd. *es civis*, invitis MSS." Graev.

Nisi forte idem esse hostis et civis potest.] „*Hostem* non eum significat, cui vel bellum indictum, vel qui reip. indixerit, quem veteres perduellem vocabant: sed eum, qui tranquillitatem rei publicae contra ius fasque et contra leges conturbat: qua significatione Cicero saepe utitur." Xyst. Betul. „Itaque Cicero prima invectivarum in Catilinam negat eos, qui a rep. defecerunt, unquam iura civium Romae tenuisse." Frc. Sylv.

idem hostis esse et civis potest.] Sic (dicit Or.) Ed. prc. Ed. ap. Meus. Vict. Suffr. Petr. Ex nostris libris accedunt Crz. 2. 3.

Drsd. 1. 3. Edd. Ven. 1492. 1514. Hdlb. s. l. et a. Par. 1507. 1512. 1543. Dav. Sturm. Ald. 1548. Lugd. Rob. Steph. Herw. Camer. Boul. Aud. Tal. Quare sic cum Or. edidimus. In Crz. 1. legitur *potest esse hostis et civis;* Drsd. 2. *hostis potest esse et civis,* Drsd. 4. 5. Gud. A. Suerin. *hostis et civis esse potest:* et sic Edd. Lamb. Colon. Car. Steph. H. Wolf. Ald. 1552; *hostis et civis esse puteris* Ald. 1517. et Crat. [nec vero, ut ait Or., Crat. cum Man. habet *hostis esse et civis esse puteris*]. Crat. autem in marg. *potes*, quod habet Sylb. in contextis. Cum Gernh., qui habet *idem esse hostis et civis potest*, faciunt Edd. Lambb. Goth. Grut. Gron. Graev. Verb. et seqq.; Cod. Gud. B. *hostis et civis esse putetur.* Denique Par. s. a. *hostis esse civis potest.* Ox. ψ. omittit *potest.*

An tu civem ab hoste natura ac loco,] „*Ac* non est in duobus. *An*, septem, *et*, duo." Ald. Man. Pro *ac* habent *an* Oxx. I. N. η. Crz. 2. Drsd. 2. 3. 4. 5; in Duisb. est *At tu civem;* Gud. A. omittit *tu.* Suerin. omittit *ac.* Gud. A. habet *an loco an animis.* Crz. 1. vocem *natura*, in contextis omissam, in marg. additam habet ab alia manu. Idem pergit *vel animo.* Th. Bentl. coniecit *natione* pro *natura.* Vetus Caroli Stephani *an animo.* Mr.

non animo factisque distinguis?] „*An animo*, unus." Ald. Man. — Cod. Crz. 2. *non animis factisque.* — „*Natura et loco*, est figura ἓν διὰ δυοῖν, pro *loco naturae* i. e. nascendi, loco, quo quis natus est. Sic *natura* dicitur rariore usu, nec in lexicis annotato, pro eo, quod posteriores dixerunt nativitas, Cicero alibi et aliis scriptis vocavit *ortum.*" Wyttenb. Borg., postquam reiecit Bentleii coniecturam *natione ac loco*, plane ut Wytt. explicat *naturam*, laudatque Phil. VIII, 4: *Sin eos, qui natura cives sunt, voluntate hostes, salvos velis;* in Verr. Act. II. L. V, 71, 182: *quasi natura et genere disiuncti sint, ita dissident a nobis animo et voluntate.* Mr.

Caedem in foro fecisti:] „Cum Clodiani armati VIII. Calend. Febr. [a. U. c. 696.] forum, curiam, comitium occupaverunt, tam multos fuisse ab his occisos Cicero dixit pro P. Sestio, ut corporibus civium Tiberis repletus et cloacae refertae fuerint." Frc. Sylv.

Caedem in foro etc.] „Clodius, ut est in Oratione pro Sextio, forum armatis hominibus occupavit, multique occisi sunt" Facc. [pro Sext. c. 35.] Mr.

armatis latronibus templa tenuisti] „Templum Castoris intelligit, quod armatis hominibus et servis Clodius occupavit, ne lex ferretur de Ciceronis reditu. Id autem Castoris templum pro foro iudiciali, ut contra forum pro eo templo saepe dicitur." Frc. Sylv. „Templum dicitur omnis locus publicus et ad certum usum

consecratus (inauguratus), sive civilem sive religiosum. Est a Graeco nomine τέμενος, quod est a τέμνω, quasi pars exsecta a reliquis partibus et ad proprium usum destinata. Haec autem templa sunt vel sacra, quae dicuntur aedes, fana et similia: vel sunt ad alium usum, veluti Circus, Curiae et similia. Templa autem erant alta, unde saepe augures aut alii circumspiciebant coelum aut regionem: unde dictum est *contemplari*.“ Wyttenbach. Vid. ad rem Cic. in Pison. 15. et pro Sestio 39. Mr.

Armatis latronibus] Codd. Oxx. I. U. ψ. Crz. 1. *cum armatis latronibus*. Drsd. 5. *armatis cum latronibus*: elegantius scilicet. Utrumque falsum. Armati latrones non sunt quasi socii Clodii, sed veluti instrumenta occupandi et tenendi loci. Est autem formula legum *de vi*, *armatis hominibus*. Vid. Dirksenii Manuale Latinitatis Fontium Iur. Civ. Rom. v. *armatus* p. 83. Adde egregiam disputationem de lege Plautia (s. Plotia) *de vi*, in Indice Legum ap. Orell. Onomast. Tull. P. III, p. 233—243. Mr.

privatorum domos, *aedes sacras incendisti*,] Scribitur *domus* in Codd. Drsd. 4. Crz. 1. et Gud. B. Cod. Ox. E. habent *privatarum*. Pergunt Codd. Suer. Drsd. 1. 3. Gud. B. *et aedes sacras*, Crz. 3. *aedesque sacras*, Drsd. 3. *sacras aedes*. Crz. 1. omittit *sacras*, quod, ut supplendum, superscripsit alia manus. Mr. „Invidiose *domos* dicit plurali numero, pro *domum*.“ Frc. Sylv. *Aedes* habet Vict. Graev. sqq. reliquae *aedesque*. Mr.

Cur hostis Spartacus?] „Vid. Plutarch. in Crasso.“ Ald. Man. [cap. 8.] „Quo tempore L. Lucullus gerebat bellum cum Mithridate, quattuor et septuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt, qui servorum multitudine congregata magnum exercitum conflaverunt, cuius Chrysus et Spartacus duces fuerunt, a quo Romanus exercitus saepe victus est. De eo T. Livius libris 95. 96. 97.“ Frc. Sylv. „Spartacus, dicit, adversus quem tu rem ad Vesuvium montem parum feliciter gessisti, delusus nimirum ab obsesso et in fugam actus. *Spartacus*, inquam, *de stipendiario Thrace*, ut Flori verbis utar [III, 20.], *miles*, *de milite desertor*, *deinde latro*, *deinde in honore virium gladiator*.“ Xyst. Betul. Spartacus, dux servorum, qui conglobato exercitu Romam petebant, iamque Romanum exercitum bis vicerant, cum iis occurreret M. Crassus, deinde Pompeius, a quo debellati sunt anno a. n. ae. 71. (a. U. c. 680). vid. Eutrop. VI, 7.“ Wyttenb. — Cod. Ox. I. *hostis diceris Spartacus*. Nomen *Spartaci* varie corruptum Crz. 1. habet *privatus*, sed supra lin. *Spartacus sc. dictus*; Crz. 2. *perticus*; Ox. E. *Sperticus*; Drsd. 1. 3. *Sparticus*; Drsd. 4. *specta-*

tus. Tum Oxx. E. I. U. η. *si tu es civis;* Drsd. 5. *si tu civis es.* Drsd. 4. in seqq. *civitas non esset.* Mr.

Potes autem esse tu civis] „*Potest autem esse civis*, unus. *Potes autem esse civis*, quattuor. *Putas autem te civem esse*, quattuor.“ Ald. Man. Cod. Crz. 2. *Potes autem tu civis esse.* Suerin. *Putas autem te civem esse.* Drsd. 1. 3. *Potes autem an esse civis.* Drsd. 4. *Putes autem esse cives.* Drsd. 5. *Putes autem esse civis tu.* Cod. Gud. B. *p. a. esse civem.* Mr.

Potes autem esse tu civis,] Or., nescio unde, dedit *Potes autem tu esse civis*, quem verborum ordinem, per se non reprobandum, in nullo ego libro reperi, praeter Ed. Teubn., quae ex eius exemplo videtur expressa. Sequitur in Cod. Ox. ψ. *per* pro *propter*, sine dubio ex perperam lecto scripturae compendio. Coniecit tamen *per quem* esse legendum Th. Bentleius: praeter necessitatem. In Cod. Crz. 2. sequitur: *aliquando ista non fuit civitas.* Drsd. 1. 3. *aliquando non fuit civitas;* Drsd. 4. *aliq. civitas non esset.* Mr.

Et me exulem tuo nomine appellas] „*Exsulem* abest ab undecim, in quorum duobus additum. *Tuo nomine:* i. e. quod in te potius, quam in me convenit. Quod infra probatur argumentis.“ Ald. Man. „Vox *exsulem* abest a multis libris manu scriptis.“ C. Lang. „Quattuor libri veteres non habent vocem *exsulem:* eamque Langius delendam censet: cui assentior. Lambin. [Est enim in Ed. Graevii hoc additum ad annot. Langii: „recte, ni fallor“; quod non est in Ed. Andr. Schotti (Frcof. Wechel. 1615. 4.), ex qua exhibemus annott. Langii, quia minus inquinata est operarum erroribus, quam Graeviana.] — „*Tuo nomine* i. e. quo nomine tu appellandus es. Suum enim exsilium Cicero nunquam appellat exsilium.“ Frc. Sylv.

et me tuo nomine appellas,] „Ita in Lambini MSS. quattuor, tribus Pall. et totidem Guil. Interiecerant magistelli *exsulem.*“ Gruter. „Me appellas exsulem, quod nomen proprie in te convenit.“ Wytt. Habent Oxx. E. I. U. η. ψ. Drsd. 5. vocem *exsulem*, nec vero eodem loco, quo Edd. vett., sed ante *appellas;* sed in Drsd. 5. legitur *appellabas.* Post *me* habent *exsulem* Drsd. 1. 3. Crz. 3. Enotavit Or. ex suis *et me exsulem*, ex Cod. Bas. Edd. prc. Ed. ap. Meus. Crat. Man. Magn. Lamb. Suffr. Petr. Lall. Habent idem nostrae vett. pleraeque, excepta Rob. Steph., quae in plerisque Victorianam sequitur. Post Gruterum ex nostris habet eam glossam sola Ed. Facc., ex libris Orellii Ed. Hub. sed ante *appellas.* Th. denique Bentl. ex coniectura: *et me exulem tu nomine appellas:* quod, si latinum est, Ciceronis certe non est.

Quod vero ait Gernh. a Lambino eiectum esse illud *exsulem*, quod re vera ei displicebat, inde apparet eum veram Lambini editionem sive non habuisse, sive non inspexisse. In seqq. Cod. Crz. habet *in meo discessu*, Drsd. 5. *in eo discessu* pro *meo discessu*, cuius erroris origo facile patet. Pro *putent* legitur *putant* in Ox. I. et Crz. 1. cum Gud. A. Mr.

Nunquamne, homo amentissime, te circumspicies?] Legitur *homo amicissime* in Codd. Crz. 2. Gud. A., in Drsd. 5. *homo vehementissime*; in Ed. Par. s. a. *amantissime*, et pro *putent*, *putarint*. Ad v. *te circumspicies* Wytt. in scholis haec: „i. e. *oculos quaqua versus* in *te* convertes, te ipse considerabis. Nam quod hodie vulgo in linguis communibus dicunt *circumspicio me*, pro simplici *circumspicio*, latinum non est.“ Mr.

homo amentissime, te circumspicies?] *Amentes* saepe a Cicerone dici improbos monet Borg. laudatque Verr. IV, 9. 12. pro Sest. 19., in Pis. 9; Phil. V, 13. Pro *circumspicere* Ciceronem aliis etiam verbis uti observavit idem. Sic de Finn. II, 35: *Tute introspice in mentem tuam ipse;* pro Scauro, 13: *tamen se non respicient.* Mr.

Nunquam, nec quid facias, considerabis, nec quid loquare?] Pro *nunquam* repetitum habent *nunquamne* (omisso *nec)* Codd. Bas. Oxx. E. I. Gud. B. Drsd. 2. Suerin. Duisb. Edd. vett. fere omnes ante Grut., exceptis Edd. prc. Vict. et Rob. Steph., quae habent, quod nos ex optimis libris edidimus; Edd. Ven. 1514. et Arg. quae habent *nunquam te — considerabis;* Edd. Par. 1507. et Lugd. in quibus est *facies* pro *facias* (cetera, ut in aliis) Ed. Par. s. a. et Asc. 1511. *nunquam quid* (omisso *nec)* cum Codd. Gud. A. (qui item habet *facies)* Drsd. 1. 3. 4. (in quo item est *facies)* 5. In solo Gud. B. est *numquam ne quidem facies;* in sola Edit. Schützii exciderunt, operarum et correctoris negligentia, verba *nec quid facias considerabis;* post Gruterum sola Ed. Oliv. rediit ad scriptionem Edd. vett. plurimarum *nunquamne quid.* Mr.

nec quid loquare] „*Nec etiam quid loquare*, unus (supra addito *etiam). Vel quid loquare*, octo. *Quid loquare*, unus. *Quidve loquaris*, duo.“ Ald. Man. Pro *nec* habent *vel* Oxx. E. I. Crz. 1. 2. Drsd. 1. (omisso *quid)* et Cod. Bern.; *quidve loquaris*, Drsd. 5.; *aut quid loquare*, Duisb. Ox. σ., *nec etiam quid loquare* Codd. Drsd. 2. Gud. B., denique *quid loquare*, omisso *nec*, Gud. A. Mr.

exsilium — esse susceptum?] „Cicero suum *exilium* honestiore verbo appellat *abitum*, *iter* et similibus, idque se sponte susce-

pisse affirmat, ne amicos suos pro ipso depugnare paratos in vitae discrimen adduceret. Cuius sententiae plenae sunt orationes eius in Pisonem, pro Sestio, aliae." Wytt. Ad rem docta est Xysti Betuleii annotatio, quam exhibemus in Excursu IX. Mr.

meum illud iter ob praeclarissimas res a me gestas] Codd. Oxx. I. η. *meumque illud iter.* Pro *ob* est *ad* in Codd. Oxx. E. I. ψ. Crz. 3. 2. Gud. B.; glossam *propter* habent Drsd. 4. 5. Pergit Crz. 1. *clarissimas;* in Drsd. 5. est *illud iter loquare propter praeclaras a me gestas res.* Suerin. *ob praeclarissimas et magnas a me gestas.* Pro *a me gestas* legitur *a me ante gestas* in Oxx. E. I. U. η. ψ. Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. et Edd. vett. nostris ante Grut., excepta (si fides collationi) Ed. ap. Meus. itemque Lamb. Colon. Lambb. Goth. et libris Orellii, qui illud *ante* tantummodo ex Edd. prc. Crat. Vict. Magn. et Man. enotavit. In Drsd. 4. post *res* scriptum est *atbice* (sic) *me esse susceptum.* Gud. B. habet *ac me* pro *a me.* Mr.

ob praeclarissimas res a me gestas] „In opprimenda coniuratione et civitate servanda. Nam propter coniuratos eos, de quibus ultimum supplicium in carcere sumpsit Cicero, abire coactus est, quod indemnatos eos fuisse Clodius diceret. Eos enim populus Romanus non damnaverat, cuius iniussu non licebat lege Sempronia de capite civis Romani supplicium sumere." Frc. Sylvius. „i. e. quum propter extinctam coniurationem Catilinariam in invidiam me adduxisset Clodius mihique exilium irrogavisset, quod potius voluntarium iter quam exilium dicendum est." Wyttenb. Cf. pro Rab. 4. Mr.

Omnes scelerati atque impii] Ad locutionem confert Borg. Cic. pro Sest. 4, 9. pro Reg. Deiot. 1, 2. Phil. III, 4, 9., quorum locorum primo inverso ordine iunguntur adiectiva *(impia et scelerata manu)*, in reliquis ut nostro. Substantiva iuxta posita habes item pro Deiot. 1, 2: *commendationem ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxit.* — Cod. Dresd. 4. omittit *tu:* idem habet *te ducem profiteris esse* cum Drsd. 2; Drsd. 1. et 3. habent *esse tu profiteris;* Gud. A. *te esse ducem.* Or. ex Codd. Bas. et Guelf. enotavit *ducem confiteris.* Mr.

quos leges exsilio affici volunt,] Legitur *affici exsilio* in Codd. Crz. 2. Gud. A. Drsd. 1.; *effici*, omisso *exilio*, Cod. Gud. A. *exsules fiunt*, pro *sunt;* Drsd. 5. *etsi* pro *etiamsi*, pro quo Gud. A. habet *si;* in Drsd. 2. est *si solum etiam.* Dederunt deinde Gernh. et Or. *mutarint*, pro vulgato *mutarunt:* quamvis illud nullus habeat codex. Ego, cum h. l. coniunctivus praestare videatur, dedi *mutaverint* ex Codd. Crz. 1. 3. Gud. B. Oxx. U. η. ψ. Drsd. 2. 5.

Est etiam in Crz. 2. et Gud. A. eiusmodi compendium, quod legi possit *mutaverint*. Ceterum Gud. A. habet *si non mut. solum*; Ox. 4. *locum* pro *solum*, quod videtur esse correctoris, qui respiceret locum Or. pro Caecin. 34, 100: *Nam qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant.* Scribitur *mutaverunt* in Oxx. E. I. In Ed. Par. 1512. est *etiamsi non solum mutarunt.* Cum Gernb. et Or. facit Asc. 1511., quae habet *mutarint*, nobiscum Ven. 1514. *mutaverint.* Mr.

Etiam si solum non mut.] „Est haec exquisita dictio Latina *solum mutare* s. vertere, pro migrare: i. e. ex hoc in alium locum abire, nimirum in aliam terram v. regionem.“ Wyttenb. Ceterum hic usus poëtis frequentior est, quam solutae orationis scriptoribus. Notissimum est illud Horatii Ep. I, 11, 27: *Caelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt*; quod etiam in proverbium abiit. Sed monendum praeterea de coniectura Th. Bentleii: *Si omnes scelerati — exsules sunt, etiamsi solum non mutarunt; an, cum omnes leges te exulem esse iubeant, non eris tu exsul?* Quod, ut non est ineptum, ita nec necessarium. Mr. „Saepius a Cicerone dicitur *vertere solum.* — *Exsul* quasi *extra solum* dicitur, quod solum mutaverit.“ Frc. Sylvius.

An quum omnes leges — tu exsul?] Scribitur *omnes te leges* in Codd. Crz. 1. Gud. B. Drsd. 4.; in Duisb. Suer. Drsd. 5. Crz. 2. est *exsulem te esse iubeant.* Gud. A. habet *iubebant*, Gud. B. eius loco *videbant.* Verba *non eris tu exsul* exciderunt in Codd. Crz. 2. Gud. A. et B. Mr.

Non appellatur inimicus] „i. e. nunquid contra leges facit, et legibus damnatur.“ Frc. Sylv. „*Num appelletur inimicus:* Vitiosissima hoc loco Victorii editio: ceterae tolerabiliores. Itaque secutus sum retro vulgatos, nisi quod ex veteribus nostris membranis pinxi *appelletur* pro *appellatur*, atque auctoritate Palat. tertii ac sexti *non* refinxerim in *num:* argumentatur quippe a minori ad maius: Si enim inimicus est, qui deprensus alicubi cum telo: quid tu, cuius sica penetravit in sanctissimum urbis locum, curiam? si inimicus, qui unicum occidit; quid tu, qui plurimos? si inimicus, qui incendio grassatur, etc. sunt enim liquidiora, quam ut debeam inculcare.“ Gruter. *Non appellatur inimicus, qui* habent Edd. prc. Man. Magn. Suffr. Petr. Hub. nostrae Ven. 1492. 1514. Dav. Hdlb. s. l. et a. Par. 1507. 1512. Car. St. Lugd. Arg. Ald. 1517. 1552. Sylb. Lambb. H. Wolf.; *num appellatur inimicus* Edd. Crat. Aud. Tal. Boul. Sturm. Par. 1543. Grut. Gron. Graev. Verb. Lall. Ern. Borg. Wetz. Oliv.; *non appelletur inimicus* Edd. Asc. 1511.

Lamb. Colon. Par. s. a.; *non appellet inimicus?* Edd. Vict. Rob. Steph. Ald. 1548; *Non expelletur is*, Edd. Facc. Gernh. Nobb. In Codd. MSS. hae sunt lectiones: Cum Victorio facit Cod. nullus; *non appelletur inimicus* Oxx. I. N. η. σ. Crz. 2. Duisb.; *num appelletur inimicus* Codd. Drsd. 1. 3. Gud. A. Oxx. E. ψ.; *Et non appellatur inimicus* Codd. Crz. 1. Ox. U.; *non appellent te inimicum* Drsd. 4. *num appellatur inimicus* Drsd. 2. 5.; *non appell'ent* (sic) *te inimicum.* Borgersii Leidenses cum vetere Caroli Stephani faciunt cum Drsd. 2. et 5. Singularis plane est lectio Cod. Suerin. *minime appelletur is inimicus.* Mr.

Non expelletur is] „Vulgo alii leg. *non appelletur inimicus.* Scilicet cum librarius indiligens scripsisset *appelletur*, Grammatici auxere vocem *is*, ut sensum aliquem eruerent, et ex ea fecere *inimicus.* Sed neque hoc nomen, nec verbum *appelletur* ferri potest, ut consideranti facile est ad intelligendum. Itaque alii mutarunt *non* in *num*, et *appelletur* in *appellatur*: sed hoc quidem est ineptius.“ Facc.

Num appellatur inimicus] „Haec non videntur sana.“ Lall. — „*Non appellatur sicarius.* Vulgo *num appellatur inimicus*: at hoc verbum h. l. aptum non est, et lenius, quam pro re. Itaque rescripsi *sicarius.* Nam in *sicarium* omnia ea, quae sequuntur, conveniunt. Id Marciani loco confirmatur Digestor. XLVIII. Tit. 8. l. 1: *Lege Cornelia de sicariis et veneficis tenetur, qui hominem occiderit, cuiusve dolo malo incendium factum erit, quive hominis occidendi furtive faciendi causa cum telo ambulaverit.*“ Schütz. Non male Schützius, sed paullo audacius. Non minus audacter Facc., quem secuti sunt Gernh. et Nobb., nam *expelletur* nullus habet cod. MS. neque est in Ed. Victorii, ut contendit Gernh., errore nescio quo. Videtur mihi cum Or. coniectura Facciolati. Mr.

Exsul non appelletur is,] Ita, rationibus ponderatis omnibus, mihi scribendum visum est cum Or., quem sequitur Ed. Tbn. Proxime accedit emendatio Th. Bentleii, qui scripsit *Non appelletur exsul, qui* —. Primum enim consentio cum Schützio et Gernhardo, non convenire censeo vocem *inimicus*, quam iam Facciolatus tribuebat grammatico alicui, qui ex verbis *non appelletur is* (et habet *is* Cod. Suerin.) sententiam eruere posset nullam. Recte monet item Gernh., non de inimico hic loqui Ciceronem, sed prius de hoste, nunc de exsule. Sed idem minore mutatione facit coniectura Orellii. Quodsi enim a Cicerone profectum est: *Exsul non appelletur is*, (per *non* enim, ut recte vidit Gernh., interrogandum h. l. est, non per *num*), nihil facilius fuit, quam ut excideret vocabulum, cum modo idem *(exsul)* praecesserit. Quod

quam saepe factum sit, cum vox bis scribenda a librariis semel tantum, sed litteris paullo maioribus, scriberetur, quod quid significaret, alter ineptior non vidit, id sciunt, qui libros veteres manibus tractarunt. Recte etiam monet Or., verbum *expelletur*, non adiunctis verbis *e civitate*, minus proprium esse. Mr.

Qui cum telo fuerit?] „Lege Iulia de vi publica tenetur, qui cum telo dolo malo in conventu fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur, ut auctor est Ulpianus libro Digestorum XLVIII. de vi publica. Eodem in loco Paulus scribit, telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipi. Auctore Gaio Iurisconsulto, Digestorum lib. XLVII. de furtis, teli appellatione et fustis et ferrum et lapis, omne denique, quod nocendi causa habetur, significatur. Lege Cornelia de sicariis teneri eum, qui hominis occidendi causa cum telo ambulaverit, Martianus scribit Digestorum XLVIII. ad legem Corneliam de sicariis.“ Frc. Sylvius. De lege *Iulia de vi* vid. Orellii Onomast. Tull. T. III. p. 194 sqq. De lege *Cornelia de sicariis* vid. Eundem ib. p. 162. Add. Dirksen. Manuale Latinitatis Fontium Iuris Civ. Rom. v. *Telum*, p. 916. Mr. — „*Cum telo esse* dicitur is, qui se mortifero telo s. instrumento armaverit ad aliquem interficiendum aut vulnerandum. Quisquis igitur cum telo fuit, etiamsi nondum quemquam interfecit, tamen habetur sicarius ideoque inimicus [vides Wyttenbachium interpretando patrocinari vulgatae *appellatur inimicus:*] et non modo eius, quem interficere voluit, sed patriae, quia contra leges agit. Pertinet autem hoc ad legem Corneliam de sicariis, de qua vid. Bachii Hist. Iur. Rom. L. II. C. 2. §. 47.“ [est §. 73. p. 176 sq. Ed. VI. ed. Stockmann.] Wyttenb. Habet Cod. Crz. 1. *qui cum telo ante senatum fuerit.* Mira est distinctio plurimarum Edd. ante Grut., quae exhibent *qui cum telo fuerit ante senatum?* Mr.

Ante senatum tua sica deprehensa est.] „Auctore Cicerone pro Milone: *Comprehensus est in aede Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocaverat: extorta est confitenti sica de manibus.* Item paullo post: *Insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso senatus.*“ Frc. Sylvius. Vid. Orat. pro Milone 7, 18; coll. Or. in Pison. 12, 28. M.

tua sica] „Qui homines occidendi caussa cum telo sit, lege Cornelia tenetur, ac proinde expelli debet; servus autem Clodii comprehensus est cum sica in vestibulo Senatus, ad Pompeium occidendum a domino collocatus. De re hac, et aliis, quae hic de Clodio dicuntur, vide Orat. pro Milone. Facc.

ante senatum tua sica deprehensa est.] Codd. Oxx. E. U.

Crz. 1. Drsd. 2. Suer. *tua vero sica.* Verba *ante senatum* desunt in Drsd. 4; sequentia, *tua sica deprehensa est*, in Drsd. 5. In Gud. A. est *sicca*, in Ox. ψ. *sitia;* tum Gud. B. *apprehensa*, in Crz. 2. *reprehensa*, in Crz. 3. *depressa*, ex perperam lecta scriptione *deprensa.* Suerin. *suspensa.* Mr.

Ante senatum etc.] „Nam Clodius subornaverat unum e servis suis, qui cum sica ante senatum Pompeio insidiaretur: servus deprehensus, sica ei e manibus extorta est." Wytt. Post *deprehensa est* Crz. 2. pergit: *in foro qui hominem occiderit.* Aberraverat oculus scribae ad tertiam, post hanc, lineam: sed animadverso errore homo litura commaculare noluit scripturam. Sequens *tu* abest ab Oxx., praeter N., omnibus, itemque a Crz. 1. 2. Duisb. Drsd. 1. (in quo etiam scribitur *occidit*, pro *occiderit)* Drsd. 2. et 5. In Suerin. (in quo item omissum est *tu*) legitur *plurimos aut occidisti.* Gud. quoque A. et B. omittunt illud *tu*, et Ox. U. habet *plurimos autem occidisti.* Suspicabatur Gernh. illud *tu* eiiciendum esse, cum in his enuntiationibus non *tua* primo loco positum sit, sed illud, in quo vis inest: *ante senatum — aedes, in foro:* ita hoc loco exspectari *plurimos occidisti.* Sed fieri posse addit, ut voluerit Cicero nimiam brevitatem vitare et varietati consulere. Abesse ait *tu* etiam Or. a suis Bern. Bas. et Guelf. itemque in Ed. prc. 1465. Mr.

Qui incendium fecerit?] „Incendium quamquam dicitur saepius, *incensio* tamen in ea re nonnunquam dicitur, ut in Or. pro P. Sulla [c. 11]: *incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu rem publicam liberavi:* et libro Invectivarum in Catilinam tertio [c. 4.]: *Qui esset decimus annus post virginum absolutionem, post Capitolii incensionem vicesimus.* Ab incendio *incendiarium* Ulpianus deflectit lib. XLVIII. Digestorum, ad legem Corneliam de Sicariis: *Si quis*, inquit, *dolo malo insulam meam exusserit, capitis poena plectetur, quasi incendiarius.*" Frc. Sylv.

Aedes Nympharum — deflagravit.] „Sic quinque. *Deflagrarunt*, octo. *Deflagraverunt*, duo. *Deflagrasti*, tres." Ald. Man. „MS. *aedis Nympharum tua manus deflagravit.* Edd. et MSS. nonnulli: *aedes Nympharum tua manu deflagrarunt;* al. *deflagraverunt.*" Graev. „Vet. lib. *Aedis Nympharum tua manus deflagravit.* Profecto *fana deflagrata* et *imperium deflagratum* alibi dixit. Et Caesar Strabo oratione, qua Sulpicio Tr. Pl. respondit: *Deinde propinquos nostros, Messallas, domo deflagrata penore volebatis privare.*" Car. Lang. Quem h. l. laudat C. Langius C. Iulium Caesarem Strabonem, quem non semel laudat Ci-

cero (vid. Orellii Onomast. Cic. T. II. p. 301.), is fuit Orator, de quo loquitur F. Ellendt. in Eloquentiae Rom. historia, praefixa eius editioni Bruti Ciceroniani, p. LXXXI—LXXXIII. ed. pr. et H. Meyeri Oratorum Romm. Fragmm. p. 160—162. ed. pr. ubi, quod attulit Langius fragmentum laudatur ex Prisciano T. I. p. 196: ubi scribitur *Messalas*. Add. A. Westermann Gesch. der Röm. Beredsamk. p. 104. et p. 105. ibiq. annot. 8—13. p. 106.] Frc. Sylv., qui in sui temporis Edd. reperisset *deflagrarunt*, dicit, melius scriptum esse in Codd. aliis *deflagravit*. — „Aedes Nympharum est ea, ubi tabulae census, aliaque acta publica servari solebant. Haec autem per illam seditionem a Clodio excitatam, incensa deflagravit, ut est in Cic. Or. pro Milone c. 27, 73.“ Wyttenb. Legitur *manus tua deflagravit* in Codd. Suerin. Oxx. η. σ. ψ.; Ox. E. *manus tua deflagrarunt;* Crz. 2. Oxx. I. N. U. *manu tua deflagrarunt*, Drsd. 1. 4. *manu tua deflagraverunt.* Gud. A. *sua* pro *tua.* Probam lectionem, quam nos exhibemus, habent Codd. Leidd. duo, nostri Crz. 1. 3. Duisb. Gud. B.; Cod. Drsd. 5. habet *manu tua deflagrasti.* Non minus variant editi. *Manus tua deflagravit* habent Edd. prc. Dav. Ven. 1492. Hdlb. (s. l. et a.) Sturm. Par. 1507. 1512. Ed. ap. Meus.; *manu tua deflagrarunt* habent Edd. Crat. Herw. Man. Magn. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Car. Steph. Sylb. Facc. Oliv.; *manu tua deflagrasti* Edd. Ven. 1514. Arg. et var. Magn.; *manu tua deflagravit* habent Vict. Asc. 1511. Camer. Aud. Tal. Ald. 1548. Par. 1543. Lamb. Colon. Lambb. Goth. Boul. Grut. Gron. Graev. Ern. et quae sequuntur. Falsae sunt necessario eae lectiones, quibus voci *aedes* verbum plurali numero additur: falsae item, quibus *deflagravit* verbum activum transitivum est, pro *incendit*, vel *deflagrasti* pro *incendisti.* Mr.

manu tua deflagravit] Quas locutiones C. Langius in annotatione ut Ciceronianas laudavit, *fana deflagrata* et *imperium deflagratum*, earum sedem monstravit Gernh. in versu Ennii Tusc. III, 19, 44, ubi est

Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes;

alterius in Or. Catil. IV, 6, 12. Idem lectionem *manu — deflagraverunt* enotavit ex Edd. Asc. 1520. Lugd. 1556; alteram *manus tua deflagravit* ex Edd. Ven. 1487. Colon. 1563. Pro nostra lectione excitavit Acadd. II, 37. extr.: *fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.* Mr.

Qui templa occupaverit?] „Indocti adiecerant *deorum*. Templa enim sunt loca sub divo patentia, auspiciis capiundis apta. Varro de L. Lat. [Lib. VI. p. 66 sq. ed. Durdr. 1619 et Amst. 1623; in Ed. Spengelii est Lib. VII, 2. p. 286 sqq.] Cic. in Rhetor.“ C.

Lang. „*Deorum* recte abest ab octo, in quorum uno additum." Ald. Man. Vox *deorum*, merito reprobata a C. Langio et A. Manutio, eiecta est a Grutero, neque quisquam, praeter Olivetum et Facciolatum, post eum reduxit. Et abest a Codd. plerisque. Nam Oxonienses, qui ad Ed. Oliveti collati sunt, omnes habere illud *deorum* vix crediderim. Quamquam est in Codd. Suerin. Gud. B. Drsd. 1. 3. 4. et in Edd. vett. omnibus, excepta prc. 1465. et, si fides collationi, Ed. ap. Meus. In marg. Edd. Lambb. et Goth. *deorum* abesse dicitur a Codd. vett. omnibus: quod quam verum sit, vidimus. Plane sic res se habet in seqq., ubi post *foro* in Edd. ante Grut. fere omnibus (exceptis Asc. 1511. Vict. Rob. Steph. Ed. prc. Suffr. Petr.) additur *etiam*, quod item abesse dicitur a Codd. omnibus in marg. Edd. Lambb. et Goth., sed est tamen in Codd. Oxx. I. U. Drsd. 1. 3. Basil. In Drsd. 4. legitur: *qui in foro et castra posuisti.* Ald. Man., qui habebat codd. duodeviginti, a quattuordecim abesse dicebat illud *etiam*, in uno tamen additum esse. Mr.

In foro castra posuisti.] „i. e. Non solum Castoris templum armatis hominibus occupasti, sed etiam in eo castra posuisti." Frc. Sylv. Dixit Cic. in Pison. 5, 11: *Arma in templo Castoris, (o proditor templorum omnium!) vidente te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium et religionum.* Mr. — *In foro castra posuisti.* Ergo templum occupavisti: nam forum erat locus augurato definitus et publicis usibus destinatus. Vid. Clav. in *templum.*" Ern. — Addit Borg.: *Templa* intellige loca publica. Sic de tribunali ubi habentur conciones: de Or. II, 47: *Vi pulsum ex templo L. Cottam et T. Didium.* De Rostris Verr. III, 96: *qui quotidie templum tenet.* Ad v. *posuisti* annotavit Wytt.: „cum servis armatis latronibusque tuis." Ad v. *templum* vid. etiam Schützii Lex. Cic. h. v. Mr.

Sed quid ego communes leges profero,] Vocem *ego* omittit Cod. Gud. A.; pro *communes* est *omnes* in Oxx. η. σ. ψ. Drsd. 3.; vox *leges* deest in Cod. Gud. A.; Drsd. 1. habet *communes locos:* quod debetur correctori, docto scilicet. Tum scribitur *proferam* in Cod. Gud. A. Est autem *profero* i. q. commemoro: vid. Verr. IV, 52: *commemorabo et in medium proferam;* ib. V, 4: *commemorabo et proferam:* quos locos laudavit Borg. Vocem *es* omittit Cod. Crz. 1. cum Drsd. 2. In Drsd. 5. scribitur *exul'es.*

Familiarissimus tuus] „Sic sexdecim mei. Unus: *familiarissimus civis de te.* Addunt alii *Cornificius*, historia parum diligenter inspecta. Nam de Clodii incestu mentionem quidem facit

Cornificius, rogationem tamen, id est privilegium in Clodium, ipsius familiarissimus tulit M. Piso. Totam hanc rem Cicero patefacit Ep. XIII. lib. I. ad Att. his verbis: *Credo te audisse, cum apud Caesarem pro populo fieret, venisse ex muliebri vestitu virum, idque sacrificium cum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in senatu factam. Is fuit princeps: ne tu forte aliquem nostrum putes.* Et infra: *In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, et fert ex S. C. et de religione, antiquetur.* Quod autem *Cornificius* esse in plerisque veteribus libris iidem dicunt, incidisse constat eos in libros parum emendatos: nam nostri quidem Cornificii nomen non habent." Ald. Man. „De hac Clodii de incestu causa, quodque corruptis iudicibus absolutus sit, Plutarchus in Vita Ciceronis plura scripsit." Frc. Sylv. [Locus Plutarchi est c. 29.]

Familiarissimus tuus — exsulares] „Haec est illa in primis famosa causa Clodii, qui opertum Bonae Deae accesserat, i. e. in sacrum tectum et viris praeclusum: quod sacrum agebant matronae Romanae in honorem Bonae deae, ubi deprehensus et eiectus postea accusatus et iudicatus est, sed iudicibus largitione corruptis absolutus. Qua de re Plutarchus in Vitis Caesaris et Ciceronis, et Cicero saepe. Dicitur autem *Privilegium* lex, quae in unam tantummodo causam fertur, et usurpatur tum bono quam malo sensu: veluti h. l. est malo sensu lex lata de Clodio iudicando. In oratione autem Ciceronis pro lege Manilia proprie non agitur de lege, sed de privilegio, quo imperium belli Mithridatici in Pompeium deferretur. Igitur h. l. recte *lex communis*, quae universe in omnes valet, distinguitur a *privilegio*, quod in hominem certum et unam causam fertur." Wyttenbach. Pro *familiarissimus* est *familiaris* in Cod. Crz. 2. Pravam glossam *Cornificius* post *tuus* e Codd. nostris habet nullus: sed habent Edd. Par. s. a. Suffr. Petr. Herw. Camer. Ascens. 1511. Sturm. et Paris. 1543. — Ad v. *privilegium* vid. Schütz. Lex. Cic. h. v.; Lex. Iurid. ex Brisson. Hotom. Pratei. all. p. 911 sq. Barnab. Brisson. de Verbb. Signif. p. 858 sq. ed. Itter. Dirksen. Manuale Latinit. fontium Iur. Civ. Romm. p. 702, eiusd. Krit. d. XII. Tafel Fragmm. p. 644—650. I. N. Funccii Legg. XII. Tabb. p. 378—383. — Pro *accessisses* in Cod. Gud. A. est *adscendisses*. Idem paullo superius habet *proferam* pro *profero*. Ad rem monet Aud. Talaeus: A Bonae Deae sacris non modo viri prohibebantur, sed etiam picturae aut statuae viriles, si quae in aedibus essent, tegebantur. Clodius autem iuvenis, captus amore Calpurniae, sumpta veste muliebri in haec sacra furtim ingressus est. Mr.

privilegium] „Ita dicitur lex in privatum hominem lata. Cum igitur Clodius, ad incestum patrandum, muliebri habitu in opertum Bonae Deae irrepsisset, ubi Virgines Vestales pro populo sacrificabant, Piso ex Senatus Consulto rogationem ferre coactus est de religione; sed pro amicitia operam dedit, ut antiquaretur.“ Facc.

in opertum Bonae Deae] „Graecis *Γυναικεῖα*. Phryges Midae regis matrem fuisse dicunt. Romani Nympham Dryada (*Δρυάδα*), Fauni coniugem. Graeci aliquam ex Liberi matribus, *τὴν ἄῤῥητον*, quam nominare nefas sit.“ Ald. Man. — „i. e. in sacrificium, quod Bonae Deae in domo Caesaris consulis fiebat. Erat enim mos, ut quotannis in domo Consulis Bonae Deae sacrificium pro Populo Romano fieret.“ Frc. Sylv. „Huius sacra ita a Romanis mulieribus agebantur in alicuius vel praetoris vel consulis domo, absente tamen marito. Ea itaque cum apud Pompeiam Caesaris coniugem agerentur, Clodius veste muliebri deprehensus in istis sacris in domo Caesaris fuit. Quod Bonae Deae pulvinaribus stuprum intulerit, exprobratur illi etiam a Cicerone in oratione de Haruspicum responsis et in Pisonem.“ Xyst. Betuleius. Vid. Or. in Pis. 39; de Harusp. Resp. 17 sq. Addit Gernh. Plutarch. in Vit. Caes. 9 sq. Macrob. Saturn. I, 12. cuius capitis maior pars de Bona Dea est: vid. p. 266 — 269. ed. Zeun. Quibus, praeter Lexica Mythologica h. v., nunc adde, quae sunt in tertia operis Creuzeriani (Symb. u. Mythologie) editione, T. II, p. 374. T. III. p. 511. 686. 714 sq. T. IV. p. 431. Mr.

At te id fecisse etiam gloriari soles.] Cod. Drsd. 5. habet *Sed* pro *at*. In Gud. B. est *a te id scisse;* in Drsd. 3. est *Ad te*. Scribitur inverso ordine *id te* in Codd. Crz. 2. Drsd. 1. Edd. Lamb. Suffr. Petr. Colon. Illud *scisse* habet etiam Crz. 2. Quod sequitur *etiam* abest ab Oxx., exceptis N. ψ. omnibus, Crz. 1. Drsd. 2. 4. eius loco habet *id* Drsd. 5., *et id* Crz. 2. et Gud. B.; Gud. autem A. exhibet *et id te glor. soles.* Ad locutionem confert Borg. Philipp. II, 3: *qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum*; Phil. IV, 6: *quod se similem esse Catilinae gloriari solet*, Rutil. Lup. I. p. 16: *Nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari possis;* ubi fortasse legendum *quo*, *ut virtutis laude, glorari possis.* Nostro vero loco si quis ex lectionis varietate et locis laudatis coniiciat legendum esse *tute etiam gloriari soles*, habet, quo audaciam excuset. Mr.

Quo modo igitur, tot legibus in exsilium eiectus,] Ad v. *Quo modo igitur* recte monuit Goerenz. ad Cic. Acadd. I. p. 16. eam particulam in ellipsi poni h. l., pro *quo modo fit, ut* —, alibi (l. c.) pro *quonam alio modo;* alibi (Epp. ad Famm. V, 20.) pro

quoquo modo. Verba *tot legibus* exciderunt in Cod. Drsd. 1.; ea post *in exsilium* posita sunt in Codd. Drsd. 3.; legitur *de tot*, omisso *igitur*, in Gud. A., *ergo* pro *igitur* (varietate ex compendiorum similitudine [g° et g̊] orto) in Cod. Suerin.; *eiectus in exsilium* in Codd. Duisb. Drsd. 2. 4. Gud. B. Suerin.; *deiectus* in Cod. Crz. 1; *exeiectus* in Drsd. 5. Verborum transpositionem *eiectus in exsilium* habent etiam Edd. Crat. Vict. Magn. Man. nostrae Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Sturm. Aud. Tal. Sylb. H. Wolf. Cum Cod. Drsd. 3. sola Ed. Asc. 1511. facit exhibens *in exilium tot legibus eiectus.* Tum *exsulis nomen* Codd. Orellii Bern. Bas. Guelf. habent: ex nostris Gud. A. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. 5. Pro *perhorrescis* habet var. Magn. *exhorrescis:* Gud. A. *perhorres*, quod alienum est ab usu Ciceronis; Ox. ψ. *perhorresces.* Mr.

tot legibus — eiectus] „i. e. tot legibus ad exsilium damnatus: quamquam a iudicibus tua pecunia corruptis absolutus." Wytt.

Nomen exsulis non perhorrescis?] „i. e. audes etiam nomine exsulis me insignire, hoc mihi tribuere, neque horres tuum scelus, cuius causa tu ipse exsilii debebas condemnari." Wyttenb.

Romae sum, inquit.] Ita edidi cum Vict. Rob. Steph. Borg. Or. Tbn., quamquam quos dicat Or. Codices aliquot, in quibus pro vulgato *inquis* legatur *inquit*, nescio. Quam saepe *inquit* (sc. adversarius) a librariis mutatum sit in *inquis*, notum est. Solet autem, quasi in fabula scenica, scriptor se ab adversario avertens convertere ad auditores vel lectores, quasi v. c. h. l. dicat: Auditisne eum „Romae sum" dicentem? Tum rursus ad adversarium conversus pergit: Imo vero Romae, et quidem in operto Bonae Deae fuisti. Alia, quae huc pertinent, diximus et contulimus supra ad III, 2 p. 137 sq. Conf. etiam Par. III, 1. ibiq. annot. p. 118 sq. Add. Ochsner. ad Cic. Elogg. Ed. 3. p. 280 sq.; in primis Beier. ad Cic. Fragmm. Oratt. p. 112 sq. ubi prope accedit ad nostram nostri loci explicationem, ib. eund. p. 62 sq.; Creuzer ad Cic. de N. D. I, 36. p. 164. ed. Cr. et nostr. maiorem; nos ad eund. loc. ed. min. p. 64 sq.; annot. nostr. ad Cic. Tuscc. I, 39, 93. p. 318 sq. ibiq. laud. Zumpt. ad Cic. Divin. in Caecil. 16, 51. p. 36; nostr. ann. ad Tuscc. II, 12, 29. p. 492. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 4, 79. F. Haase ad Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 331. ibiq. laudd. Creuzer. ad Plotin. Enn. I, 1, 4, extr. p. 3. ed. pr. Ed. Crz. et nostr. Oxon. T. III. p. 3. Mr.

Romae sum — oportebit] „Hic exitus altercationis adversus Clodium insigne habet acumen et efficaciam. In eo autem ultimo loco, cum dicitur, si ibi eum legibus esse non oporteret, verbum impersonale *oportebit*, accipiendum est ea ratione, quam explicui-

mus ad Parad. III, 2., quasi dictum sit: si ibi non esse leges eum iubeant." Wyttenb.

Et tu quidem in Ponto fuisti.] „Hic mire variant exemplaria. In aliis enim legitur: *in operto*, in aliis: *in portu*, in aliis: *in Ponto.* At Ciceronis mens est: quemadmodum ius Ponti non obtinebas, cum in eo esses, propterea quod legibus illic non esses subiectus; ita licet Romae sis, eius tamen ius non tenes: ac proinde civis non es, cum Romanis legibus non pareas. Locus est a pari. Non igitur *in operto* legendum est, cum operti illius apparatus soleret quotannis fieri in domo pontificis maximi, pro salute populi Romani, teste Plutarcho. At Cicero similitudinem ducebat ab loco, ab urbe Roma summoto. Nam de *portu* cum sit evidentissimum Marsi somnium, non est cur eam lectionem refellamus." Morisotus. „Subscribo Morisoto." Xyst. Betul. „*In portu* dicit, scilicet ut in exilium deportareris." Frc. Sylv. — „*In operto* habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim: quibuscum nonnulli veteres consentiunt. Nonnulli *in portu;* alii: *in ponto.* Ego *in ponto* tueor ac retineo." Lambinus. Verba *Ego — retineo* non sunt in annot. Lambinianae editionis a. 1566. neque in Ed. Emendatt. Tullianarum F. N. Kleinii (Confluent. 1830. 8.), in qua omissae sunt Lambini curae secundae. Quare sumendum erat illud Lambini additamentum ex una Edd. Lambb., quae post a. 1566. apparuerunt: in quibus sunt annotationes Lambini eiusque curae secundae. Inspexi igitur Ed. Lamb. Argentoratensem a. 1581, unde sumsi illa. Mox autem cum vidissem, et in ipsa Ed. Lambini 1566. et in Coloniensi 1576, quae eius vestigia premit, expressum esse *in operto*, suspicio mihi erroris suborta est, quam corfirmatam vidi inspecta Ed. Lambiniana, quae prodiit apud Petr. Santandreanum, ubi disertis verbis expressum est: „Ego *in operto* tueor ac retineo": quam veram esse Lambini sententiam minime dubitare licet. Graevius, nihil suspicans de errore, lectoribus persuadet Lambinum habere *in ponto.* Mr.

Et quidem in operto fuisti.] „Clarissima est sententia, si legatur *in operto*, sc. Bonae Deae. De privilegio isto Q. Cornificio referente facto, et quo pacto, Pisonis operâ, antiquatum sit, vid. lib. 1. ad Att." C. Lang. „*In operto:* nimirum Bonae Deae, quod proxime dixit. Sic unus meus: *In ponto* quidam legunt; *in portu* reliqui omnes." Ald. Man. Graev. in varr. lectt. refert alios habere *in porto.* Sed dubium non est, quin hoc in magno errorum numero ponendum sit, quibus editio ista, operarum et correctoris negligentia repleta est. Volebat *in ponto.* Mr.

Et quidem in operto fuisti] *Et tu quidem* habet Cod. Crz. 3.

cum Edd. ante Grut. fere omnibus, exceptis prc. 1465. Vict. Asc. 1511. Rob. Steph. quae omittunt *tu*, cum Codd. fere omnibus. Sed reduxit *in* Facc., nec tamen imitatorem nactus est. In *portu* habent Ox. ψ. Crz. 1. (et hic quidem superscripta glossa: *in loco securo:)* Crz. 2. Suerin. Gud. A. B. Drsd. 1. 3. 4. Bern. Bas. Guelf.; *in porta* solus Drsd. 5. Sed *in portu* habent etiam Edd. ap. Meus. Par. s. a. 1507. 1512. Dav. Ven. 1492. 1514. Hdlbg. s. l. et a. Ald. 1511. 1552. Lugd. Arg. Legitur *in ponto* in Cod. Duisb. et Edd. Herw. Camer. Ald. 1548. Boul. Sed duae posteriores in marg. habent *operto*. Denique *in operto* habent Drsd. 2. Oxx. I. N. U. η. σ. Edd. prc. 1465. Romana ap. Pannartz. 1469. (ut refert Kleinius ad Emendd. Lambb.) Vict. Rob. Steph. Lamb. Colon. II. Wolf. Par. 1543. Car. Steph. Lambb. Goth. Sturm. Sylb. Aud. Tal. Grut. seqq. Quod vero ait Gernh. Lambinum retinere *in Ponto*, id ex Graevio sumpsit, quem errare supra docuimus. Unus Ox. E. habet *in opertum*. Mr.

Non igitur, ubi quisque] „*Num igitur*, quattuor mei. in quorum uno pater is [non intelligo, quid hoc sibi velit. Est error Ed. Graeviana. Scripsit fortasse Aldus „prius"] erat *dum*." Ald. Man. Habent illud *num* Codd. Crz. 2. Drsd. 1. et 5. Edd. Par. s. a. Asc. 1511. Dav. Ed. ap. Meus. Probabat illud *Num* Bentleius. Male, si quid video. — Pro *ubi* legitur *ibi* in Ed. Ven. 1492; *tibi* in Cod. Drsd. 3.; ea vox abest ab Ox. ψ. Post *erit* pergit Cod. Crz. 2. *rationem eius loci ius tenebit*. Mr.

eius loci ius tenebit:] „i. e. eius loci civis erit. Ius enim civitatis tenet is demum, qui civis sit. Verba *si ibi eum legibus* etc. intellige: si eius loci civis non fuerit." Frc. Sylv. — Pro *si ibi eum* Gud. A. habet *ita si eum;* Crz. 1. *si eum ibi;* Codd. Crz. 2. 3. Bas. pro *eum* habent *cum*, quod est etiam in Ed. Magn. Pro *legibus esse* est *esse legibus* in Codd. Gud. B. Drsd. 1.; vocem *legibus* omittit Drsd. 3. In Crz. 2., qui *cum* habebat pro *eum*, illud *eum* inseritur post *legibus*. Mr.

Si ibi eum legibus esse non oportebit] „*Sit* decem. *Si ibi cum legibus esse non oportebit*, duo. *Si eum legibus non oportebit esse*, unus. *Si cum ibi legibus esse non oportebit*, tres. *Si eum sibi legibus esse non oportebit*, unus. *Si id eum legibus esse non oportebit*, unus. Alias *apparebit*." Ald. Man. Mireris autem a nullo adhuc editore esse animadversum, quod est in tam multis libris editis et in Cod. Ox. I. *legibus esse subiectum non oportebit*. Et habent ita scriptum Edd. Par. s. a. 1507. 1512 Ed. ap. Meus. Hdlbg. Asc. 1511. Daventr. Ven. 1492. 1514. Crat. Herw.

Camer. Aldinae 1517. 1552. Arg. Lugd. Sturm. Aud. Tal. Par. 1543. Mr.

PARADOXON V.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δοῦλος.

[*Solum sapientem esse liberum, et omnem stultum servum.*]

Laudetur vero hic imperator, aut etiam appelle- 1
tur, aut hoc nomine dignus putetur. Quo modo aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coërceat avaritiam, ceteras animi labes repellat: tum incipiat aliis imperare, quum ipse improbissimis dominis, dedecori ac turpitudini, parere desierit. Dum quidem his obediet, non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit. Praeclare enim est hoc usurpatum a doctissimis, (quorum ego auctoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes haec habenda esset oratio: quum vero apud prudentissimos loquar, quibus haec inaudita non sunt, cur ego simulem, me, si quid in his studiis operae posuerim, perdidisse?) dictum est igitur ab eruditissimis viris, nisi sapientem, liberum esse neminem. Quid est enim libertas? Potestas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui

recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via
considerata atque provisa est? qui legibus quidem
non propter metum paret, sed eas sequitur atque co-
lit, quia id salutare maxime esse iudicat: qui nihil
dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter
ac libere: cuius omnia consilia resque omnes, quas
gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemque referuntur:
nec est ulla res, quae plus apud eum polleat, quam
ipsius voluntas atque iudicium: cui quidem etiam,
quae vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa ce-
dit: si, ut sapiens poëta dixit, *Suis ea cuius fin-
gitur moribus.* Soli igitur hoc contingit sapienti,
ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus.
Quod etsi ita esse, pluribus verbis disserendum est:
illud tamen et breve et confitendum est, nisi qui ita
sit affectus, liberum esse neminem. Servi igitur omnes
improbi. Nec hoc tam re est, quam dictu inopina-
tum atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse
servos, ut mancipia, quae sunt dominorum facta nexu,
aut aliquo iure civili: sed, si servitus sit, sicut est,
obedientia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis
suo, quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes
II denique improbos, esse servos? An ille mihi liber,
cui mulier imperat? cui leges imponit, praescribit,
iubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti ne-
gare potest, nihil recusare audet? Poscit, dandum
est: vocat, veniendum: eiicit, abeundum: minatur,

extimescendum. Ego vero istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi; sic ii pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae, quos caelatum argentum, quos Corinthia opera, quos aedificia magnifica nimio opere delectant. *At sumus*, inquit, *civitatis principes.* Vos vero ne servorum quidem vestrorum principes. Sed ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent: sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius servitutis locum paene infimum obtinent. *Magna*, inquit, *bella gessi: magnis imperiis et provinciis praefui.* Gere igitur animum laude dignum. Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Mitto, unde sustuleris, quomodo habeas. Intuentem te, admirantem, clamores tollentem quum video, servum te esse ineptiarum omnium iudico. *Non igitur sunt illa festiva?* Sunt. Nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum. Quid enim censes? si L. Mummius aliquem istorum videret, matellionem Corinthium cupidissime tractantem, quum ipse totam Corinthum contempsisset: utrum illum civem excellentem, an

atriensem diligentem putaret? Reviviscat M' Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit, praeter ipsos, et videat aliquem, summis populi beneficiis usum, barbatulos mullos exceptantem de piscina et pertractantem, et muraenarum copia gloriantem: nonne hunc hominem ita servum iudicet, ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? An eorum servitus dubia est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimae servitutis? Hereditatis spes quid iniquitatis in serviendo non suscipit? quem nutum locupletis orbi senis non observat? loquitur ad voluntatem: quidquid denunciatum est, facit: assectatur, assidet, muneratur. Quid horum est liberi? quid
III denique non servi inertis? Quid? iam illa cupiditas, quae videtur esse liberalior, honoris, imperii, provinciarum, quam dura est domina! quam imperiosa! quam vehemens! Cethego, homini non probatissimo, servire coëgit eos, qui sibi esse amplissimi videbantur: munera mittere, noctu venire domum ad eum, precari, denique supplicare. Quae servitus est, si haec libertas existimari potest? Quid? quum cupiditatum dominatus excessit, et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor; quam est illa misera, quam dura servitus! Adolescentibus paullo loquacioribus est serviendum: omnes, qui aliquid scire videntur, tanquam domini, timentur. Iudex vero

quantum habet dominatum! quo timore nocentes afficit! An non est omnis metus servitus? Quid valet igitur illa eloquentissimi viri, L. Crassi, copiosa magis, quam sapiens oratio? *Eripite nos ex servitute* —? Quae est ista servitus tam claro homini tamque nobili? Omnis animi debilitati et humilis et fracti timiditas servitus est. *Nolite sinere nos cuiquam servire.* In libertatem vindicari vult? Minime. Quid enim adiungit? *Nisi vobis universis.* Dominum mutare, non liber esse vult! *Quibus et possumus et debemus.* Nos vero, si quidem animo excelso et alto et virtutibus exaggerato sumus, nec debemus, nec possumus. Tu posse te dicito, quoniam quidem potes: debere ne dixeris; quoniam nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed haec hactenus. Ille videat, quomodo imperator esse possit, quum eum ne liberum quidem esse ratio et veritas ipsa convincat.

Ὅτι μόνος — ἄφρων δοῦλος.] Ita dedi cum Edd. Vict. Lamb. H. Wolf. Colon. Gron. Verb. Graev. Oliv. Ern. sqq. idque se etiam in Venetis reperisse testatur Camer. Habet Graecam inscriptionem e Codd. nostris nullus, ex Oxx. solus N., eandem, quam nos. Sed valde variant editi. Solam Graecam habent Ald. 1517. 1552. Par. 1507. Lugd. Et duae quidem priores: *ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι;* duae posteriores: *Oti monos ho sophos eleutheros ke pantes hi mori duli.* Solam Latinam Crz. 1. *Omnes sapientes liberos esse, omnes stultos servos demonstrat.* Crz. 2. *Omnes — esse, et omnes stultos servos esse*, cum Cod. Gud. B., in Vet. Car. Steph. Gud. A. est *Omnes — esse et omnes stultos servos;* Oxx. E. N. U. ψ. *Adest* (volebat scriptor *id est*, ut habet, quamquam omissis, ut dixi, verbis Graecis, Cod. Drsd. 2.) *Omnes — esse et omnes stultos servos;* Drsd. 1. *Quod sapiens so-*

lus dives sit. Suerin. Drsd. 2. et Gud. A.; Crz. 3. *Omnes — esse, et stultos omnes servos,* cum Cod. Duisb. Edd. ap. Meus. Ven. 1492. Hdlb. Arg. Sturm.; Drsd. 4.: *homines sap. lib. esse et omnes st. servos.* Nullam plane habent inscriptionem Oxx. I. *η. σ.* et Drsd. 5. In Ed. Paris. 1543 est: *ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ οἱ μωροὶ δοῦλοι;* in Edd. Ven. 1514. Par. 1512. Herw. Camer. *ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πάντες οἱ μωροὶ δοῦλοι;* in Edd. Car. Steph. et Sylb. *ὅτι σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι;* Edd. Crat. Boul. Aud. Tal. Lambb. Goth. Ald. 1548. Grut. Facc. *ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μωροὶ δοῦλοι.* Latina habent nobiscum, qui nobiscum in Graecis faciunt; sed Car. Steph. et Sylb. *Quod sapientes liberi et stulti servi.* Reliquae omnes: *Omnes sap. lib. esse et stultos omnes servos,* excepta Asc. 1511. quae sola habet: *ὅτι πάντες οἱ φρόνιμοι ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μῶροι δοῦλοι: Omnes sap. — esse, et omnis stultos servos esse.* Mr.

Ὅτι πάντες — δοῦλοι.] Hoc Paradoxon Stoicorum esse testis est etiam Diogenes Laertius libro VII: Stoici, inquit, dicunt solum sapientem liberum esse, improbos autem servos [*τὸν σοφὸν μόνον ἐλεύθερον, τοὺς δὲ φαύλους δούλους:*] Libertatem enim operandi esse potestatem, qua stulti et improbi omnino careant: [*εἶναι γὰρ τὴν ἐλευθερίαν ἐξουσίαν αὐτοπραγίας:*] esse autem sapientes non modo liberos, sed etiam reges. Auctore Cicerone libro de Oratore tertio Stoici *dicunt omnes qui sapientes non sunt, servos esse, latrones, hostes, insanos.*" Frc. Sylv. v. de Or. III, 18, 65. Ad rem conf. G. H. Klippel. [Comparat. Doctrinae Stoicorum Ethicae atque Christianae [Gotting. 1823. 8.] p. 210 sqq. Mr.

Ὅτι μόνος κ. τ. λ.] „Diogenes in Zenone [VII, 121.] ponit et causam exponit: *Μόνον τὸν σοφὸν ἐλεύθερον, τοὺς δὲ φαύλους, δούλους· εἶναι γὰρ ἐλευθερίαν ἐξουσίαν αὐτοπραγίας.* Hoc ipsum fusius Epictetus IV. Dissertatt. cap. 1. [prc. p. 374. Ed. Cantabr. 1655. 8.] *Ἐλεύθερός ἐστιν ὁ ζῶν, ὡς βούλεται, ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἐστὶν, οὔτε κωλῦσαι οὔτε βιάσασθαι.* I. Lipsius Manuduct. ad Philos. Stoic. lib. III. c. 12. ubi vide plura. Cato se Uticae interemturus de hoc Paradoxo fortiter disseruit. Plutarchus in eius Vita [cap. 67.]: *καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ὁ πότος ἔσχε μοῦσαν πολλὴν καὶ χάριν, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις λόγων φιλοσόφων κυκλούντων· ἄχρις οὗ περιῆλθεν ἡ ζήτησις εἰς ταῦτα δὴ παράδοξα τῶν Στωϊκῶν, τὸ Μόνον εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἐλεύθερον, δούλους δὲ τοὺς φαύλους ἅπαντας. Ἐνταῦθα δὴ, ὡς εἰκὸς, ἀντιβάντος τοῦ Περιπατητικοῦ, σφοδρὸς ἐμπεσὼν ὁ Κάτων, καὶ τόνον προσθεὶς καὶ τραχύτητα φωνῆς, ἀπέτεινε πορρωτάτω τὸν λόγον, ἀγῶνι θαυμαστῷ χρησάμενος, ὥστε μηδένα λαθεῖν, ὅτι τῷ βίῳ πέρας ἔγνωκεν ἐπιθεὶς ἀπαλλάττεσθαι τῶν παρόντων.* Eadem fuit sententia

Christianorum. D. Augustin. Lib. IV. de Civit. Dei, cap. 3: *Proinde bonus, etiam si serviat, liber est, malus autem, etiamsi regnet, servus est. Nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum, quot vitiorum. De quibus cum ageret scriptura divina, a quo enim quis, inquit, devictus est, huic et servus addictus est.*" Xyst. Betuleius. „Egregius etiam exstat liber Philonis, cuius index, *omnem probum esse liberum.* Quem vide." Graevius. Est liber Philonis, qui inscribitur: περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον, (p. 865—889. ed. Frcof. 1691.) alter autem, quo probavit Philo πάντα δοῦλον εἶναι φαῦλον, intercidit. Vid. I. A. Fabricii Bibl. Gr. Lib. IV. c. 4., quod ibidem excerptum est, p. 9. nr. 36. Mr.

Ὅτι μόνος —] „Disputant in hanc sententiam Aristoteles primo Politico, Plato in Alcibiade primo, ubi docet pravitatem servilem esse, et in Gorgia, ubi probat tyrannos minimum in civitate posse, quia serviant turpitudini, et Socrates apud Xenophontem lib. IV. Comment. [cap. V, 3.] Libertas igitur et servitus per metaphoram a philosophis usurpantur ad significandum illic quidem principatum rationis cupiditatibus imperantis, hic vero oppressionem mentis et rationis malis affectibus tanquam imperiosis dominis obedientis." Aud. Talaeus. „Euripides παραδοξότερον et verius, ut mihi quidem videtur, in Hecuba [823 sqq. ed. Both.]

φεῦ, — οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅςτις ἔστ' ἐλεύθερος·
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης,
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος, ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.

Sic Aeschylus in Prometheo vincto [50. ed. Both.]:

ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Ex hominibus autem proxime ad libertatem accedit, ut pereleganter Epictetus loquitur: ὁ συγκατατάξας ἑαυτὸν τῇ θείᾳ τῶν ὅλων διοικήσει. Apud Stobaeum Periander interrogatus, quid sit libertas? Recta, inquit, conscientia. Et Bion, Bonos quidem servos, liberos: improbos vero liberos multarum cupiditatum esse servos ait." H. Wolf. Est locus ap. Stob. Serm. II. p. 32. (Ed. Aur. Allobr. 1609. f. m.) Φησὶν ὁ Βίων· οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται, ἐλεύθεροι· οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι, δοῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν. Add. Horat. Sat. II, 7, 83. ibiq. interprr. Mr.

Laudetur — hic imperator] „In M. Antonium hoc dictum videri potest. Sed potius sit communis locus, ut, si ne imperator quidem, qui sapiens non est, liber sit, alios non esse liberos ostendat, qui sapientes non sint." Frc. Sylv. „In Antonium plerisque placere video haec esse dicta. Certe Antonius, cum gubernacula reip. Rom. sibi sumpsit, tantum abfuit ab imperio, ut non modo

non imperator, sed ne liber quidem, imo servus turpissimus fuerit. Nisi haec de Sylla vel Tarquinio potius intelligere voles. Nam de utroque vestigia sunt sub finem libri de Finibus tertii: quem vide. Xyst. Betul. Est locus III, 22, 75. Mr.

Hic imperator,] „Putant perstringi M. Antonium: quae coniectura mihi non displicet, quod Cicero non tam Paradoxa Stoicorum illustrare, aut dicendi vim ostentare voluisse videtur, quam vel semet ipsum consolari in maximis animi sollicitudinibus, cum de semet ipso, tum de re publica, et inimicos suos, Clodium, Antonium, Crassum, et alios fortasse, dissimulanter insectando ulcisci." H. Wolf. „Scilicet, ut a superiori oratio ad Clodium pertinuit, sic haec pertinet ad aliquem certum hominem, qui nomen imperatoris gessit, non fuit eo dignus, v. c. M. Antonius." Ern. Cum ita fluctuent interpretes, neque adhuc sit exploratum, quinam sit intelligendus, Borgersius alium commemorat, in quem ista reprehensio iure cadere posse videatur, Pisonem. Laudat ad suspicionem suam probandam Or. in Pis. 17.: *Est hoc novum: multo illud magis: Appellatus est hic vulturius illius provinciae, si diis placet, imperator.* De Prov. Cons. 6.: *Hosce igitur imperatores habebimus? Quorum alter* [Piso] *non audet nos certiores facere: ne imperator appelletur.* Haud inepte. Magis placet, quam quod Wetzelio videbatur, (vel potius Aldo Manutio, nam huius haec est suspicio, triumphasse Lucullum de Mithridate et Tigrane memorantis,) Lucullum significari, qui certe cap. 2. et 3. aperte significatur, ut dicit Gernhardus. Recte monet Gernh. verba *laudetur vero* esse concedentis, tanquam e medio sermone deprompta: inde *vero.* Mr.

aut hoc nomine dignus putetur.] Quosnam libros significet Ald. Manutius dicens alias legi *cognomine*, nescio. Ex nostris nullus habet: certe nullus *hoc cognomine.* Suspicor tamen, eum vidisse nostram Ed. Ven. 1514, ubi est: *aut etiam cognomine dignus putetur:* ut videatur aliquis scriba male intellexisse verba dictantis *hoc nomine.* Solus Cod. Bas. habet *aut etiam dignus eo nomine putetur.* Post *putetur* additur *imperator* in Cod. Duisb. et var. Magnoli. Mr.

Quo modo, aut cui tandem libero imperabit,] Graev. in sua Ed. hanc Aldi Man. annotationem exhibet: „*Quo modo? aut avi*] *Quo modo autem? aut avi*, septem." Unde refert Gernh. septem Manutii Codd. exhibere *quomodo? autem? aut avi?* Mira uterque hallucinatione. Nihil certius est quam in nullo codice legi *avi*, in nullo item monstrosam istam distinctionem esse, quam septem Aldinis tribuit Gernhardus. Graevii Editio habet ridiculum

typothetae errorem *avi* pro *cui:* Gernhardus duo interrogandi signa de suo addidit. Illud *avi* cum exscripserit, bene tamen non exscripsit similem in Ed. Graeviana errorem, quo aliquis possit induci, ut credat Aldum Man. et ipsum legisse et in duodeviginti Codicibus reperisse *referent* pro *refrenet*, quod proximâ sequitur linea. Sed habent *quomodo autem*, omisso *cui*, Codd. Oxx. σ. ψ.; *quo modo autem aut cui*, cum septem illis Manutii, exhibet Cod. Crz. 1.; in Crz. 2. est: *quomodo aut tandem cui.* Drsd. 2. habet *quo modo potest*, *qui non potest*, omissis mediis. Drsd. 3. 4. Gud. B. *quo modo igitur aut cui.* Drsd. 5. *imperabit animo libero.* Bas. *cui libero tandem hic.* Mr.

cui — libero] „Antiquo iure Romanorum servis militare non licebat. Itaque secundo bello punico post pugnam Cannensem inopia liberorum hominum octo millia iuvenum validiorum ex servitiis prius emerunt et libertate donarunt, quam armaverint, ut est apud Livium libro XXII. [c. 57.] Auctore Martiano Iurisc. lib. Digest. 49. [Tit. XVI. L. 11.] de re militari, *ab omni militia servi prohibentur*, *alioqui capite puniuntur.* Imperator igitur, nisi liberis, non imperat. Sed ne ipse quidem imperator esse potest, nisi liber sit. Nam nemo imperator est, qui magistratus non sit: magistratus autem solis civibus mandatur.“ Frc. Sylv. Ad rem confert Gernh. Lactantium I, 9, 5. [monitus nimirum a Frc. Sylvio, qui Lactantium libro Div. Inst. 1. scribere ait, Herculem non fuisse fortem, quia cupiditatibus suis imperare non potuerit: sed, si tanti est, totum illud caput legendum.] Idem ex Livio XXII, 37. (scilicet ut probaret non licuisse servis militare) affert locum, quo legitur legatos Syracusanos dixisse: *milite atque equite se scire*, *nisi Romani Latinique nominis*, *non uti populum Romanum.* Sed recte animadvertit Borg. ibi nec de *liberis* agi', nec de servis: erravit vero, quod Franciscum etiam Sylvium reprehendit, quasi is quoque illum Livii locum, nihil huc facientem, respexerit. Nullum enim alium, quam XXII, 57. intelligi voluit Frc. Sylv. [capite illo extr. §. 11. ed. Drakenb.], ut ex verbis, quae excerpsit, apparet manifesto. Mr.

cupiditatibus suis imperare.] Duo Oxx., σ. ψ., et Crz. 1., omittunt *suis;* inverso ordine habent *suis cupiditatibus* Codd. Suerin. Crz. 3. Drsd. 1. 2. 3. 4. Gud. B. Bas. Exc. Eyb. Sed noli inde litem movere pronomini possessivo minime otioso. Ad locutionem commode confert Borg. Lael. 22: *Primum cupiditatibus iis*, *quibus ceteri serviunt*, *imperabunt;* de Rep. I, 34.: *cum is*, *qui imperat aliis*, *servit ipse nulli cupiditati;* ib. II, 25. De Finn. III, 22: *Rectius enim appellabitur rex*, *quam Tarquinius*, *qui nec se*,

nec suos regere potuit. Ad sequentia Or. de Leg. Agr. II, 20: *O libidinem refrenandam*; pro Mil. 28.: *nunquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset.* Pro *libidines* sola Ed. Asc. 1511. habet *cupidines.* Mr.

Refrenet primum libidines,] „Lectionem *prius* margini adnotatam inveni: cum in omnibus legatur exemplaribus *primum.* Mihi prima fronte scriptura posterior ideo visa est probabilis, quod sequeretur *tum incipiat aliis imperare.* At sententia pensiculatius examinata, priori subscripsimus: Refrenet, inquit, *prius* libidines, *quam* libero cuiquam imperet. Deinde subiicit: Incipiat aliis imperare *tum*, *quum* ipse dedecori ac turpitudini, dominis utique improbissimis, parere desierit." Morisot. „*Prius*, tres, recte. *Primum*, tredecim. *Primo*, unus. Abest ab uno." Ald. Man. E Codd. nostris nullus (praeter Suer.) aliam lectionem habet, quam *primum.* Dederunt tamen *prius* Crat. Magn. Man. Lamb. Colon. Sylb. H. Wolf. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Asc. 1520. Neque necessarium nobis visum est rationibus Morisoti obsequi, cum *prius* videatur correctoris. *Primum*, sequente nulla alia enumerandi particula, imo nulla rerum aliarum enumeratione, non est inusitatum Ciceroni; vide modo Beier. ad Cic. de Off. I, 14, 44. p. 108 sq. ibiq. laudd. Add. Cic. de N. D. II, 10, 26. Illud enim Morisoto facile concedo, in sequente *tum* non esse continuationem enumerandi, sed *tum* poni pro *tum denique* cum quadam quasi oppositione. Ad sententiam laudo Cic. pro Leg. Manil. 13, 38: *neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet.* Mr.

spernat voluptates,] Legitur *spernet* in Codd. Gud. A. Crz. 1. Drsd. 5. In Drsd. 1. est *iracundias renuat.* Drsd. 3. *iracundiam renuat.* Drsd. 5. *iracundiam coërceat, avaritiam ceterasque — expellat.* Legitur *coherceat* in Codd. Crz. 1. 2. Suerin. Gud. A. Cod. autem Suerin. paullo superius post *libidines* addit *suas*; pro *teneat* usitatiore forma habet *contineat.* Sed tamen est in Verr. Act. II. L. III, 1, 3. *cupiditates — tenere.* Pro *libidines* autem in Drsd. 2. est *libidinem.* Pro *ceteras* est *et ceteras* in Excerptis Eyb. apud Or., in Drsd. 1. 3. et Crz. 1. Post *labes* in Drsd. 4. additur *ut fraudes*, quod ortum est ex glossa *vel fraudes*, quae est in Gud. B., non admodum apta. Meliorem habet Crz. 1. supra lin. *maculas.* Pro *teneat* Ox. σ. habet *finiat*, quod non est glossatoris, sed scribae male legentis: sed glossa est Ox. U. *reprimat* pro *repellat.* Mr. „*Labes animi* sunt, quae frequentius dicuntur vitia item vitiositates." Wytt.

Iracundiam — repellat] *Finiat*, pro *teneat*, unus. *Terreat*,

unus. *Contemnat* [volebat *contineat*,] unus. *Temperet* esse in quibusdam libris notatum invenio. — *Coërceat*, omnes mei. *Arceat* esse in quibusdam libris notatum invenio. — *Et ceteras*, decem: in quorum uno additum.“ Ald. Man.

tum incipiat aliis imperare,] Legitur in Exc. Eyb. *tunc incipiet*, *tunc incipit* in Drsd. 5.; *tunc incipiat* in Codd. Ox. η. Crz. 1. et Suerin. Inverso ordine legitur *aliis incipiat* in Codd. Drsd. 1. et 3. et Edd. Asc. 1511. et Par. s. a. Pergunt Ox. E. Drsd. 3. Edd. Par. s. a. et Asc. 1511. *quum et ipse*. Ut h. l. *dedecus* et *turpitudinem* dicit *improbissimos dominos*, sic Cat. maj. 14, 47. res venereas *dominum agrestem* appellat, et in hoc ipso Paradoxo c. 3. prc. honoris cupiditatem *dominam imperiosam*. Mr. — „Vitia dominorum instar imperant iis, qui eis sunt dediti. Persius Sat. V. [124 sqq.]

„Liber ego.“ — Unde datum hoc sumis, tot subdite rebus?
An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?
— — — — Si intus et in iecore aegro
Nascuntur domini, quin tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit herilis?

Sed vide totam Satiram, in qua hoc argumentum persequitur, et in eam Is. Casaubonum.“ Graev. Scribitur in Cod. Drsd. 4. *dedecorari*; in Gud. A. Drsd. 1. 3. 5. Bern. Guelf. Exc. Eyb. *aut turpitudini*. Male. In Cod. Bern. est *et turpitudini*. Sed arctius iungit Cicero haec vitia, ut in Verr. Act. II. L. III, 4, 8: *sunt omnia — summo dedecore ac turpitudine oblita*; pro Cluent. 4: *sine summo dedecore — ac turpitudine*. Mr.

Dedecori ac turpitudini,] „*Turpitudo* opponitur honestati i. e. virtuti, pulcritudini morali: *dedecus* autem est effectus turpitudinis, factum non tantummodo malum, sed etiam moraliter deforme, inhonestum, turpe.“ Wytt. Pro *desierit* est *desigerit* in Cod. Crz. 3. qui est error surdastri: caecutientis errore in Ox. E. scriptum est *patere* pro *parere*. Codicem quoque Pithoeanum habere *aut* pro *ac* refert Graevius, et eundem mox *tum* pro *dum*. Mr.

Dum quidem his obediet,] Cod. Ox. E. *obediverit*; Oxx. η. σ. ψ. Gud. A. B. Duisb. Drsd. 2. *obedierit*, quam lectionem, non probandam, receptam video in Edd. Vict. Rob. Steph. Camer. Vox *his* omissa est in Drsd. 1.; *hic obedit* habet Drsd. 5. Mr.

Non modo imperator,] „*Non modo non imperator*, duo. Male. [Sic noster etiam Suerin.; Gud. A. *non modo imperator non est*.] Sic Graeci οὐχ ὅπως, μὴ ὅτι, μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι δὴ, μή τι, μήτι δὴ, μή τί γε, μή τί γε δή.“ Ald. Man. Plane idem monet Morisotus, testem Budaeum adhibens. Intelligit G. Budaei Commenta-

rios Linguae Graecae, ubi de his formulis disputat p. 1279 sq. Ed. Basil. 1556. f. m. Cum de formula *non modo* —, *sed* — *non*, et similibus iam satis superque disputatum sit cum in libris grammaticis, tum in commentariis ad scriptores veteres, sufficiet laudare Reisigium in libro, qui inscribitur Vorlesungen üb. Lat. Sprachwiss. §. 249 sq. p. 434—436. ibiq. F. Haasii annot. 420. G. T. A. Krüger. Gramm. d. Lat. Spr. T. II. §. 542. p. 726 sq. Ad sententiam Hottingeri (ad Cic. de Div. I, 56.) Gernhardus dicit nostro loco verba *habendus non erit* ad utrumque membrum pertinere, *sed* gravius pro *sed etiam* posito. Ipse tamen rectius ita dicendum putat, duarum constructionum confusione factum esse, ut Cic. *sed liber* — *omnino non* scriberet, cum post *non modo imperator* exspectares *sed ne liber quidem.* Ceterum illud *non modo non* enotavit etiam Or. ex Ed. Suffr. Petri. Mr.

sed liber habendus omnino non erit.] „*Sed omn. lib. hab. non erit*, quattuordecim. *Sed liber omnino non erit*, unus. *Sed lib. hab. modo non erit*, unus.“ Ald. Man. *Sed et liber* Cod. Gud. A.; *sed etiam liber* Ox. I.; *sed liber quidem hab.* Ox. E.; *sed liber homo hab.* Crz. 1.; in Drsd. 2. est *omnino habendus;* in Ox. E. deest *omnino.* Mr. — Graevius, qui in textu exhibet, quod nos, in lemmate, nescio unde, scripsit *sed liber omnino habendus non est;* eique hanc annotationem subiecit: „Egregie Claudianus IV. Consul. Honorii

Tu licet extremos late dominere per Indos.
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,
Servitii patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. —

Extremam servitutem vocat Boëthius V. de Consolat. Philos. c. 2: *Extrema est servitus, cum animae humanae, vitiis deditae, rationis propriae possessione ceciderunt.* Vid. C. Barthium olim adolescentiae nostrae fautorem in notis ad d. l. Claudiani.“ Locus Claudiani est v. 257—261. p. 103. Gesn.; Barthii annot. vid. in ej. edit. p. 627—632. Locus Boëthii est in Ed. Lugd. Bat. 1678. p. 239. Addit Gernh. Horat. Carmm. II, 2, 9 sqq. Mr.

Praeclare enim est hoc usurpatum a doctissimis,] „*Enim* omnes mei. *Etiam* pro *enim* alias.“ Ald. Man. „Stoicos dicit. Alioqui doctissimos homines appellat poëtas, ut pro Milone [3, 8.]: *Non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt.*“ Frc. Sylv. „Longior h. l. est parenthesis inde a *quorum auctoritate* usque ad *perdidisse.* — *Usurpatum* est i. q. saepius dictum, repetitum, frequentatum, celebratum. *Doctissimi* sunt phi-

losophi. Hi enim docti et eruditi vocantur a Cicerone, Graece φιλομαθεῖς, ut notavimus ad III, 2." Wyttenb. Confert Borg. Cic. pro Rosc. Amer. 13: *id quod praeclare a sapientibus dicitur;* ad Famm. III, 8.: *doctissimis hominibus, quorum sunt — praeclarissime scripti libri.* Vocem *enim* omittunt Oxx. I. η. σ.; in Drsd. 1. legitur *hoc enim est*, verba *est hoc* desunt in Ox. E.; Suerin. habet *hoc est a doctissimis usurpatum*, Crz. 1. *hoc usurpatum est*, Gud. A. *a doctis usurpatum;* Gud. B. omittit *enim est;* Drsd. 5. habet *hoc est usurpatum*, Drsd. 4. *est a doctissimis iudicatum.* De verborum ordine *praeclare enim est*, quem Beierus ad Cic. de Off. I. p. 278. mutari vult in *Pr. est enim*, non persuasit B. Orellio, neque nobis. Sufficiat laudasse Handium in Tursellino I. p. 399 sqq. Krüger. Gramm. Lat. T. II. p. 947. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 811. Mr.

quorum ego auctoritate non uterer,] „*Ego* vulgo omissum: sed est in meis omnibus, in quorum uno add. in marg." Ald. Man. Recepi *ego* cum Or. (quod recipi volebat etiam Gernh. in Add.) ex Codd. Oxx. E. I. U. η. σ. ψ. Crz. 1. 2. Drsd. 2. 3. 4. 5. (sed hic ante *non*) Duisb. Gud. A. B. Bas. Guelf. Edd. Suffr. P. Vict. Par. s. a. Asc. 1511. Rob. Steph. Camer. Sturm. In reliquis deest omnibus. Drsd. 1. 3. post *non uterer* addunt *ulla*, quod plane est supervacaneum. Vult *ego* etiam Bentl. Mr.

non uterer,] „Oratores civiles solebant in suis orationibus populariter loqui, quamquam eleganter et culte, sed ita, ut ab omni doctrinae ostentatione abstinerent. Ita Cicero, Demosthenes, alii omnes solebant: sed tamen haec consuetudo exceptionem habebat, si argumentum orationis aliquam doctrinae mentionem postulabat, aut si oratio fiebat ad indices non agrestes, sed quadam urbanitate praeditos et litteris tinctos, qua exceptione Cicero quoque usus est in Oratione pro Sestio et in primis in or. pro Archia poëta. Wytt. Legitur in Crz. 2. ordine inverso: *si mihi habenda esset oratio apud aliquos agrestes;* in Crz. 3. *haec dicenda esset*, in Drsd. 1. *esset haec oratio;* Drsd. 3. *or. haec hab. esset;* Drsd. 4. *apud alios agrestes;* Drsd. *apud illos ut agrestes haec or.* Gud. A. *hab. esset hoc oratio.* Bas. et Guelf. cum Drsd. 1. faciunt. Oxx. U. ψ. habent *est* pro *esset.* Mr.

quum vero apud prudentissimos loquar,] Vocem *vero* omittit Drsd. 5. cum Bas. Alias (nescio ubi) legi dicit Ald. Man. *apud doctissimos.* Cod. Duisb. exhibet *loquor.* Pergit Gud. A. *a quibus.* Gud. B. habet *audita non sunt*, cum Drsd. 4.; Drsd. 1. 3. omittunt *ego;* Crz. 1. habet *cur ego me simulem*, itemque Gud. A. sed a pr. m. *similem*, ut habet Ox. ψ. Rursus incredi-

bile quid narrantem facit Aldum Graevius, duodeviginti eius codices habere *Cur ego* *stimulem* *me.* Sed salva res est. Suos habere vult, quod nos: novem *cur ego me simulem.* Ad sententiam cf. Cic. pro Mur. 29, 61: *quoniam non est nobis haec oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium;* in Pis. 28, 68: *Non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum et humanissimorum coetu loquor.* Mr.

quibus — non sunt] Est *sint* in Edd. Vict. Rob. Steph. Camer. Quae accommodatio, repugnantibus libris scriptis omnibus, ad antecedentem coniunctivum *loquar*, nimia est. Mr.

si quid in his studiis operae posuerim, perdidisse?] Pro *si quid* habet *quod* Cod. Duisb., *si quidem* Cod. Drsd. 4. Pro *his* est *hiis* in Crz. 1., *istis* in Crz. 2.; *opis* pro *operis*, neglecta compendii figura, Cod. Drsd. 5. Idem *perdidissem.* Mr. „Frequens est dictio *operam in aliqua re perdere* i. e. frustra in ea laborasse, multo labore nihil effecisse. Quod vero pergit: *dictum est igitur*, in eo continetur instauratio constructionis per parenthesin interruptae, qua in instauratione plerumque utuntur particula *igitur.*" Wytt. Similis constructio, post intervallum multo longius, est Tuscc. I, 28, 68: *Ut, quum videmus speciem primum candoremque caeli, dein — —* usque ad §. 70. undetriginta lineis interpositis, ubi pergit: *haec igitur et alia innumerabilia quum cernimus, possumusne dubitare, quin* etc. Post *viris* pergit Crz. 1. *neminem, nisi sapientem, esse liberum;* Cod. Drsd. 5. habet *viris non sapientibus*, ex more librariorum, verba, quae parum intelligerent, proximis accommodandi, veram loci sententiam negligendi. Mr.

dictum est igitur — esse neminem] „*Dictum est*, inquit, nimirum non a Stoicis modo, sed a Socraticis omnibus, ut est apud Platonem et Xenophontem." Facc. „Collocatio vocabuli *neminem* in fine positi et moris est romani et insignis efficaciae." Wytt. Similiter *omnia* cum vi ponitur in fine, de Off. I, 14, 42. *ad quam* [iustitiam] *referenda sunt omnia.* Laudat Borg. infr.: *nisi, qui ita sit affectus, esse liberum neminem;* de Sen. 4: *illo exstincto fore, unde discerem, neminem;* de Rep. II, 25: *in conservanda civium libertate esse privatum neminem.* Mr.

Quid est enim libertas?] „Probat Ursinus quod in antiquo suo legitur: *Quid est igitur libertas, nisi potestas vivendi, ut velis.*" Sylburg. Cod. Crz. 2.: *Quid enim est libertas?* Drsd. 4. Ox. I. *quid est autem libertas?* Vocem *enim* omittit Ox. ψ. Sequitur in Ox. N. Gud. A. Suerin. Drsd. 1. 3. 5. *nisi potestas*, et

sic etiam Codd. Bern. Bas. Guelf. et Exc. Eyb. ap. Or.; Ox. I. *vivendi potestas, vivendi.* Pergunt Drsd. 1. 3. *ut velis vivendi,* Drsd. 5. *vivendi ut vult,* Crz. 1. *vivendi ut velit.* Illud *nisi* habent etiam septem libri Aldini. Idem Aldus ad verba *ut velis* annotavit: „ut velle debeas, ut ratio praescribit.“ — „Eodem modo Stoici apud Laertium definiunt: τὴν ἐλευθερίαν εἶναι ἐξουσίαν αὐτοπραγίας: [est L. VII. Sect. 121. p. 441. Ed. Meibom.] Sic in Definitionibus Platonicis ἡγεμονία βίου definitur [p. 567. Ed. Bekk.] et αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί, item ἐξουσία τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ.“ Xyst. Betul. „Eadem sententia est in libro de Officiis primo [c. 20. extr.]: *Libertatis proprium est, sic vivere, ut velis.*“ Frc. Sylv. „Est definitio philosopha quidem, sed tamen popularis. Quid enim *potestas* sit, intelligitur: *vivere* autem dicitur more veterum is, qui vitam agendo traducit, Graece βίος et βιοῦν, quod differt a ζωή et ζῆν, quod etiam brutis animantibus tribuitur, nunquam vero plantis. Actionis autem hoc est proprium, ut eius causa sit in ipso agente. Nam si est in alio extra eum, non est actio, sed passio.“ Wytt. Est apud Aristotelem Polit. V, 9: ἐλεύθερόν τε καὶ ἴσον, τὸ ὅ τι ἂν βούληταί τις ποιεῖν. Mr.

Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui etc.] Ad v. *ut vult* Aldus Manut.: „Non ut libido suadet, sed ut ratio dictitat. Nam *voluntas,* ait Tusc. IV., *est, quae quid cum ratione desiderat:* βούλησις.“ [cap. 4.] Cod. Drsd. 2. habet *quis ergo vivit.* Tum Crz. 1. *nisi recta qui sequitur.* Crz. 2. *nisi qui sequitur recta.* Cod. Drsd. 5. *nisi profecto qui,* quod habent etiam tres Aldi, et est in Edd. Crat. Man. Magn. Hub.; nostris Ald. 1517. 1552 Car. Steph. Sylb. In Cod. Duisb. est *nisi qui recte vivit,* sed in marg. vulgatam habet. Mox Drsd. 5. *considerata via.* Mr.

cui vivendi via considerata atque provisa est?] „Hoc est, qui diu cogitarunt, et dein constituerunt, quod vitae genus sequantur, ad quem finem, tanquam ad scopum omnes vitae suae actiones dirigant. Nam, ut egregie Seneca ait, Ep. 71: *Ideo peccamus, quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tota nemo.* Etenim *vita sine scopo vaga est,* ut idem ait Ep. 95. quod clarius explicat Ep. 71: *Scire debet, quid petat ille, qui sagittam vult mittere, et tunc dirigere et moderari manu telum: errant consilia nostra, quia non habent, quo dirigantur.* Hinc philosophi praecipiunt, semper et in omnibus rebus finem spectandum. Aristot. Eudem. I, 2: Δεῖ ἅπαντα τὸν δυνάμενον ζῆν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν θέσθαι τινὰ σκοπὸν τοῦ καλῶς ζῆν, πρὸς ὃν ἀποβλέπων ποιήσεται πάσας τὰς πράξεις. ὡς τό γε μὴ συντετάχθαι τὸν βίον πρὸς τὸ τέλος ἀφροσύνης πολλῆς σημεῖόν ἐστι.“ Graev. Adde Arriani Commen-

tarr. Epictet Lib. IV. c. 1. prc. Ἐλεύθερός ἐστιν ὁ ζῶν ὡς βούλεται, ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἐστὶν, οὔτε κωλῦσαι, οὔτε βιάσασθαι· οὗ αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι, αἱ ὀρέξεις ἐπιτευκτικαὶ, αἱ ἐκκλίσεις ἀπερίπτωτοι. De locutione *vivendi via*, etiam Graecis et Hebraeis usitata, vid. Creuzer. ad Plotin. Enn. III, 2, 5. p. 259. Ed. pr. De Dativo cum Passivo vid. Ottonem in Excursu ad Cic. de Finn. p. 374. Ad verba conf. Cic. in Verr. Act. II. Lib. I, 6, 15: *Mea quidem ratio explorata atque provisa est.* Mr.

qui legibus quidem non propter metum paret] „Libri veteres habent: *qui ne legibus quidem propter metum paret.*" Lambin. „Recte itaque ille ait:

Oderunt peccare boni virtutis amore:

Oderunt peccare mali formidine poenae." Xyst. Betul. Auctore Cicerone pro A. Cluentio *Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.*" Frc. Sylv. „Hinc Demonax Cynicus apud Lucianum: οἱ ἀγαθοὶ νόμων οὐ δέονται: quia, ut Salomon dicit, *sapiens sibi ipse lex est.* Et Aristippus cum interrogaretur, qua re praestaret philosophus aliis hominibus: ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν, teste Diogene Laërtio." Graev. Locus Orationis pro Cluent. est c. 53, 146; locus Luciani in ei. Demonacte 59. p. 394. T. II. Ed. Hemsterh.; locus Laertii L. II. segm. 68. p. 120. ed. Meibom. — Legitur, quod Lamb. in libris veteribus esse dicit, in Oxx. E. ψ. Drsd. 2. Duisb. *ne legibus quidem pr.;* pro *metum* est *metus* in Cod. Drsd. 1. Cod. Gud. B. habet *propter metum non paret.* Gud. A. pro *paret* exhibet *servit.* In Drsd. 4. mira sunt compendia sic expressa *propter metum* 2 *X non paret*, quae quid sibi velint, nescio. Mr.

qui legibus quidem non propter metum] „Sic undecim. Tres *qui nec legibus quidem propter metum.* Unus *qui legibus non propter metum.* — *Metum:* sc. magistratuum et suppliciorum." Ald. Man. Et hoc quidem loco, si quo alio, denuo apparet, quam facile erret, qui ex aliorum relationibus de lectione alicuius loci refert. Ita Gernh. vidit in annotatione Lambiniana lectionem *ne legibus quidem:* inde, non visa Editione Lambini a. 1566. neque Lambiniana aliqua posteriore, ita legisse Lambinum concludit. Sed neque vera Lambiniana neque posteriores, quae habent eius annotationes, textum vero ante Lambinum vulgatum, aliam habent lectionem, quam nos exhibemus. Habent autem *ne legibus quidem propter metum* Edd. Vict. Suffr. Petr. et ex nostris Rob. Steph. et Camerar. a. 1540, quae prodiit quidem apud Herwagium, nos vero veram Herwagianam dicimus eam, quae edita est a. 1534. quae nobiscum facit. Sola autem Cratandri a. 1527. utramque lectionem

perperam coniunctam exhibet: *qui ne legibus quidem non propter metum paret.* De Codicibus MSS. annotatione proxime antecedente monuimus. Mr.

sed eas sequitur atque colit,] „*Eas et colit*, unus: *et* superaddito. *Et colit*, novem. *Ac colit*, unus." Ald. Man. Habent *et colit* Codd. Ox. E. Duisb. Drsd. 1. 2. 4. Quod igitur scripsit Or. Codices aliquot habere *ac*, dicendum fuit aliquot habere *et*, unum *ac*. Ad sententiam confer Cic. de Legg. I, 14, 40. Mr.

quia id salutare maxime esse iudicat:] „*Id quod salutare maxime*, octo. *Quod id salutare maxime*, tres. *Id quod est maxime salutare*, unus." Ald. Man. „Pith. *Id quod salutare.*" Graev. Illud *id quod* habent Codd. Drsd. 1. 3.; *quod id* Ox. η. Duisb. et Gud. B.; *qui id* Codd. Crz. 1. Ox. E. Drsd. 2.; *id quia* Gud. A.; *idem quidem* Drsd. 5. In Crz. 1. est *salutare maxime iudicat*, in Crz. 2. a pr. m. *quod maxime est salutare:* sed eadem correxit: *quod maxime iudicat salutare;* Suerin. *idque salutare esse maxime iud.*, scribitur *esse maxime* etiam in Codd. Gud. B. Duisb. Drsd. 4. In Drsd. 5. est *maxime salutare iudicat*, in Crz. 3. *maxime salutare esse iud.* Or. ex Ed. prc. et Vict. enotavit *quod salutare m. e. iud.*, quod est etiam in Ed. Rob. Steph. Solus Gud. A. habet *salutare maxime putat.* Mox idem *nichil cogitat*, *nichil denique facit:* verbum *esse* omittunt etiam Codd. Bas. et Guelf. Mr.

nisi libenter ac libere:] „Libenter, i. e. non muneribus corruptus, non gratia victus aut odio." Xyst. Betul. „*Libere* i. e. nulla cupiditate suadente aut cogente." Frc. Sylv. „*Libenter* est cum voluptate: *libere* est sine coactione. Haec ita mox explicantur a Cicerone, *ut nil faciat invitus*, *nil dolens*, *nil coactus.*" Wytt. Cod. Drsd. 4. exhibet *quod non nisi libenter.* Cod. Duisb. *et libere.* Mr.

Nihil cogitat — nisi — libere] „Nam bonus vir aeque rationem habet cogitationum ac dictorum et factorum. De quo egregie M. Antoninus praecepit III. *τῶν εἰς ἑαυτόν.* [§. 4.] *ἐθιστέον ἑαυτὸν μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ καὶ τό· ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινός.* Addit: *ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος, τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ, ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον ἄχραντον ἡδονῶν.*" Graevius. Vid. Edit. Gatak. p. 69 sq. Ed. Glasg. p. 19. Mr.

cuius omnia consilia — ab ipso proficiscuntur] Si adiun-

gas huic structurae ea, quae statim subsequuntur: *eodemque* (i. e. *ad eundemque) referuntur:* itemque: *apud eum polleat*, habes eam, de qua loquitur Wopkens. Lectt. Tull. p. 104 sq. ed. Hand. p. 144. dicens: „Pronomen *eum* sistit quidem illud συντάξεως cursum, si spectes Relativum; sed parilis est impedita constructionis durities in his exemplis. Acad. I, 8: *quam vim — eandemque esse —*; de Finn. II, 2: *quo omnia referrentur, neque id ipsum usquam referretur* . . . neque his similibusque locis quicquam movendum.“ . Sed vid. nostram annot. ad Tuscc. V, 3, 8. iisque, quae ibi (p. 18 sq. T. III.) sunt posita, adde Seyffert. Palaestra Ciceron. p. 18. et Teipel. in Prolus. Coesfeld. a. 1841. qua probatur: Scriptores Graecos et Latinos a relativa, qua dicitur, verborum constructione saepe discessisse, p. 12. Mr.

Cuius omnia consilia — feruntur:] „*Ab ipso:* i. e. ab ipsius animo, non a cupiditatibus.“ Frc. Sylv. „Est haec descriptio libertatis magis philosopha: quando actiones, quas gerit, ab ipso geruntur, eodemque (i. e. ad ipsum) feruntur. Convenit cum ea, quae dicitur facultas agendi: agere vero dicimur, cum causa mutationis in nobis, nec extra nos sita est. Igitur his Ciceronis verbis excluditur omnis externa vis.“ Wytt. „*Ab ipso prof.* i. e., ut post est, ipsius voluntate atque iudicio. nam in his proprie est homo.“ Ern. In Cod. Crz. 1. est *consilia omnia.* Gud. A. *res* pro *resque.* Gud. B. *que* (sic) *gerit;* Crz. 1. *quas egerit*, a 1. m. altera delevit litteram *e* praemissam; Crz. 2. *quas agit.* Tum Gud. A. *ab eo* pro *ab ipso.*

eodemque referuntur] Vulgo *feruntur*, contra sententiam Ciceronis. Dedi igitur cum Or. *referuntur*, qui se vereri dicit, ne in verbo *feruntur* falsam quaesierint elegantiam critici, additque, verba eiusmodi composita propter compendia scripturae saepe vel cum aliis compositis confundi vel in simplicia transire: verbo *referendi* autem saepissime sic uti Ciceronem. Nec vero ex coniectura corrigendus fuit locus: habent enim *referuntur* Codd. Bas. Guelf. Edd. Crat. Magn. Man. Lamb. Hub., praeterea ex nostris Oxx. E. U. η. Crz. 1. Drsd. 2. Gud. A. Edd. Colon. Sylb. Aud. Tal. Lambb. Goth. Car. Steph. Boul. Aldd. 1517. 1548. 1552. H. Wolf. Facciol. In Cod. Drsd. 5. et Ed. Ven. 1514. factum est, quod saepe fieri dixit Or., nimirum ut propter compendia scribendi verba composita confunderentur, est enim in his *proferuntur.* Borg. autem, qui in omnibus Edd. esse *feruntur* putabat, destitutus Edd. veteribus, malebat tamen *referuntur*, idque commendabat his locis: Phil. IX, 5: *Itaque ea, quae proficiscebantur a legibus —, ad aequitatem referebat.* De Finn. II, 18: *proficiscantur a natura,* —

ad utilitatem referantur; III, 18.: *ab his omnia proficiscantur, — ad ea referri omnes nostras cogitationes.* Mr.

quae plus apud eum polleat,] „Quidam lib. *eum apud*, et sic etiam Varro locutus est, sic *quos inter*, *memoriam praeter:* supra observavi *omnibus ex;* apud Livium: *Tiberim contra; eo coram* Tacitus.“ C. Lang. „*Apud eum.* Sic omnes mei. Langius ordine praepostero.“ Ald. Manut. Cod. Crz. 2. habet *apud illum.* Verba *apud eum* desunt in Ox. η. Cod. Drsd. 1. habet *poleat;* var. Magn. eius loco habet glossam *valeat.* In Crz. 2. deest *illius.* Tum Crz. 1. habet *et* pro *atque.* Ad locutionem cf. Cic. de Off. II, 9: *ad fidem faciendam iustitia plus pollet.* Brut. 51: *perorandi locus, ubi plurimum pollet oratio.* Ed. Schz. operarum errore *voluptas* pro *voluntas.* Eundem ego errorem Codicis rescripti correxi apud Cic. de Rep. I. 2. p. 13. Erat autem ibi: *et quoniam — studemus nostris — laboribus tutiorem — vitam hominum reddere, et ad hanc voluptatem ipsius naturae stimulis incitamur —.* Ego correxi *voluntatem*, ibique rationes exposui, quas, qui ponderarunt, non potuerunt non probare, in his etiam Orellius et C. Beierus. Exstiterunt tamen (ut solet fieri) propugnatores lectionis *voluptatem*, qui, nulla ratione prolata, frugibus inventis ad glandes nos redire iuberent. Similiter infra c. 2. fin.: *loquitur ad voluntatem*, ubi sunt, qui legant *voluptatem:* Horat. Od. I, 27, 13: ubi pro *cessat voluntas* multi libri exhibent *voluptas*, ad quem locum vid. Hofman - Peerlkamp. p. 115. et Orell. Ed. maj. sec. p. 143. Mr.

cui quidem etiam, quae vim habere maximam dicitur,] Vocem *quidem* omittit Cod. Crz. 2. cum Duisb. et Gud. A.; idem habet *quae vim maximam habere dicitur*, cum Bas. Guelf. Duisb. Crz. 1. 3. Drsd. 1. 2. 3. Vocem *maximam* omittit Ox. σ.; Cod. Suerin. Gud. B. Drsd. 4. *vim habere dicitur maximam;* Drsd. 5. *vim max. hab. dic.* omisso *quae;* Gud. B. *quem vim hab. dic. max.* Mr. „*Fortuna est domina rerum et externarum et ad corpus pertinentium*, ut ait Cicero Tuscc. libro V. [c. 9.] qui in libro de Officiis II. [c. 6.] *magnam vim esse in fortuna* dicit *in utramque partem, vel ad secundas vel adversas. Nam et quum prospero flatu eius utimur ad optatos exitus provehimur, et cum reflavit, affligimur.* De vi fortunae quia alii multi scriptores tradiderunt, illud solum adscribamus, quod est apud Plinium, cap. 7. libro 2: *Toto*, inquit, *mundo et locis omnibus omnibusque horis, omnium vocibus fortuna sola invocatur, et una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur et cum conviciis colitur. Volubilis a plerisque et caeca*

etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit." Frc. Sylv.

fortuna ipsa cedit:] Ad sententiam conf. Cic. Tuscc. V, 25, 72: *Cui* [vitae] *refertae tot tantisque gaudiis fortuna ipsa cedat necesse est.* Mr.

si, ut sapiens poëta dixit,] Vulgo *sicut.* Ego vero, ne paullo horridior sit oratio, recepi, quod est in Cod. Crz. 2.: quamquam, ut fatear, quod est, malim *siquidem, ut* —. Neque displicet, quod coniecit S. E. I. Rauius in Varr. Lectt. ad Cic. Oratt. (Lugd. Bat. 1834. 8.) p. 64. qui legit: *Cui — Fortuna ipsa cedit: si, quod sapiens poëta dixit, suis ea cuique fingitur moribus.* Quod vero est in Edd. Man. Lamb. Suffr. Petr. Hub., nostris Colon. H. Wolf. Lambb. Goth. Ald. 1552. Sylb. Sturm. Car. Steph. *quae sicut* — omisso, quod sequitur, *ea*, id correctori videtur deberi. Vocem *sapiens* omittit Gud. A. Pro *dixit* est *dicit* in Codd. Bas. Guelf. Exc. Eyb. Gud. A. Drsd. 3. 5. Ad sententiam Frc. Sylvius: Si virtuti fortuna cedit, cedit etiam sapienti. Id adeo verum est, ut Metrodorus Epicureus, quoniam sine virtute beate vivi posse Epicurus negabat, illa dicat apud Ciceronem Tuscc. V. [c. 9.]: *Occupavi te, Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.* Poëtam, quem significat, arbitror esse Appium, de quo Sallustius in Oratione ad Caesarem de Re publica ordinanda [Ed. Havercamp. T. II. p. 156. ibiq. interprr. Ed. Cort. p. 1016.] *Res,* inquit, *docuit id verum esse, quod in carminibus Appius* [Caecus] *ait, Fabrum esse quemque fortunae.*" Graevius ex Cod. Pith. enotavit lectionem *sed, ut sapiens poëta dicit.* Mr.

sapiens poeta] „Appius fortasse, cuius sententia valde similis affertur a Sallustio in Epistola I. ad C. Caesarem de ordinanda rep. *(Fabrum esse quemque fortunae).* Sed et Plautus in Trinumo (II, 2, 84. *sapiens ipse fingit fortunam sibi)* et Nepos in Attici vita (c. 11. extr.) et alii eodem modo loquuntur." Facc.

Suis ea cuique fingitur moribus] „Pulcherrima sententia, quam et Nepos in Attici vita sic expressit: *sui cuique mores fortunam fingunt.* Quod fortasse a Plauto sumptum, qui in Trinummo ait: *Sapiens ipse fingit fortunam sibi.* Haec ideo dixi, ne quis de mutatione cogitaret ob varietatem veterum librorum: qui, si multos habeas, nullus tamen est tam emendatus tamque apertus locus, in quo non dissentiant. Cum delectu igitur observandi. Mei octo: *suis quisque fungitur moribus.* Duo: *suis ea quisque fungitur moribus.* Duo: *suis enim quisque fungitur moribus.* Unus: *suis*

quisque ea forte fungitur moribus. Unus: *suis ea cuique fungitur moribus. et* deletum, *iacuitque et* add.: *quisque;* Unus: *suis ea cuique fruitur moribus;* unus: *quis cuique fruitur moribus;* unus: *suis enim quisque utitur moribus.* Unus: *suis quisque fingitur moribus.*" Ald. Man. „*Suis*, dicit, *quisque fingitur moribus:* non autem fingitur fortunae. Nam fortunae suae quisque faber est. Suam quisque fingit fortunam. Igitur sua cuique, praesertim sapienti fortuna cedit." Frc. Sylv. „Erasmus in Proverbio: *Sui cuique mores fingunt fortunam*, hunc locum sic emendandum censet: *cui quidem etiam, quia vim habet maximam, fortuna ipsa cedit, et sicut sapiens poëta dixit, suis cuique moribus fingitur.* Sentit enim, inquit, fortunam fingi cuique suis moribus. — Dictum hoc Volaterranus alicubi citans Accio tribuit. Constat certe ex quarta Tusculana, Appii Caeci carmen Panaetium laudasse, in quadam ad Q. Tuberonem epistola, idque Ciceroni Pythagoricum videri." Xyst. Betulei.

Suis ea cuique fingitur moribus.] „M. Antoninus lib. III. *τῶν εἰς ἑαυτόν· Εὔμοιρος ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας.* Iuvenalis recte dicit, Fortunam nullum esse Numen, sed prudentiam: stultitia hominum inter deas referri Fortunam: Sat. X:

Nullum numen habes, si sit prudentia. Nos te,
Nos facimus, Fortuna, deam, caeloque locamus." —

„Ita in Ven. exemplis: alii: *Suis cuiusque fingitur.* Sententia est Plautina. Sed Cicero, ut apparet, alterius poetae loco usus est." Camer. Ern., sed dubitans, item Plauto tribuit sententiam, loco a Facc. citato. Totus versus (troch. octon. cat.) est: 362. ed. Hermanni:

Nám sapiens quidém pol ipse fingit fortunám sibi.

„Primus hoc dixit Heraclitus, cuius graecam sententiam explicuimus Bibl. Crit. P. IX. p. 19." Wytt. Locus Antonini est L. V. extr. p. 170. ed. Gatak. q. v.; Iuvenalis X, 365 sq. ibiq. interprr. Heracliti locus ap. Plutarchum est, *Πλατωνικ. Ζητηματ.* p. 999. *ἦθος ἀνθρώπου δαίμων*, de quo v. Wytt. l. c. p. 18—21. F. A. Wolfii Mus. d. Alterth. Wiss. I, 3. ibiq. F. Schleiermacher. Herakl. der Dunkle p. 504 sq. — Gernh. sibi suspectum *ea* dicit esse ideoque uncinis inclusit, cum absit a multis Codd., qua correctione opus non est, si nobiscum legas *si, ut.* Verba autem poëtae quo minus sint Plauti, nihil impedit: nam saepe Cicero, poetarum locos verbis suis interserens, metrum solvit. Bentleius haec omnia *sicut sapiens — moribus* delet, ut a sciolo invecta: merito non auditus a posterioribus. Mr.

suis ea cuique fingitur moribus.] Vox *ea* abest ab Oxx. E.

U. ψ., Crz. 1. Gud. A. B. Drsd. 1. 3. Suerin. in Bern. deleta est ab ead. m. Scribitur *suis quisque fungitur moribus* in Codd. Oxx. iisdem, Crz. 1. Drsd. 1. 3. 4. (hic omisso *suis)* Edd. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511. Par. 1507. 1512. Lugd. Hdlb. Arg. Par. s. a. Dav.; *suis enim quisque fongitur* (sic) *mor.* Drsd. 5.; *suis quisque fugitur m.* Drsd. 2.; *suis ea cuique fungitur mor.* Crz. 2.; *suis ea quisque fingitur m.* Crz. 3.; Ox. I. *suis quisque ea fingitur m.;* Gud. B. *suis quisque fingitur mor.;* et sic Exc. Eyb. vetus Car. Steph. Edd. Crat. Magn. Ald. 1517. Sturm. Aud. Tal.; Gud. A. *suis ea cuique fungi se mor.;* Suerin. *suisque fingitur mor.; suis cuiusque fingitur mor.* sola Herwag. 1534; *suis cuique fingitur mor.* Edd. prc. 1465. Suffr. Petr. Man. Sylb. Car. Steph. H. Wolf. Par. 1543. Ald. 1553. Reliqui nobiscum faciunt. Mr.

Soli igitur hoc contingit sapienti,] „*Hoc* abest a duobus." Ald. Man. Idem reiecit Bentleius. Cod. Ox. E. habet *convenit,* Gud. A. *contigit.* Laudat Graev. Senecae Ep. 8.: *Philosophiae servias oportet, ut tibi contingat vera libertas.* In seqq. Crz. 1. ter *nil* pro *nihil.* Drsd. 5. habet *facit.* Verba *faciat invitus* exciderunt in Ox. σ. Ad anaphoram v. *nihil* multa exempla congessit C. Beier. ad Cic. Orationum Fragmm. p. 198. q. v. Mr.

Quod etsi ita esse — disserendum est:] Vocem *etsi* omittit Cod. Ox. I. cum Drsd. 5.; pro *esse* legitur *esse potest* in Ox. E., qui cum Drsd. 5. habet *disserendum esset.* Verba *ita esse* desunt in Gud. A., qui habet *est disserendum.* Crz. 1. *quod si,* cum Duisb.; Crz. 2. *quod etiamsi;* Suerin. *quod et ita esse.* Ad verba confert Borg. Cic. pro Rosc. Am. 42: *De quibus si coepero dicere, pluribus verbis disserendum est.* Mr.

illud tamen brevi conficiendum est,] „*Illud tamen brevi confitendum est*, novem, quorum quinque *breve.* — *Illud tamen et breve confitendum est*, octo, quorum quattuor add. *et* ante *confitendum.* In uno desunt omnia." Ald. Man. „*Conficiendum* i. e. *concludendum.*" Frc. Sylv.

illud tamen brevi confitendum est,] „Ita est emendatum in Cod. Memmiano ex libris veteribus et ita edidit Langius. Alii nostri Codices habent: *Illud tamen breve et confitendum est:* quod probo." Lambin.

et breve et confitendum est,] „Margini adscriptum reperio *brevi conficiendum est.* Tolerabilius esset *brevi confitendum:* quamquam ne *id quidem* satis ad dictionem Ciceronis accedit. Est enim longe explicatius id, quod secuti sumus." Morisot. „Sic [*et breve et confitendum*] Maur. et Pal. tert. et duae Edd. vett. imo ipsamet Victoriana. Vulgata *illud tamen brevi conficiendum est.*" Gru-

ter. Bentleius, quod abest ab uno Aldi *illud tamen — est*, abesse vult, et superiora legit: *Quod si ita est, non pluribus verbis disserendum est.*" Mr. „Firmat lectionem a Grutero probatam codex Pithoei." Graevius.

et breve et confitendum] „Pluribus verbis opus est, ut ostendatur, solum sapientem nihil facere invitum et coactum; sed illud tamen homines fateri debent, non esse liberum, qui invitus et coactus operatur. Alii leg. *brevi conficiendum.*" Facc. Haec altera lectio est in Ascens. 1520.

illud tamen et breve et confitendum est:] „Sic Ed. prc. 1465. Victor. Graev. seqq." Or. Accedunt Codd. Ox. N. Crz. 3. Drsd. 1. Suerin. (nisi quod hic habet *id* pro *illud)* Edd. Ven. 1492. Hdlb. Arg. Dav. Par. 1512. 1543. Herw. Lugd. Camerar. Rob. Steph. Boul. Sturm. Grut. Gron. Verb. seqq.; *tamen breve confitendum est* Ox. I. Gud. A. B. Drsd. 1. 4. Bas. Guelf. Ed. Asc. 1511; *tamen brevi confitendum est* Edd. Lambb. Colon. Suffr. Petr.; *tamen brevi conficiendum* Edd. Crat. Magn. Man. ex nostris Ald. 1517. 1553. H. Wolf. Car. Steph. Sylb. Aud. Tal. Lambb. Goth. cum Codd. Oxx. E. U.; *tamen et breve confitendum* Codd. Oxx. η. σ. ψ. Crz. 1. 2. Ed. Ven. 1514; *tamen breve et confitendum* Codd. Drsd. 5. (qui omittit *est*) Duisb. Edd. Par. s. a. et Ald. 1548; denique *illud tam breve confit.* Cod. Drsd. 2. — De lectione *breve* cf. etiam C. Halm. in Specim. Comment. de Cic. pro Sestio oratione (Spirae. 1842. 4.) p. 10. b. — Ad h. l. Wyttenb. in scholis haec: „Erat haec Stoicorum consuetudo, ut, uti mathematici, brevibus conclusiunculis aliquid demonstrarent, quod satis quidem erat ad assensum philosophorum et doctorum, non item ad convincendos minus doctos. Quo pertinet Tuscc. V, 7.; ubi quum Cicero per unum syllogismum demonstrasset, virtutem satis habere momenti ad felicitatem, auditor eum admonet: *Uberius, quaeso, hoc explices: ista enim brevia Stoicorum dicta magis me cogunt confiteri, quam docent aut persuadent.*" Huc quidem pertinent, quae dixit Cicero loco Tuscc. laudato [V, 7.]: sed verba, quae auditori tribuuntur, ibi non leguntur. Est autem I, 8: *Uberius ista, quaeso. Haec enim spinosiora prius, ut confitear, me cogunt, quam ut assentiar.* Mr.

ita sit affectus] „ut nihil faciat invitus et coactus. Et per haec concludit, solum sapientem esse liberum." Facc.

qui ita sit affectus,] Codd. Gud. A. et Drsd. 1. *affectus sit*, cum Crz. 2. Pergit Crz. 2. *liberum neminem esse*, Gud. A. *neminem liberum esse;* Suerin. et Gud. B. *esse liberum neminem*, ut habent Edd. tantum non omnes. Ego autem dedi ex Codd. Crz. 1.

3. Gud. B. Dresd. 2. 5. *liberum esse neminem* cum Facc. Gernh. Or. Tbn., cum veri sit simillimum in una eademque sententia Ciceronem sibi constare etiam in verborum ordine, et paullo superius sit scriptum: *nisi sapientem, liberum esse neminem.* Mr.

Igitur omnes improbi servi: nec hoc tamen re est, quam etc.] „Sic quattuor. Octo: *servi igitur omnes improbi: nec hoc tam re est, q.* Duo: *servi ergo omnes improbi. hoc non tam re est, q.* Unus: *omnes improbi servi, ne tam re est, q.* Unus: *servi igitur omnes improbi, nec tam hoc in re est, q.* Unus: *omnes improbi servi vom.* [sic Graev. refert] *hoc tam est re q.* Unus: *quis igitur omnes improbos, servire, nec hoc tam re.* Est, qui legendum putat: *Igitur omnes improbi servi. Servine? hoc non tam re est, quam.* Vel: *servi: servire hoc tam re est quam dictu miserabile.*" Ald. Man.

Servi igitur omnes improbi:] „Sic Pal. o. et Gul. secundus praeterea noster geminat vocabulum *servi*, non sine venere: *servi igitur omnes improbi: servi.*" Gruter. „Sic Pall. et al. MSS. Vulgg. *igitur omnes improbi servi.* Pal. sec. *servi igitur omnes improbi, servi.*" Graev.

Igitur omnes improbi servi] „Sequitur pars huius paradoxi altera, omnes improbos esse servos." Facc.

Servi igitur omnes improbi.] Hunc ego cum Or. praeferendum duxi verborum ordinem vulgato, quem etiam Gernh. servaverat. Firmant eum Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Gud. A. B. Duisb. Bern. Bas. Guelf. Oxx. I. N. η. σ. ψ. (neque aliter Ox. E. U., qui pro *igitur* habent *ergo:)* Exc. Eyb. Suffr. Petr. Asc. 1511. Verb. Graev. Olivet. Tbn. Hub. In Drsd. 2. post *improbi* sequitur *servine? Hoc tam re, quam dictu est inopinatum.* Etiam in Drsd. 4. post *improbi* repetitum est *servi*: sed pergit *nec.* Wytt. legebat ut nos: ad verba autem discipulis in scholis praecepit: „Subiectum est *improbi*, praedicatum *servi:* omnes improbi sunt servi, carent libertate. Fit hoc propter vim quandam oratoriam, ut nonnunquam praedicatum priore, subiectum posteriore loco ponatur." Mireris certe, tantam esse vim et auctoritatem lectionis per multas editiones propagatae, ut librorum et plurimorum et optimorum lectio glossam marginalem adolescentulis discentibus destinatam expellere tam diu non potuerit. Mr.

Nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum] Vid. annott. superiores, Aldinam et nostram. Adde Ox. E. qui habet *Et hoc* Omissis his verbis duobus Ox. I. habet *servire.* Drsd. 5. omittit *hoc.* Crz. 3. *nec tam hoc;* Drsd. 4. omittit *est*, cum Crz. 1., qui supra ante *omnes* habet glossam *sunt;* idem exhibet *mirabile est.*

Pro *dictu* est *dictum* in tribus Aldi Man., qui alias esse dicit *dicto:* quam ego lectionem reperi in Edd. Ald. 1548. Boul. Lambb. Goth. Pro *mirabile* sola Ed. Asc. 1511. habet *admirabile.* Hanc fortasse Editionem ante oculos habebat Ald. Man., cum scriberet omnes suos Codd. exhibere *mirabile.* Gud. A. omittit *eos*, Drsd. 5. pergit *servos esse;* Duisb. habet *Non enim dicimus eos e. s.* Ad v. *dicunt* monet Ald. Man. intelligendum esse *Stoici;* ad *servos:* „servitus duplex: animi et corporis.“ — „Est haec quasi contestatio litis. Urget, imo excludit definitionem vocis, quae est apud iureconsultos: sive a serviendo dictos voles, sive quod ab imperatore, a quo in bello capti erant, servati sint.“ Xyst. Betuleius.

ut mancipia,] „Aliter, inquit, servi dicuntur, quam mancipia, quae solam civilem significationem, servi praeterea moralem quandam habent. Mancipia siquidem, teste Florentino, dicta, quod manu ab hostibus capiuntur. Leg. 4. ff. de statu hom. De quo lege praeterea Boëthium in Topicis Ciceronis. Servitutis autem plures, vel Laërtio teste, significationes sunt. Nam postquam definivit *τὴν ἐλευθερίαν ἐξουσίαν εἶναι τῆς αὐτοπραγίας*, illi opponit *τὴν δουλείαν*, quam definit *στέρησιν τῆς αὐτοπραγίας.* Deinde subiungit aliam, *δουλείαν τὴν ἐν ὑποτάξει.* Hinc addit tertiam, *τὴν ἐν κτήσει τε καὶ ὑποτάξει*, cui opponitur *ἡ δεσποτεία*, quae et ipsa prava est. Sunt autem haec quoque subobscura. Satis clara fuerit differentia, si dicamus, corporis servitutem nihil derogare libertati animi. Epicteti, opinor, doctrina haec est: *ὅτι κακὸς δεσμὸς σώματος μὲν τύχη, ψυχῆς δὲ κακία. ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα λελυμένος, τὴν δὲ ψυχὴν δεδεμένος, δοῦλος. ὁ δ' αὖ τὸ σῶμα δεδεμένος, τὴν δὲ ψυχὴν λελυμένος, ἐλεύθερος.*“ Xyst. Betul.

quae sunt dominorum facta nexu,] „Optimi libri *nexo.* Vid. Budaeum in Pandect.“ C. Lang. „Omnes libri veteres ad unum, quos quidem viderim, habent *nexo*, quod probo, atque ita censeo legendum.“ Lambinus. „*Nexu* hoc est, quae mancipio vendita sunt, id est, quae sic vendita sunt, ut evictionis periculum in se reciperet et praestaret venditor. *Nexus* est obligatio. Vid. notas ad Famm. VII, 30.“ Graevius. Neminem Lambinus obedientem habuit, neque ipse recepit, quam probabat, lectionem *nexo.* Mr.

nexu aut aliquo iure civili] „Servitutem idem, quem supra laudavi, Florentinus docet etiam iuris gentium esse constitutionem, non modo iuris civilis. Marcianus etiam servos ait non tantum iure gentium in nostrum dominium redigi, sed etiam iure civili. Cuius exemplum hoc insigne est de nexu. Nam qui lege tabb. XII. ob aes alienum creditoribus in temporariam servitutem addicebantur, addicti et nexi vocati olim fuerunt. De quo lege Bud. in tit. de

in diem addictione." Xyst. Betul. De lege XII. Tabb. quam laudat Xyst. Bet. vid. Io. Nic. Funccii Leges XII. Tabb. (4. Rint. 1744.) p. 254—258. Mr.

Nexu] „Sic sexdecim mei. Duo *aere*." Ald. Man. „*Nexus* erat quaedam iuris solennitas, quae in rerum abalienatione fieri solebat. Gaii iurisconsulti de nexu faciendo haec verba sunt: *Est*, inquit, *mancipatio imaginaria quaedam venditio, quod ipsum ius proprium est civium Romanorum: eaque res ita agitur: Adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus, et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit, aes tenens ita dicit: 'Ego hunc hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est huius aere aeneaque libra. Deinde percutit libram aere, idque aes dat ei, a quo mancipium accipit quasi pretii loco. Nulla autem res lege XII. tabularum aliter, nisi per hanc solennitatem abalienari poterat.*" Frc. Sylv. „Emptione et iure nexus. Alii legunt *nexo*." [Gernhardi Ed. Facciolatum dicentem facit alios legere *nexus*. Perperam.] Facciol.

quae sunt dominorum facta nexu,] Quod dixit C. Langius, optimos libros habere *nexo*, additque Lambinus, se ne unum quidem librum vidisse, qui exhiberet *nexu*, id iam ex Aldi Manutii sedecim codicibus, qui posteriorem habent scriptionem, valde restringitur. Editio quidem ex veteribus nulla videtur habere *nexo*. Habent autem *nexu* Codd. Oxx. omnes, itemque Gud. A. B. Suerin. Duisb. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 2. 3. 4.; solus Drsd. 5. *et facta ere* (sic). Illud *et* ante *facta* inserunt Codd. Gud. B. Crz. 1. Drsd. 1. 3. 4. In Cod. Crz. 1. est *quae sunt dominorum aut aliquo;* sed ab al. m. additum est *et facta nexu*, ante *aut;* solus Ox. l. habet *dominorum astricta nexu*. Ceterum ad rem conf. Lexic. Iurid. ex Brisson. Hotom. Pratei. Cuiac. v. *Nexum* p. 759. Dirksenii Lex. Man. Latinit. Font. Iur. Civ. Rom. v. *Nexum* et *Nexus* p. 622 sq. Eiusd. Krit. d. XII. Taf. Fragmente: p. 307 sqq. Creuzer. Roem. Antiquitt. Ed. 2. p. 48 sq. Locus qui supra laudatur Florentini, est Digest. Lib. I. Tit. 5. l. 4. Heineccii Antiquitt. Romm. Iurisprud. illustr. Lib. II. Tit. I. §. 20. III. T. II. §. 15. Laudat Borg. Cic. Or. pro Caec. 35. *ut Sulla non sustulerit horum nexu;* de Republ. I, 17: *Nec civili nexo*, ubi vid. annot. nostr. p. 75. quo loco de forma nominis haec posuimus: „Ceterum, quamquam *nexum* dicit Cicero et *nexus*, eum tamen eius usum observasse mihi videor, ut Genitivo Casu plerumque dicat *nexi*, casu ablativo *nexu*, utrumque ambiguitatis vitandae causa." Ex varietate Magnoli Or. enotavit lectionem, qua duae illae, quas ex

libris MSS. protulimus, iunguntur, coniunctae apparent: *facta aere aut nexu*. Mr.

aut aliquo] „Libenter legerim *aut alio*. Nam etiam nexus est inter civilia iura. Facc. Addit Gernh.: Nam, ut Sylvius monet, etiam servus erat aut verna, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus.“ Mr.

aut aliquo iure civili:] „Pro *aut alio quo modo secundum ius civile*, quod varios modos servitutis contrahendae habet.“ Ern. De hoc usu, quo *aliquis* vel ponitur vel poni videtur pro *alius quis*, *alius quidam*, vid. nos ad Cic. de Rep. III, 14. p. 369. ibiq. laudd. Adde Ruhnk. ad Vellei. Paterc. I, 17, extr., itemque Hofmann. in Iabnii Annall. Philoll. 1828. II, 1. p. 46. Quod legi volebat Facc. *aut alio* pro *aut aliquo*, habet quidem Cod. Ox. U.; sed ea emendatione, quae est in illo Cod. correctoris, opus non est. Pro *aut* Ox. ψ. habet *atque*. Cod. Crz. 2. habet *civili iure*. Mr.

Sed, si servitus sit, sicut est,] „Sic octo. *suorum*, unus [volebat, opinor, Graevius scribere: *quorum unus* —] *est* pro *sit*. — *Si servitus est obed.*, unus; *Si servitus eis sit, sicut est obed.* unus, add. sup. *sit* et *est*. — *Si servitus sit est, ut oboed.* tres; *Si servitus sit est oboed.* unus; *Si serv. sit qua oboed.* unus. *Si serv. est sint oboed.* unus; *Si serv. est ut oboed.* unus; *Si serv. sit ab oboed.* unus.“ Ald. Man. Post Aldum nemo quicquam varietatis, praeter Gernhardum, enotavit, qui *si* deesse in duobus Oxx. refert. Sunt hi Codd. E. ψ. Est autem in Crz. 1. *sed si servitus est obedientia fracti animi* itemque in Drsd. 5.; sed in priore ab al. m. additum est *sicut* post *est*. Crz. 3. exhibet *sed si servitus sit sice ab ē obedientia;* sed *ab* punctis subscriptis signatum; Suerin. *Sed si serv. sit eis*; Gud. A. *s. s. s. s. sicut obedientia est*. Mr.

si servitus sit] „Argumenti vis ducitur a definitione et interpretatione huius vocis.“ Facc.

obedientia fracti animi atque abiecti] Cod. Drsd. 2. post *fracti* addit supervacaneam voculam *et*. Pro vulgato *et obiecti* recepi *atque abiecti* ex Codd. Bern. Bas. Guelf. Drsd. 1. Crz. 2. Drsd. 3. Gud. A. (in hoc quidem est *atque abiecti animi)* itemque Exc. Eyb. cum Or. et Tbn. Tum pergit Gud. A. *atque arbitrio* cum Duisb. Vocem *suo* omittit Drsd. 4. cum Gud. B. Ad v. *arb. car. suo* explicanda scripsit Ald. Man.: „Qui non recta sequitur nec officio gaudet.“ Pro *neget* Gud. A. habet *negat*. — Ad v. *si — sit, sicut est* laudat Borg. Cic. Phil. II, 28: *Quamvis sine sensu sis, ut es*; IV, 4: *quamvis — nefarii sint, sic ut sunt;* XI, 9: *Quamvis animus tuus sit, C. Pansa, sicut est.* Idem ad v. *abiecti* lau-

dat Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. p. 45; et ad v. *arb. car. suo* Phil. VI, 2: *Quid ille unquam arbitrio suo fecit, semper eo tractus, quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia?* Mr.

omnes leves, — cupidos, — improbos] „*Leves* — quorum appetitus imperat menti; *cupidos* — non tantum pecuniae, sed aliarum quoque rerum; *improbos* — virtutis expertes, vitiis quibuscunque praeditos, φαύλους." Ald. Man. „Gulielmius edi voluit ex Mauric. *improbos et servos esse. Et* enim pro *etiam* familiare esse Ciceroni." Gruter.

omnes leves, omnes cupidos, omnes — improbos] „*Leves* opponuntur gravibus, *cupidi* moderatis et temperantibus, *improbi* probis i. e. iustis. Igitur tria notantur contraria vitia tribus virtutibus, *fortitudini, temperantiae, iustitiae.* Nam *prudentia*, quae est prima virtus et reliquarum fundamentum, nil habet commune cum improbis. Talis enim perspicacia et solertia in improbis non dicitur prudentia, sed astutia, dolus, fraus." Wyttenb. *Denique* Borg. explicat „verbo", laudatque huius Parad. c. 2. extr.: *quid denique non servi inertis?* Verr. IV, 45: *acerbum, indignum, luctuosum denique.* De lectione primum monendum excidisse casu in Ed. Gernh. verba *omnes cupidos;* deinde post *quis neget* inseri in Codd. Drsd. 1. 3. verba *licet reges*, quae sine dubio debentur alicui glossatori. In Cod. Crz. 3. pro *omnes* compendium est ter positum, quod legere possis *omines* vel *homines.* Tum Drsd. 3. post *leves* pergit *licet omnes cupidos;* Drsd. 5. *omnes denique servos improbos esse;* scribitur *servos esse* in Drsd. 2. 4. Suerin.; Gud. A. *omnes esse cupidos, omnes denique improbos esse servos.* Gud. B. *omnis cup. omnis den. imp. serv. esse.* Mr.

An ille mihi liber, cui mulier imperat?] „Tam turpiter enim Antonius Cleopatrae servivit, quam Hercules Omphalae. *Uxorii* huiusmodi dicuntur Latinis, Graecis γυναικοκρατούμενοι. Et quamquam Cicero caecum in Cleopatram amorem videre non potuit, praebuit tamen antea specimen in Fulvia coniuge, quae Clodio prius nupta fuerat: quae, ut erat imperiosa, ita eum instituit, ut Cleopatrae iugum facilius ferre potuerit. Sed vide Plutarchum." Xyst. Betul. [in Vita Antonii, 10.]. „Sic de Hercule scripsit Quinctilianus libro tertio, [c. 7, 6. p. 547. Edit. Spald.] quod cum regina Lydiae Omphale vestitum mutaverit et imperata pensa tractaverit. Quod amplius scripsit Diodorus Siculus libro V." Frc. Sylv. [Locus est Diodori L. IV. c. 31. p. 276. Ed. Wesseling.] „*Mihi* est Dativus ethicus, qui significat admirationem, item i. q. meo iudicio: veluti h. l. an illum ego liberum iudicem? — *cui — imperat.* Simile est exemplum in fragmento Menandri comici apud

Plutarch. in libello De Virt. et Vitio p. 100. [p. 354. ed. Lips. Schaef.]

οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος·
γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

quod Grotius in Excerptis Tragg. et Comm. p. 911. ita vertit:

Est qui in foro videtur felicissimus,
Suas sit intra cum fores miserrimus.
Mulier dominatur, imperat, obstat perpetim:
Ita multa habet, quae doleat: ego vero nihil." W y t t e n b.

An ille mihi liber, cui mulier imperat?] Cod. Drsd. 2. *an liber ille mihi v i d e t u r.* Addunt illud *videtur* Codd. Crz. 1. 2. 3. Drsd. 1. 2. 3. 4. Bern. Bas. Guelf. Oxx. E. I. U. N. *η. ψ.* Edd. prc. Ed. ap. Meus. Exc. Eyb. Edd. Crat. Ven. 1492. 1498. Hdlb. Dav. Lugd. Arg. Par. 1512. Aud. Tal. Herw. 1543. Ald. 1517. 1548. Boul. hae omnes habent *an ille mihi liber videtur.* Sed eodem verborum ordine servato addunt *videatur* Edd. Lamb. Lambb. Goth. Magn. Man. Suffr. Petr. Hub. H. Wolf. Car. Steph. Sturm. Sylb. Ald. 1552. In Gud. A. est an *ille liber v i d e t u r mihi v i d e t u r;* Gud. A. *an ille liber michi videtur*, Suerin. *an ille t i b i liber videtur*, Duisb. *an ille mihi liber videatur*, ut Lambb. et quas laudavimus; Asc. 1511. et Par. s. a. *an ille liber mihi e s s e videtur;* Ven. 1514. *an ille mihi liber esse videtur.* Nostram scriptionem exhibent Victor. Rob. Steph. Camer. Grut. seqq. Placebat quidem Goerenzio, quod repererat in duobus suis Codd. [vid. Goer. ad Cic. de Legg. p. 108.] et in excerpto apud Vincentium Bellovacensem: *N u m q u i d ille mihi liber.* Sed Vincentius saepe ex memoria laudat veteres: Codicum illorum lectio debetur correctori, qui crederet, *an* non poni nisi praecedente alia quaestione: neque videret, re vera antecedere quaestionem, cuius oppositionem sensisset, opinor, si scriptum esset: *Nonne ego censeam, leves, cupidos, improbos esse servos?* Sed vid. Handii Tursellin. I. p. 344. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 51. Zumpt. Gramm. Lat. §. 353. p. 329 sq. Ed. 9. Krüger Gramm. d. Lat. Spr. II. §. 516. p. 691: qui illud *Quis neget* loci nostri recte idem esse dicit, quod *nemo negabit.* — Ad sententiam Borg. laudat Wyttenbachium ad Plutarch. de Virt. et Vitio Tom. VI. part. II. p. 687. [Ed. Lips. T. II. p. 18.] Rutil. Lup. 1. p. 67—69, qui locum citat ex Lysia de uxore rixante. M r.

iubet, vetat, quod videtur?] Cod. Drsd. 2. Suerin. Gud. B. *vetat, iubet;* Drsd. 4. omittit *vetat;* Drsd. 3. Gud. B. *q u i d videtur*, Duisb. *q u o q u o m o d o* videtur. Pergit Gud. B. *q u o d nihil;*

tum Drsd. 1. 3. *imperanti vetare;* Drsd. 5. et Bas. *negare audet, nihil recusare potest.* Ad verba confert Borg. Cic. Verr. III, 87: *Quod praeterea Verres imperat, id recusent.* Edd. Lamb. et Colon. *nihil negare imperanti.* Mr.

nihil audet] „*Nihil negare audet?* octo. *Nihil recusare audet?* decem." Ald. Man. „*Nihil recusanti audet* —] Verbum *recusare* non conspicitur in Mauric. habetque pro paedagogi adiectione Gulielm. et vero id quoque editione sua eiecit Aldus nepos, sed sine suffragiis librorum suorum." Gruter. Quod est in lemmate Gruteri *recusanti*, est error vel calami lapsus Gruteri ipsius, cui in aure sonaret, quod paullo ante est *imperanti.* Sed repetierunt tamen eundem errorem editiones, in quibus sunt Gruteri annotationes, v. c. Gruteriana Londinensis 1681. f. m., Schrevelii Elzeviriana, Lugd. Bat. 1661. 4. Gronoviana, Lugd. Bat. 1692. 4. — Car. Steph. ex suo vetere enotavit *nihil recusare audet?* Verbum interiectum omittunt Oxx. σ. ψ. Edd. Sylb. Car. Steph. H. Wolf. Ald. 1552. In Codd. Drsd. 1. 3. et Edd. Asc. 1511. Par. s. a. legitur *nihil enim recusare audet*; in Edd. Crat. et Man. *nihil imp. negare potest, nihil negare audet*, sed pro *negare* in marg. est *recusare.* Cod. Ox. U. habet *audeat*, pro *audet.* Mr.

Poscit, dandum est: vocat, veniendum:] Quater habent glossam *si* praepositam *(si poscit — si vocat — si eiicit — si minatur)* Edd. Crat. Man. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. 1512. Lugd. Arg. Dav. Ald. 1517. Bis *(si p. — si v.)* Cod. Drsd. 5.; semel *(si poscit)* vetus Caroli Steph. Alteram glossam, repetitum *est* post *veniendum — abeundum — extimescendum* habent Codd. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 3. 5. Edd. Asc. 1. 2. et Par. s. a. Pro *poscit* est *rogat* in Gud. A., *possit* in Cod. Crz. 3. Verba *poscit* usque ad *extimescendum* desunt in Cod. Drsd. 4. Pro *vocat* Crz. 2. habet *ciet*, tum statim (omissis verbis duobus mediis) *abeundum.* Pro *eiicit* Crz. 1. habet *eicit; minatur* omittit Ox. ψ. Post *veniendum* et *extimescendum* habent est Oxx. E. I. U.; Gud. A. B.; tantum post *veniendum* Ox. ψ., qui omittit etiam *extimescendum.* Post *abeundum* additur *est* in Gud. A. Pro *abeundum* in Drsd. 5. est *abiiciendum.* Drsd. 2. exhibet: *vocat en veniendum est.* Mr.

Poscit, dandum est —] „Sic decem septem: recte. Unus *si poscit, sic vocat*, male. *Eiicit, minatur:* sic omnes mei. Vid. Terent. Eunuch. 1, 1:

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit, revocat: redeam? non si me obsecret." Ald. Man.

Ad structuram loci, ubi pleraeque Edd. post priora verba *poscit*, *vocat*, rel. habent interrogandi signum; non habent Facc. Gernh. Or., vid. Jahnii Annall. Philoll. 1832. p. 265. ubi confertur Horat. Epist. II, 3, 25: *Brevis esse laboro: obscurus fio;* et D. Stinner. in Prolus. Vratislav. a. 1840. 4.: Grammaticae Zumptianae aliquot loci pertractati, p. 20. ubi laudatur Auct. ad Herenn. IV, 15, 21: *Ades, abesse vis: abes, reverti cupis.* Mr.

Ego vero istum non modo servum,] In Cod. Crz. 1. legitur *Ego vero iudico istum;* in Crz. 3. *ego vero non tuum illum servum.* Gud. A. omittit *istum.* Verba *sed nequissimum servum* exciderunt in Cod. Drsd. 3. oculo scriptoris a priore *servum* ad alterum aberrante. Pro *modo* Ox. E. habet *tantum.* Idem cum Ox. ψ. omittit *servum* post *nequissimum.* Vox *in* abest ab Ox. E. Gud. A. Crz. 1. (in quo etiam deest *si)* Drsd. 2. 5. In Cod. Suerin. legitur *amplissima natus sit familia.* Ox. I. *amplissimam familiam nactus sit.* Mr.

Atque ut in magna familia — quos signa] Est hic locus Paradoxorum tantum non vexatissimus. De quo cum multi disputaverint, eorum disputationes in *Excursum* coniecimus X, addita nostra sententia: hoc loco nihil nisi librorum lectionem posuimus. Primum Aldi Manutii: „Hunc locum egregie restituit excellenti vir ingenio, Obertus Gifanius [cuius sententiam in Excursu exhibemus] et in eo sibi opem tulisse veterem librum testatur: cuius ego fidei non minus, quam iudicio doctrinaeque tribuo. Nam certe glossemata ab imperitis inculcata totam sententiam perturbabant. Ex meis pro *magna* unus habet *maxima*, unus nihil habet. Post *familia* decem septem addunt *stultorum*, unus: *servorum. Alii sunt*, sexdecim. Octo: *sed tamen sunt servi atrienses actu pari stultitiae suae*, *q.;* duo: *sed tamen servi atrienses sunt ac copiarum stultitiae suae*, *q.;* unus: *sed tamen servi a. sunt*, *atque pari stultitiae suae*, *q.;* unus: *sed t. servi a. actu pari stultitiae suae illic*, *q.;* unus: *sed nec tamen servi a. sunt*, *atque pari stultitiae suae*, *q.;* unus: *sed t. servi a. sunt*, *actu stultitio pari suae*, *q.;* unus: *sed t. servi a. ac actu sui stultitiae suae, q.;* unus: *sed t. servi a. occupari stultitiae suae*, *q.;* unus: *sed t. servi a. ac pari actu copiarum stultitie suae*, *q.;* unus: *sed t. servi sunt et si atrienses actu pari stultitiae suae*, *quos* —". — Mirum quam hic variant exemplaria. Quaedam: *atrienses actu pari stultitiae suae*, *quos* — alias: *atrienses actu pari stultitiae sunt quos* — alias: *atrienses actu pari stultitia sunt*, *quae sunt signa.*" Car. Lang. Car. Stephanus in vetere suo se reperisse testatur: *sed tamen servi: sic ii pari stultitia sunt.* Oxoniensium hae sunt lectio-

nes: E. habet *atque a magna familia stultorum. Sunt* — *pari actu stultitiae suae.* Vocem *stultorum* habent etiam reliqui. Pro *lautiores* I. *laudatiores*, ψ. *laudatores* — *acto piarii.* N. U. *stultitiae suae.* I. η. σ. ψ. *stultitiae suae sunt.* Codd. Bas. Guelf Drsd. 1. Suerin. habent *atrienses actu pari stultitiae suae.* Omnes nostri, etiam Gud. A. B. Duisb. Suerin. habent illud *stultorum* post *familia.* Drsd. 2. *atrienses sunt pari actu stultitiae suae.* Drsd. 3. *atr. actu pari stult. suae sunt;* Drsd. 4. idem, sed omisso *sunt.* Drsd. 5. *laudatiores nec sibi videntur sed nec tamen servi atrienses sunt atque pari stultitiae suae;* Crz. 3. *sunt et alii* — *copiarii stultitiae suae sunt;* Crz. 2. *sunt alii lautiores non sibi videntur servi sed tamen servi sunt* [lacuna 8 litterarum] *pari actu stultitiae suae, quos* — Crz. 1. *sunt alii laudatiores* — *servi sed tamen servi atr. sunt actu pari sue stulticie, quos* —. Duisb. *atrienses aucuparii stultitiae suae.* Editionum lectiones, quae plus minusve coniecturis indulserunt, (quod in tanta Codicum discrepantia aliter fieri vix potuit,) videsis in Excursu. Mr.

quos caelatum argentum] Cod. Crz. 2. *celatum arg.* De operibus Corinthiis vide quae supra posuimus ad I, 3 p. 79 sq. Pro *nimio opere*, quod paullo rarius est, Cod. Crz. 2. habet *summopere*, Duisb. *in uno opere*, quarum lectionum debetur prior homini sciolo vel glossatori, altera perperam legenti. Aliis locis Cicero scripsit etiam *maximo opere*, sed uno praeter nostrum, eoque plane nostri gemino, in Verr. Act. II. L. IV, 59, 132: *hic ornatus, haec opera atque artificia, signa, tabulae pictae Graecos homines nimio opere delectant.* Mr.

At sumus, inquit, civitatis principes.] „*At sumus, inquiunt, civit. principes.* Sic septem. *Ex summis, inquiunt, principibus civitatis nati sumus* etc. sex, quorum quattuor *at* pro *et.* — *Ex summis, inquiunt, civitatibus principes sumus*, duo. *E summis, inquiunt principibus civitatis sumus*, duo. *E summis, inquiunt, principum civitatis sumus*, unus.“ Ald. Man. Admodum variant nostri quoque libri. *At sumus* dedi cum Edd. Lamb. Sturm. Par. 1543. Sylb. H. Wolf. Boul. Graev. Ern. Facc. Oliv. sqq. ex Codd. Leid. Gud. B. vet. Car. Stephani, Crz. 3. Drsd. 4. Suerin. Probatque, utpote maiore cum iactantia dictum, quam *et*, Hand. in Tursell. I, p. 440 sqq. Sed *et sumus* est in Cod. Duisb. Edd. prc. Vict. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. itemque in Ven. 1492. 1514. Par. 1512. Lugd. Arg. Hdlb. Herw. Camerar. Ald. 1548. Ed. ap. Meus. Legitur *ex summis* in Codd. Bas. Drsd. 5. Edd. Crat. Magn. Man. Ald. 1517. 1562. Lambb. Goth. Aud. Tal. Pro vulgato *inquiunt* dedi *inquit* cum Lamb. Colon. Borg. Or. Tbn. ex Codd.

Bern. Bas. Guelf. Duisb. Crz. 1. et uno Leid. Conf. quae monuimus ad principium Parad. III, 1. Legitur *E summis principibus civitatis* in Ed. Asc. 1511. Par. s. a. et in Codd. Drsd. 2. (hic post *civ.* addit *nati*) Drsd. 3. Crz. 1. 2. Oxx. I., itemque Oxx. E. σ. ψ. sed addito *nati*. Nostrae scriptioni *inquit* accedit etiam Ox. N., in quo est *inquid*. In Gud. A. est *E sumus inquiunt principibus civitatis simi'* (sic); in Drsd. 1. *At summis inquiunt principibus civitatis sumus*. Est etiam *principibus civ.* in Cod. Gud. B. Legitur denique *principes civitatis* in Codd. Suerin. Drsd. 4. Edd. prc. Vict. Lamb. Colon. Suffr. Petr. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Lugd. Ald. 1548. Herw. Camer. Mr.

Vos vero ne servorum quidem vestrorum principes] „Sic duo. *Conservorum* decem. *Nec* quattuor. *Nec*, et *eorum* pro *vestrorum* unus. *Nec conservorum principes*, unus.“ Ald. Man. „Al. *ne conservorum quidem nostrorum*.“ Graev. Est *vosne vero* in Cod. Drsd. 4. *Ne* excidit in Cod. Gud. B. *quidem* in Codd. Bern. et Bas.; *nec* pro *ne* habet Crz. 1.; *miror* pro *vestrorum* Drsd. 4. Scribitur *servorum* cum duobus, quos diximus, Aldi, in nostris Crz. 3. Drsd. 5. (in quo est *vestrorum servorum)* Ed. ap. Meus. Var. Magn. Suffr. Petr. Ed. Ven. 1492. 1514. Par. 1512. Lugd. Hdlb. Arg. Orell. Tbn. cum quibus ego facio. Recte Or. optimo sensu sic scribi ait, „quia scil. fieri potest, ut servi vestri vos ipsis sint sapientiores, ideoque quum ne domi quidem servorum vestrorum principes sitis, recte infero, in ipsa civitate vos infimum paene locum ipsius servitutis obtinere. Idem Or. aliorum lectionem *conservorum* ita explicat: vos vero ne eorum quidem, qui eodem ac vos morbo libidinis laborant, quosque propterea conservos vestros aliquis recte vocet principes estis. Hanc Or. sententiam omnino ait falsam esse et ridiculam: id enim, inquit, per se intelligebatur, omnes vitiosi quum pari sint stultitia ac perversitate, neminem inter istiusmodi homines principatum tenere. Mr.

Sed ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt,] Cod. Duisb. *sed etiam ut in familia*; verba *qui tractant ista* exciderunt in Ed. Suffr. Petri. In Ox. ψ. esse dicitur *qui petractant:* credo, *pertractant* volebat librarius. Tres Aldi Man. habent *tergent*. Quod vero ait Gernh. Lambinum sic edidisse, falsum est. Vera enim Lambiniana, quae ad manum est, habet *tergunt*. Sed deceptus est Editionibus Lambinianis posterioribus, quae non habent textum Lambinianum, in quarum margine falso annotatum est Lambinum edidisse *tergent:* qui error inde in Edd. Goth. et Verb. translatus est. Eam formam poëtis placuisse plerisque monet idem Gernh.; recte; sed eandem esse etiam apud Catonem et Columel-

lam de Re Rustica, lexica docent. Scriptum etiam est *tergent* in Edd. Vict. Rob. Steph. Camer. et Suffr. Petr. Verbum *ungunt* non habet Cod. Ox. N. In Ox. ψ. est *iungunt*, in Drsd. 2. *urgent*. Mr.

qui tergunt, qui ungunt,] „Nimirum signa, ut magis niteant, et ne rubigo aut aerugo incommodum afferat.“ Frc. Sylv. „Quod inprimis faciebant solemnibus et festis diebus. Quamvis possis etiam intelligere de servis, quorum opera utebantur in balneis. *Aliptae* sane sive unctores sunt notissimi. Nec dubito fuisse servos quoque, qui tergerent dominos, sicut erant, qui tonderent. Zeno de invitatione ad fontem serm. II.: *Iam balneator praecinctus exspectat, quod unctui, quod tersui opus est, praebiturus.* Hinc lintea apud Iuvenalem Sat. 3. quibus scilicet tergebantur a servis,

— — — — — *patellas*
Iam lavat, et bucca foculum excitat, et sonat unctis
Striglibus et pleno componit lintea gutto.

Hoc est: componit lintea, quibus tergatur dominus. Plauto est in Curc. IV, 4. *linteum extersus*, quo corpus extergebant, partim quibus post balneum involvatur.“ Graevius. Locus Iuvenalis est III, 262 sqq. Plauti Curc. IV, 4, 22. ad quos locos vid. interprr. Add. Tit. Popma de Operis servorum p. 141 sqq. (Ed. Amst. 1672. 12.) De *aliptis* item L. Pignorium de Servis p. 79. 81. (Ed. Amst. 1674. 12.). Mr.

qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt,] Cod. Gud. A. *qui verrunt, qui ungunt.* Gud. B. *qui vertunt.* Haec duo vocabula desunt in Ox. η.; Drsd. 5. habet (omisso *qui ungunt*) *qui verrunt, qui vergunt, qui sp.* Pro *verrunt* est etiam *vertunt* in Codd. Crz. 1. (qui supra lin. habet glossam *mutant*) Crz. 3. Drsd. 4. Pro *spargunt* est *spergunt* in Codd. Crz. 1. 2. Ox. ψ. Verba *qui spargunt* desunt in Ox. E. Ad haec servorum negotia laudat Gernh. Iuvenalem Sat. XIV, 60 sqq. *Verre pavimentum — — vasa aspera tergeat alter.* Ad v. *spargunt* Graevius haec: „Ut ille apud Phaedrum lib. II [5, 14—16.]

Perambulante laeta domino viridia,
Alveolo coepit ligneo conspergere
Humum aestuantem.“ — —

Ad quem locum vid. P. Burmanni editionem Phaedri, quae alterum (novum) habet commentarium [Mitav. 1773. 8.] p. 111. ubi nostrum quoque locum tangit. Ad structuram loci vid. quae monuit G. N. Busch. in Prolus. Rostochiensi (Obss. ad Cic. de Orat. Partic. I.) p. 18sq. Addit Graevius: „Qui verrebant, dicebantur *scoparii.*“ Vid. T. Popma l. c. p. 138. Mr.

non honestissimum locum servitutis tenent] Cod. Duisb. *servi-*

tutis locum tenent, Crz. 3. *servitutis tenent locum*, Gud. A. *locum tenent servitutis*. Vides homines Grammaticos, quibus simplex vocabulorum ordo displiceret; quare ad suum quisque captum vel elegantiae sensum correxerunt Ciceronem. Mr.

spargunt] „servi, quorum munus est in magno aestu viridariorum vias conspergere." Facc.

Sic in civitate, qui se — dediderunt,] Cod. Gud. A. *sic qui in civitate*. Cod. Drsd. 5. *se in istarum*. — „*Dediderunt*, sex. *Dederunt* quattuor. *Dedere*, unus. *Crediderunt*, duo. *Dederint*, unus. *Dediderunt (Dii* sup. add.), unus. *Dedicarunt*, unus. *Dedidev*, unus. *Deterunt*, unus. *Declinet*, unus." Ald. Man. „Cod. Pith. *dederunt*." Graev. Habent etiam *dederunt* Codd. Oxx. E. N. σ. Suerin. Gud. A. Guelf. Bas. Crz. 1. Drsd. 1. 3. 5. In Cod. Crz. 2. est *dederint*, in Ox. ψ. *tradiderunt*. *Dederunt* habent etiam Edd. prc. 1465. et Hdlb. s. l. et a. Mr.

ipsius civitatis] „*Ipsius servitutis*, tres. Fortasse non male." Ald. Man. „Multi MSS. teste Suffrido et Manutio *ipsius servitutis:* quod et pro varia lectione in Pithoeano conspiciebatur. Nihil vero certius est hac scriptura. Non enim cum *civibus* comparat viros nobiles his cupiditatibus deditos, sed cum *servis*. Non civium ultimos, sed servorum ultimos illos esse dicit. Inde dixit in praecedentibus: *Sumus*, inquit, *principes civitatis: vos vero ne conservorum quidem vestrorum principes estis*. Et in sequentibus probat: *Mummius si talem vidisset, utrum illum civem excellentem, an atriensem diligentem putaret?* Atrienses non erat cives. Et paullo post: *M' Curius* etc. *Videat aliquem summis populi beneficiis usum* etc. *nonne hunc hominem ita servum iudicet* (non civem), *ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet?* Nihil certius. Veram itaque scripturam Tullio reddidi." Graevius. „Ciceroni propositum erat ostendere, eos non esse principes civitatis. Alii legunt *ipsius servitutis:* quae lectio non caret ratione: *Conservos* enim supra vocavit, hic autem *servorum* paene ultimos facit." Facc.

ipsius servitutis], „Vulgo est *civitatis:* at multi MSS. boni habent *servitutis*, ut et Duisb. Itaque Graevius Ciceroni restituit. Sic habet etiam Ed. Colon. Ven. Mediol. Vict. — *Civitatis* primum in Romana editum est. Revocavit Aldus: unde in alias Edd. venit, et vulgata lectio facta est." Ern. Post Graevium, excepto Facciolato, nemo reduxit lectionem *civitatis*. Habent autem *servitutis*, praeter libros ab Aldo, Graevio et Ernesto laudatos, Codd. Oxx. E. I. N. U. σ. Crz. 3. Suerin. marg. Crz. 1. Edd. Dav. Hdlb.

Lugd. Arg. prc. 1465. Par. 1543. Ven. 1492. Rob. Steph. Camer. et marg. Crat. Mr.

locum paene infimum obtinent.] Cod. Crz. 1. *locum tenent paene infimum.* Drsd. 2. *paene locum;* Duisb. *paene ultimum locum tenent.* Gud. A. *paene ultimum tenent locum.* Est *tenent* pro *obtinent*, in sedecim, ut videtur, Codd. Aldi, in Oxx. I. N. U. η. ψ. Crz. 2. Drsd. 1. 5. (hic omittit *paene).* In Crz. 3. scribitur *optinent*, in reliquis *obtinent.* Duo Aldi habent, ut Crz. 1. *locum ten. p. infimum.* Sed sunt etiam Edd., quae exhibeant *tenent:* Asc. 1511. 1520. Ald. 1517. 1552. Crat. Quod vero ait Manutianos habere *tenent* id non plane verum est: in duobus enim est *obtinent:* neque verum est in Ed. Herwag. esse illud *tenent.* Ad manum est utraque Herwagiana, a. 1534. et, quam nos dicimus Camerarii, 1540. Utraque habet *obtinent.* Aberravit sine dubio eius oculus ad superiora, ubi in omnibus est *locum servitutis tenent.* In Addendis Gernhardus scripsit: Bentleium ad *ipsius* vocem *civitatis* intelligere, non scribere. Mr.

Magna, inquis,] „*Sed magna, inquis*, alias. contra omnes mei. *Inquit*, duo. *Inquid*, unus.“ Ald. Man. Quod alias esse *sed magna* ait Aldus, ego non reperi nisi in Drsd. 2. Ox. E. Dedi autem cum Or. Borg. et Tbn. *inquit*, ut paullo superius, idque tuentur Codd. Duisb. Crz. 1. 3. Drsd. 4. unus Leid. Ed. prc. 1465. Ed. ap. Meus. ex nostris praeterea Ven. 1492. Hdlb. s. l. et a. Ald. 1517. Boul. Quod autem Gernh., qui noverat lectionem Cod. Duisb., addit: „*inquit* eodem iure, quo supra Parad. §. 20. et 23. putarem pro *inquis* restituendum, nisi codicum paucitate deterrerer. Idem statuit Bentl. ad §. 23.“ — ad id respondeo primum, librorum paucitatem non tantam esse, quantam existimabat Gernhardus: deinde si vel minor esset numerus librorum nobiscum consentientium, reputandum esse illud: si a Cicerone profectum esset *inquis*, non facile a correctore aliquo mutatum esset in *inquit:* cum enim per totum fere Paradoxon adversarium alloquatur Cicero, persona usus secunda, nihil magis proclive erat, quam mutare *inquit* in *inquis*, praesertim cum proxime subsequatur: *Gere igitur animum laude dignum.* — Ad sententiam Xyst. Betuleius: „*Magna bella gessi:* nimirum bellum Catilinarium et Parthicum, unde aliquid laudis reportasti: cetera parum laudis tibi attulerunt.“ Pergit Gud. A. *et magnis.* Drsd. 5. habet *praefui et provinciis.* Gud. A. *me praeposui*, pro *praefui.* Mr.

Gere igitur animum laude dignum.] Cod. Drsd. 4. *Crede igitur.* Gud. A. *animum dignum laude.* — „Eleganter haec verba opponuntur antecedentibus *bella gessi. Gerere* autem *ani-*

mum sublimem, *corpus excelsum* eleganter dicitur: sed etiam *ferre se*." Wyttenbach. Conf. ad locutionem Cic. de Div. I, 22. hos versus ex Attii Bruto:

Proin vide, ne, quem tu esse hebetem deputes, aeque ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat;

et adde Ennium Ann. IV, 11:

Vos etenim iuvenes animos geritis muliebres,
Illa virago viri. — Mr.

Actaeonis tabula] „*Echionis* legerim, de quo Plinius Lib. XXXV, cap. 7. et 10. Cicero quoque in Bruto [18, 70.] eum cum Apelle [in Ed. Graevii, egregie scilicet, expressum est *tum Apollo*] coniungit. Male enim apud eum legebatur *Aetionis.* Ex meis quattuor *actionis;* septem *actoris;* unus *athionis;* unus *ethionis;* duo *acthöis;* unus *actiots;* unus *actonis*, et *actionis* add. in margine; unus *achionis*, prius, sed add. *actoris.*" Ald. Man. „*Echionis* legendum est. Plinius cap. 7. libri 35. clarissimos illos pictores nominat, *Apellem*, *Echionem*, *Melanthum*, *et Nicomachum*, quorum tabulas singulas opibus oppidorum venisse dicit. Eodem auctore cap. 10. eiusdem libri, illae sunt Echionis picturae nobiles, Liber pater, Semiramis ex ancilla regnum adipiscens, Anus lampadas praeferens et Nova nupta verecundia notabilis." Frc. Sylv. „*Echionis* legendum, non, ut vulgo, *Actaeonis*, neque, ut olim edidi, *Aëtionis* [in Ed. a. 1566.]. Pictorem *Echionem* commemorat Cicero in Bruto: commemorat et Plinius lib. 35. cap. 10." Lambinus (in curis sec.). „*Echion*, nobilis pictor; *Polycletus*, nobilis statuarius: de quibus videndus Frc. Iunius de Pictura Vett. eiusque ea parte, quae continet Indicem Artificum." Wytt. Vid. ib. p. 52. p. 167 — 171. Auctiora dabit sine dubio Iul. Sillig in Catalogo Artificum (Drsd. 1827. 8.), quem inspicere non licet. Add. Orellii Onomast. Cic. vv. *Echion* et *Polycletus*, et Winckelmanni Operum Ed. nov. Dresd., in quorum tomo VIII. Siebelisius indicavit locos ad Polycletum pertinentes ipseque plura de suo addidit, p. 326. Vixit Echion circa Olymp. CVII., Polycletus circa Ol. LXXXVII. floruit. Nomen *Echionis* recte scribitur in Codd. paucis, in quibus sunt vetus Car. Stephani, Suerin. Ox. I. Edd. Asc. 1511. Ald. 1548. Par. 1543. Boul. Grut. Gron. Graev. sqq.; *Actionis* exhibent Codd. Oxx. η. σ. ψ. Drsd. 1. 2. 5. Crz. 1. (cum glossa *gestorum)* 2. Gud. A. B. Duisb, et Ed. Ven. 1492. cum Hdlbg.; *Actoris* Drsd. 3. Ox. U.; *Actonis* Drsd. 4.; *Achiacis* Ox. E.; *Actronis* Ox. N.; *Actaeonis* Crz. 3. Edd. Cr. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Sturm. Lambb. Goth. Sylb. Magn. Man.; *Eetionis* Edd. Vict. Rob. Steph.; *Auctionis* Edd. Ven. 1514. Arg. Lugd. Par. 1512.; *Aethionis* Ed.

Herw.; *Aetionis* Lamb. (sed vera Lambini puncta διαιρέσεως habet) Colon. Camerar. H. Wolf. Aud. Tal. Mr.

te stupidum detinet;] Codd. Drsd. 1. 3. *continet* pro *detinet*. Ad sententiam Wyttenbachius: „Sic Horatius dixit Epist. II, 1, 97:

Suspendit picta mentem vultumque tabella.

Est autem *detinere*, si eiusmodi tabula aliquem praetereuntem retinet et ad se spectandum allicit. *Stupet* autem, si oculos in ea fixos tenet, ut ne moveantur quidem. Est enim verbum *stupere* eiusdem originis ac verbum *stare*." In alia abeunt alii, v. c. C. Becmanus in Manuduct. ad L. Lat. v. *Stupeo*, p. 1033. ed. 2. Martini Lex. Phil. h. v. Vossii Etymol. L. L. h. v. I. D. a Lennep. L. Gr. p. 970; denique Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. T. VI. p. 352 sq. Mr.

aut signum aliquod Polycleti.] Etiam in *Polycleti* nomine scribendo variant libri. Sic Duisb. Crz. 1. 2. *Policliti*, Drsd. 1. *Polioceti*, Ox. η. Drsd. 3. 4. *Policreti*, Crz. 3. *Pollicleti*, Ox. E. *Polichre*. Mr.

Polycleti] „Polycletus Sicyonius nobilis fuit statuarius, in faciendis signis aere Deliaco usus est. Multa eius opera Plinius cap. 8. libri 34. enumerat. Huius signa nonnulla esse in atrio Titi imperatoris dicit, quo opere nullum absolutius plerique iudicant." Frc. Sylv. Laudat Gernh. praeter Plinium l. c. etiam Quinctilianum XII, 10, 7. Cic. Brut. 18, 70. de Orat. III, 7, 26. Strabonem VII, et Lanzi üb. d. Sculptur d. Alten. Aus d. Ital. m. Anm. u. Zusätz. des Uebers. Lpz. 1816. p. 41. Mr.

Mitto unde sustuleris] *Mitto* habent Codd. Bas. Duisb. Suerin. Crz. 3. Verba *Mitto* — *habeas* exciderunt in Codd. Crz. 1. (ubi in marg. ab al. m. adscripta sunt, sed *miror* pro *mitto*) Crz. 2. Drsd. 4. 5. Oxx. N. ψ. Gud. A. B. — „*Mitto* habet Ed. Colon., idque praetuli vulgato *omitto*." Ern. *Miror* habent Codd. Drsd. 1. 3. Edd. Hdlb. Ed. prc. Ed. ap. Meus. Par. 1512. Arg. Lugd. Ven. 1492. 1498. 1514. Sed Edd. Vict. Suffr. Petr. Asc. 1511. Aud. Tal. Rob. Steph. Herw. Camer. Ald. 1548. Par. 1543. Boul. post Ern. Wetz. Schz. Gernh. Or. Tbn. Reliqui *omitto*. Observasse sibi se videri ait Gernh. initio periodorum longe frequentius esse *mitto*, quam *omitto*, idque non raro tanquam interpretamentum in verbi simplicis locum irrepsisse. In Addendis addit: „Ex Victorii ed. Th. Bentl. item scribere *mitto*. Eundem omittere *et* refert ante *quomodo*, et cum Cod. Duisb. pronomen *te* post *servum*." Quod praecepit vel observasse sibi visus est Gernh. de verbo *mitto*, refutari inumerabili exemplorum copia monet O. M. Müller in Curis sec. in Orat. pro Sestio p. 47. qui universe de hac praeteritio-

nis forma loquitur laudatque nostram annot. ad Cic. de Legg. III, 8. et de Rep. I, 31. p. 124. III, 12. p. 368. ed. nostr. Quod hoc loco simpliciter dicitur *mitto*, in Or. pro Rosc. Am. 19. plenius dictum est: *mitto quaerere, qua de causa:* quem locum laudavit Borg. — Wytt. ad nostrum locum haec: „Est acuta significatio furti. Siquidem Romani magistratus in provinciis huiusmodi signa non modo e publicis locis, sed etiam e privatorum domibus auferre solebant; quam in rem satis documenti habemus orationem Verrinam III. Ciceronis, quae est de signis." — Pro *sustuleris* in Cod. Suerin. est *substuleris.* Mr.

quomodo habeas.] Vulgo *et quomodo habeas.* Delevi *et*, quod abiecit etiam Bentl., uncinis incluserunt Gernh. et Or., cum abesse eam voculam vidissem a Codd. Oxx. E. I. Drsd. 2. 3. Suer. Edd. prc. 1465. Vict. Asc. 1511. Rob. Steph. Camer. Herw. Tbn. Accedit locus simillimus Verr. IV, 16: *si quas tabulas profers, in his, quid habeas, quomodo habeas, scriptum non est.* Pro *quomodo* est *quo* in Cod. Suer.; errore ex scribendi compendio orto. In Ox. E. post *habeas* est glossa *ista.* Mr.

Intuentem te, admirantem, clamores tollentem] In Crz. 2. distinctum est *intuentem, te admirantem.* Drsd. 4. habet *intuentes te;* in Drsd. 1. 3. Suer. est *et admirantem.* Pro *intuentem* habet Cod. Gud. A. glossam *stupentem.* In Ox. E. est *intuentem te, te admirantem*, quod habet nimiam fere ἔμφασιν. Contrariam habet vim, quod est in eodem Cod. et Drsd. 2, *et clamores;* posterior pergit *cum tollentem video.* Drsd. 4. cum Gud. A. habet *clamorem.* Displicebat fortasse correctori vel grammatico homini pluralis numerus, non reputanti hunc ipsum pluralem esse Ciceroni satis frequentem, locis qualis est noster et hic fere geminus de Or. I, 33.: *haec sunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt.* Pro *tollentem* est *attollentem* in var. Magn. et Cod. Suerin. Pro *video* est *videro* in Drsd. 2. 4. male. Pergit Drsd. 1. *te servum esse.* Vocem *te* omittunt Codd. Oxx. E. η. ψ. Duisb. Drsd. 5. Crz. 1. Sed in postremo ab al. m. additum est. Crz. 2. Drsd. 3. habent *omnium ineptiarum.* Gud. A. *omnium ineptiarum te esse;* Gud. B. *esse inerriarum* (an volebat fortasse *inertiarum?) omnium.* Cod. Suer. habet. *te servum esse.* Mr.

Non igitur sunt illa festiva? Sunt —] Hoc loco mihi ter ab Or. discedendum fuit. Primum dedi *Non* pro *nonne.* Illud volebat iam Ern., qui more suo Laconico in annotatione scripsit: „Legendum puto aut *Non igitur* aut *Nonne inquit* vel *inquis.*" Causam non addidit. Ego vero cum in Cod. Suer. et var. Magn. legissem *non*, id recipiendum ideo duxi, quia eiusmodi interroga-

tione proclive fuit librariis vel correctoribus scribere *nonne*, parum reputantibus diversitatem sententiae utrum hanc an illam praeferas. *Nonne* est exspectantis eiusmodi responsum, ut de affirmatione non dubitet is, qui interrogat. Qui vero h. l. intergat, paullo commotior est: existimat enim vel simulat se existimare Ciceronem ne agnoscere quidem, illa esse festiva. Quaerit ergo, ut Catil. 3, 9.: *Non divinitus id factum esse putatis?* Deinde dedi *illa*, i. e. quae tu contemnis, quae me significare intelligis, etiamsi non enumeravero. Et est *illa* in Oxx. omnibus, excepto E., Gud. B. Drsd. 4. Suerin. Edd. prc. 1465. Vict. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. nostris, excepta Asc. 1511., omnibus. Denique scripsi in responsione *sunt*, pro *sint*, quod se dedisse ait Ern. ex Edd. pr. cum vulgo scribatur *sunt*. Ego vero *sunt* restitui ex Codd. Bern. Drsd. 2. Bas. Guelf. Duisb. Gud. A. B. Crz. 2. 3. Edd. Man. Lamb. Suffr. Petr. Car. Steph. Ald. 1548. 1552. H. Wolf. Boul. Aud. Tal. Lambb. Goth. Sturm. Sylb. Grut. Gron. Graev. Schrev. Verb. Facc. Gernh. Quod vero ad sententiam attinet, *sunt* ideo praefero, quia, si *sint* scripseris, concedit fere invitus; sed vult: tantum abest, ut ea festiva esse negem, ut etiam ipse pulcritudinem eorum sentiam, eaque esse festiva ultro contendam; vel: imo vero sunt festiva, neque sum ita rudis, ut ad eorum elegantiam torpeam vel frigeam: sed ita venusta habeantur, non ut cet. In Cod. Gud. A. legitur *ista sunt ista festiva;* in Ox. E. *festiva sibi*, in Ox. ψ. glossâ iuxta posita: *festiva admirabilia.* Abest *sunt* a Drsd. 1. 3. 4. et Crz. 1. a pr. m.; secunda add. *sint*. Mr.

Nam nos quoque oculos eruditos habemus.] Cod. Crz. 1. *Namque eruditos nos oculos habemus.* Gud. A. *namque nos quoque*, Gud. B. *nam nos*, omisso *quoque*, quam vocem omittunt etiam Oxx. σ. ψ. Suer. et Drsd. 5. in quo est *namque oculos eruditos*, in Drsd. 4. legitur *eruditos oculos habemus*. Mr. „*Eruditos*, i. e. exercitatos spectandis pulcris signis de iisque iudicando. Vulgo dicunt *gustum*, quem Latini dicunt sensum pulcritudinis." Wytt. *Aures eruditae* leguntur in Orat. 34, 119. — Pergit Cod. Crz. 1. *Sed obsecro unum, haec ita venusta habentur* (omisso *ista).* Pro *ita* in Ox. E. est *ita ne;* Gud. A. omittit *te* et *ista.* Post *te* Cod. Suer. addit *ut*. In Drsd. 1. 3. est *ista ita.* Legitur etiam *habentur* in Drsd. 4. et Crz. 2. Mr.

ita venusta] „Elegans est breviloquentia, pro: *habeantur omnino venusta, sed cum hac exceptione, ut* etc." Wytt. Sic Cic. de Off. I, 25, 88: *Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas:* ubi vid. Beier. Mr.

non ut vincula virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum] „*Vincula* hic non patitur, sed *iocula* reponit Is. Vossius." Haec annotatio est in Ed. Schrevelii: quam tamen statim haec subsequitur: „Legendum censet Salmasius: *non ut iocula virorum sint, sed obl. puerorum*, ὡς μὲν εἶναι [οὐκ] ἀνδρῶν παίγνια, ἀλλὰ παιδαρίων πράγματα. Hodie *iocalia* vocamus suppellectilem omnem gemmarum, qua mulieres oblectantur. Latini veteres *ioculum* dixere id omne ex quo aliquis voluptatem caperet et in quo maxime acquiesceret. Graeci παίγνιον. Vide Salmas. Plin." Haec si est Salmasii coniectura, ut est (nam protulit eam Salmasius Pliniann. Exercitatt. in Solin. Polyhist. p. 790. b.), verum non est, eandem esse Is. Vossii sententiam. Neque ea est, sed contra Salmasium disputat Is. Vossius [ad Pompon. Melam p. 634. Ed. A. Gronovii] dicens: *vincula* habet vulgata lectio: ita omnes libri antiqui. Et sane, quid clarius et manifestius excogitari possit his verbis? Iubet, ut tabulae et signa artificum sint oblectamenta nostra, non vero *vincula*, quae totos nos teneant ac possideant. *Vincla* tamen hic non patitur Salmasius et *iocula* reponit. Quod tantum abest, ut sit elegans aut sensui Ciceronis conveniens, ut ne latinum quidem sit." Erravit igitur Schrevelius coniecturam illam Is. Vossio tribuens. Mr. „*Vincula virorum* intellige, quae viros in servitutem redigant." Ern. In Codd. Drsd. 4. Ox. E. est *ut non*, itemque in Gud. A. B. In Ox. η. σ. deest *ut*. Ox. E. habet *vitia* pro *vincula*. Post *sed* deest *ut* in Codd. Crz. 1. (qui eius loco habet *sed sint)* Gud. A. B. Drsd. 1. 3. 4. 5. Bern. Bas. Guelf. Quae h. l. dicuntur *oblectamenta puerorum*, Or. in Pison. 25. dicuntur *puerorum delectamenta*. Mr.

L. Mummius] „*L. Mummius* Consul, omni Achaia in ditionem accepta, Corinthum ex senatus consulto diruit, quia ibi legati Romanorum violati fuerant, signis tabulisque urbem Romam replevit: isque primus tabulis externis auctoritatem Romae fecit. Eius victoria mores populi Romani ad Corinthia et tabulas pictas inclinavit, ut L. Scipionis et Cn. Manlii ad caelatum argentum et vestes Attalicas, ut Pompeii Magni de Mithridate ad margaritas gemmasque. Abstinentissimum virum egit Mummius in urbe diruenda. Nihil enim ex istis opibus ornamentisque, quae praedives Corinthus habuit, in eius domum pervenit : ut e vita ipse excesserit non relicturus filiae dotem. Auctores sunt Plinius cap. 7. lib. 34; cap. 4. lib. 35. et cap. 1. lib. 37. et T. Livius libro 32." Frc. Sylv. „In secundo de Officiis libro Cicero L. Mummium laudat, quod monumentis Corinthiacis Italiam, quam domum suam, ornare maluit. Commendat eiusdem abstinentiam in Verrem actionibus 3. et 6.

De Corinthi monumentis neminem rectius, quam Pausaniam, leges." Xyst. Betul. Locus de Officiis est II, 22, 76; Verrinarum est I, 21, 55. III, 4, 9. Delevit Mummius Corinthum a. U. c. 608. quo item Carthago eversa est. Sed vide de Mummio Orellii Onomast. Cic. h. v. — Ceterum in Cod. Crz. 1. eius nomen legitur *L. Monius*, in Suer. et Drsd. 1. *L. Manilius*, in Crz. 2. et Duisb. *Memus*, in Ox. E. *L. Mumius*, in Ox. ψ. Gud. B. *L. Memius*, Gud. A. *Meuv*. Tum Cod. Drsd. 5. *aliquam*. Crz. *viderit*. Mr.

matellionem Corinthium cupidissime tractantem,] „*Matellio*, ut ait Sex. Pompeius [p. xcv. et xcvii. Ed. Santandr.], vas urinae est. Auctore Plinio c. 2. lib. 34. *Vasa Corinthia sculptores transferunt modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarum respectu. Trullam autem pro vase stercorario accipiunt.* [Locus Plinii est XXXIV, 3. p. 640. ed. Harduin. legitur autem ibi *trulleos*, quod idem est ac *trullas*. De iis vid. Varron. de L. L. IV. p. 30. ed. Amst. et Durdr. 1619. et 1623. ibidem de v. *matellio*.] Frc. Sylv. „Arbitror, inquit Erasmus, dici signum repraesentans servum porrigentem matulam. — Miror hominem tantae lectionis non meminisse, quod M. Varro de *matellione* scripsit. *Matellio* (inquit libro IV. de L. L.) *a matula dictus: [et dictus], postea quam longius a figura matulae discessit* [in Ed. Spengelii L. V. p. 124. in Ed. Odofr. Mülleri L. V. §. 119. p. 47.] Sed, ut opinor, deceptus est nescio qua vocum similitudine. Nam cum videret *mulionem* servum mulos curantem atque agentem significare, etiam *matellionem* existimavit servum esse matulam porrigentem, cuius signum ex aere Corinthio conflatum esset." Morisot. „Species pro genere, pro vasis Corinthiis vel universe pro aere Corinthio, quae Strabo χαλκώματα Κορινθιουργῆ, Morisotus ἀμίδα reddidit, qua voce Plutarchus usus est pro matula in Apophth. Laconicis, cum de puero scribit, qui matulam domino porrigere detrectavit: et Aristoph. in Vespis, ubi commentator οὐρητρίδα καὶ οὐρητρὸν ἀγγεῖον exponit et in Acharn. οὐροδόχον ἀγγεῖον. Iulius Pollux lib. X. c. 9. de vasis excrementariis, viris quidem λάσανον ait, καὶ ἀμίδα, quam scaphium interpretantur. ἀμίδα vero Sophocli ἐνουρήθραν vocari, Aeschylo οὐρηνήν, mulieribus σκάφιον. Ἀμίδος nomine, teste Athenaeo, Eupolis primus usus est. Lazarus Bayfius de Auro et Argento legato sic: Matellionem Corinth. dixit Tullius, aere Corinthio factum. Quod aes ex S. C. deleta a L. Mummio Corintho factum et conflatum est." Xyst. Betul. „*Matellio* dicitur vas simili forma, sed oblongiore, quam matula et matella. Matellio autem ad alium usum erat: neque haec vasa propter amissam notitiam artificii et aeris Corinthii amplius poterant fabricari."

Wyttenbach. Scribitur *macellionem* in Codd. Oxx. E. N. Duisb. Crz. 2. Drsd. 2.; *marcellionem* in Crz. 1. (a 2. m., a 1. est *marcellum)* Drsd. 4. 5.; *martelionem* in Drsd. 1.; *Metellionem* est in Ed. Arg., *matelionem* in Edd. Asc. 1511. Par. 1512.; *mathelionem* in Par. s. a. *marcelionem* in Drsd. 3.; *matelionem* in Crz. 3.; *matelonem* in Gud. B. Ad v. *tractantem* Borg. laudat Verr. IV, 15: *Quin L. Sisennae argentum tractaret et consideraret;* de Rep. I, 10: *tractare manu*, ubi vid. nostr. annot. p. 46. Add. Tuscc. V, 38, 111. p. 239. ed. nostr. — In Ox. E. omittitur *cupidissime.* Mr.

quum ipse totam Corinthum contempsisset.] „Ad hanc frugalitatem pulchre quadrant, quae de hac re scribit Velleius Paterc. [I, 13.]*Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. Non tamen, puto, dubitas, Vinici, quin magis pro re publica fuerit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea intelligi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.*" Xyst. Betul. Laudat praeterea Gernh. Florum. II, 16. Plin. 34, 2 et 8. et 35, 12. Pro *Corinthum* Crz. 1. habet *Corintheum*, Crz. 2. *Chorinthum;* in Suerin. est *quum ipsam Corinthum.* Mr.

utrum illum civem excellentem,] Codd. Drsd. 1. 3. *civem illum.* Crz. 2. *excellentem civem.* Pergit Suerin. cum Ox. I. Drsd. 4. *an atriensem servum talia diligentem.* Verba *ipse — atriensem* desunt in Cod. Ox. σ.; vocem *servum*, loco vocis *diligenten*, habet Crz. 1. Est *atriensem servum diligentem* in Cod. Crz. 3. Edd. ap. Meus. Crat. Magn. Män. Lamb. Suffr. Petr. nostrae veteres ante Gruter. omnes eandem habent glossam, exceptis Rob. Steph. Asc. 1511. Aud. Tal. Lambb. Goth. Glossam esse, vides etiam ex Oxx. E. U., ubi alio inserta est loco, scriptumque *atriensem diligentem servum*, et ex Drsd. 5. ubi nuda glossa *servus*, ne structürae quidem accommodata, inserta est contextis, aliaque iisdem addita item diverso ab aliis libris loco: *diligentem talia.* Pro *putaret* est *reputaret* in Gud. A. Mr.

Reviviscat M' Curius] *Reminiscat* habet Ed. Par. s. a.; *Revivescat* Ed. Vict. In Oxx. E. pro *M'* est *M.*, itemque in Gud. B. Crz. 2. 3. 1. (in hoc expressis litteris *Marcus)* Edd. vett. nostris, praeter Asc. 1511. Herw. Camer. Sylb., ante Grut. omnibus. De Curio Ennius Annal. VI. 51. (Ed. Spangenberg.):

Quem nemo ferro potuit superare nec auro;

quem versum servavit Cic. de Rep. III. 3 p. 344. ed. nostr. Mr.

M' Curius] „Cognomine *Dentatus*, qui Pyrrhum vicit a. U. 479. homo novus, unice virtutis commendatione ad Consulatum pervenit.“ Wytt.

aut eorum aliquis,] Cod. Duisb. *an eorum aliquis:* quam scriptionem non magis commendaverim, quam tuli apud Cic. de Rep. I, 12. *uno an altero*, pro *uno aut altero spatio*, quamquam illa acres nacta est defensores. His ego satis mihi respondisse videor in Symbolarum Critt. ad Cic. Specim. II. c. XII. p. 15—17. Specim. III. c. VIII. neque, quae inde ab illarum scriptionum tempore collegi, hoc quidem loco expromere necessarium videtur. — Scribitur *aut domo* in Cod. Crz. 2.; *aut in domo* in Codd. Drsd. 1. 3. 5. itemque Gud. A. qui contra *in* ante *villa* omittit. In seqq. Drsd. 5. post *ipsos* plene distinguit, pergitque *Viderat aliquem*. Cod. Suer. habet *ut* pro *et*. Ad seqq. *summis populi beneficiis usum*, quae formula de honoribus et magistratibus intelligenda est, Borg. laudat Verr. I, 5. V, 68. de Prov. Cons. 16. Phil. I, 6. XIV, 9. Add. Cic. pro Lege Man. s. de Imperio Cn. Pompeii 23, 68. et 24, 71. Mr.

barbatulos mullos exceptantem de piscina,] „*Barbatulos* in labro inferiori. Plin. lib. IX. cap. 17. et Festus. *Mullos* Codd. mei omnes, non *mullulos*. *Exceptantem*, quindecim. *Escactantem*, unus. *Expectantem*, unus. *Receptantem*, unus. Alii *captantem*.“ Ald. Man. „Quidam Lucullum et Hortenium est alios putant intelligendos, quos *piscinarios* Cicero I. ad Atticum [Ep. 19. et 20.] vocat. Vid. Plin. IX, 54. et seq. Macrobius III. Saturnal. 15. Cic. II. ad Att. 1.“ Xyst. Betuleius. [Vid. Plin. IX. Sect. 30.] „*Mullum* Graeci τρίγλην, Itali *triglia*, Galli *surmulet* appellant. Vid. Camus in animadverss. ad Aristot. de Hist. Animal. T. II. p. 787.“ Wytt. — Mullus marinus tanto in pretio fuit apud veteres, ut Asinius Celer, vir Consularis, mullum unum septem millibus nummum mercatus sit: ut ex Sammonici sententia Macrobius libro Saturn. III. scribit octo millibus nummum fuisse emptum. Et Asinium Celerem Caudio fuisse principe Plinius ait. *Mullulos* autem per deminutionem dixit, vel ut notaret maiorem virorum consularium stultitiam, vel quia hi pisces parvi sunt. Nam Plinius hunc piscem esse dicit magnitudine modica, binas libras ponderis raro exsuperare.“ Frc. Sylv. — „*Exceptantem:* Sunt, ubi legatur *captantem*. Sed ea, quam secuti sumus, lectio cum plus habet elegantiae, tum vero a doctis citari solet.“ Morisot. „*Exceptantem* i. e. saepe capientem. Frc. Sylv.

barbatulos mullos de piscina exceptantem,] Admodum fluctuant h. l. libri in voce secunda; nam quod est in Drsd. 5. *barbarulos*,

nihil curandum. Scribitur autem *mullulos* vel *mululos* in Codicibus quidem perpaucis, nec iis optimis (Crz. 3. Drsd. 2.), sed in Edd. vett. plurimis iisque optimae plerisque notae: Ven. 1492. 1514. Par. s. a. Hdlb. Asc. 1511. Crat. Vict. Herw. Camer. Magn. Man. Lugd. Rob. Steph. Boul. Aldinis tribus, Sturm. Sylb. Aud. Tal. Lambb. Goth. idque praefert Garatonius ad Cic. in Pis. 35. p. 442. satis magnum locorum numerum afferens ad probandum Ciceronis aliorumque usum, quo duo deminutiva, Adiectivum cum Substantivo, iuxta ponuntur: (quale est illud Acad. 2, 44. *aureolus libellus*, de N. D. 3, 17. *aureola oratiuncula;* add. Davis. ad Hirt. de Bello Afr. 27. p. 633. ed. Cantabrig.; Oudendorp. ad eund. loc. p. 872 sq. ed. Lugd. Bat. Cic. Tuscc. III, 1. *parvulos — igniculos:)* praesertim etiam in contemptu significando et irrisione. Accedit etiam, ut legi, nescio quo loco, moneat Iacobus, Scholae Portensis Rector, aliusque vir doctus, nobis amicissimus, qui probaturum se dixit *mullulos*, ut sit nomen amoris eius rei, quam haberet sive Lucullus sive Hortensius in deliciis, si bonorum Codicum accederet auctoritas. Sed *mullos* vel *mulos* habent reliqui omnes; nam quod est *mullum* in Drsd. 4., *multos* in Drsd. 5. et Ed. Par. 1512. et Dav., *nullos* in Ox. ψ., *munulos* a 2. m. in Crz. 1., *et mullos* in Gud. A. et Drsd. 1. nihil impedit. Habent autem *mullos* inde a Grutero omnes, ante Gruterum Ed. prc. 1465. Suffr. Petr. Arg. H. Wolf. Colon. et Lambiniana vera a. 1566. Quod enim ait esse in Lambiniana *mullulos*, id de Pseudo-Lambinianis valet, de vera non item. Codices etiam Orellii cum reliquis nostris *mullos* tuentur, ibique Or. monet: „Nimis fere ridicule hoc quidem loco duo iungerentur deminutiva: et grandes potius mullos, muraenas piscinarii isti quaerebant." — Unus Cod. Duisb. (in quo *bartulos* scriptum est in contextis et in margine) hanc habet annotationem: „piscis mollis et tenerrimus excitans libidinem comedentibus." Mr. [„Germ. Barme, Barbe." Xyst. Betul.]

exceptantem de piscina] „Non carpo: sed tamen communicanda videtur cum publico scriptura Pal. sec. quae *excitantem:* ut innuat mullos istos ad domini vocem ultro accessisse ad eius manum." Gruterus. — Lectionem *excitantem*, quae est in Cod. Pal. sec., Gernhardus perperam tribuit Codici Duisb.; *exspectantem* est in Drsd. 1. Ox. E., *excitantem* in Drsd. 2. Verba *de piscina* ante participium posita sunt in Cod. Crz. 2., pro iis habet egregiam scilicet correctionem *disciplina* Cod. Drsd. 4.; verba *et pertractantem* exciderunt in Codd. Ox. N. Gud. A. Crz. 2. 1.; pro iis in Duisb. est *exportantem.* Ed. H. *pertrectantem.* Facciolatus, quamquam dedit *exceptantem* (de piscina), tamen probasse videtur

illud *excitantem*, addit enim: „Vocabantur enim et ad manum accedebant": ex mente Gruteri: uterque parum reputans, *excitari* non potuisse *mullos de piscina:* nam inde exire non poterant. Mr.

et muraenarum copia gloriantem:] *L. Licinius Crassus orator, vir Censorius, muraenam in piscina domus suae mortuam atratus tanquam filiam luxit. Id ei collega Cn. Domitius cum in senatu tanquam turpe obiecisset, tantum abfuit ut confiteri erubuerit, ut etiam gloriatus sit Censor, piam rem et affectuosam fecisse.* Auctor est Macrobius lib. Saturn. 3. [est L. II. c. 11. p. 389. ed. Zeun.] Idem scribit, Licinios Crassos appellatos Muraenas, quod iis muraenae fuerunt carissimae [ib. ead. pag.] Quod eodem loco scripsit nobilissimos illos principes, L. Philippum et Q. Hortensium piscinas habuisse refertas piscibus pretiosissimis, itaque hos a Cicerone piscinarios appellatos. M. Cato minor, ut idem scribit, haeres Lucilii factus pisces de eius piscina 40. millibus vendidit. C. Caesar Dictator, cum triumphales coenas populo daret, sex millia muraenarum a C. Hirrio ad pondus mutuo accepit. Nam permutare pretio aliave merce Hirrius noluit, ut ait Plinius cap. 55. lib. 9. Eodem loco scribit, Hortensium muraenam ita dilexisse, ut exanimatam flesse credatur." Frc. Sylv. „De muraenarum piscium genere hodie minus noto, quod Graecis dicebatur *μούραινα*, vid. quem laudavimus, Camus l. c. p. 537. His autem piscium generibus in vivariis alendis delectabantur in primis e Romanis luxuriosiores et ditiores: qua de re vid. Cic. ad Att. II, 1. Plut. in Apophth. et in libello de Rep. gerenda p. 811." Wytt. Voci *muraenarum* in Cod. Crz. 1. superscriptum est *anguillarum*, voculam *et* omittit Drsd. 3., *et muraenarum* omittit Drsd. 4. Mr.

nonne hunc hominem ita servum iudicet,] Scribitur *hominem hunc* in Codd. Drsd. 1. 3. Vocem *ita* omittit Crz. 3. In Gud. A. est *dicet* pro *iudicet*. In Crz. 2. Drsd. 3. est *ut ne infamia quidem;* abest *quidem* in Drsd. 4.; in Drsd. 3. 1. legitur *maiore aliquo dignum.* Duisb. *aliquo maiore.* Drsd. 1. habet *putetur* pro *putet.* Oxx. E. ψ. habent *nec infamia quidem*, Ox. I. *non infamia quidem;* pro *quidem* Gud. B. habet *quid est;* Gud. B. *maiore aliquo negotio dignum;* Ad v. *familia* Wytt. „i. e., inquit, famulitium vel tota famulorum cohors." Ad v. *maiore aliquo negotio* Frc. Sylv. addit: „quam ut pisces pertractet." Mr.

An eorum servitus dubia est,] Vocem *est* omittit Gud. A. Pro *qui* est *que* et supra lin. *œ* in Cod. Crz. 3. Ad v. *cupiditate peculii* Frc. Sylv. haec: „*Peculium* a Tuberone definitur, ut sit, quod servus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino debetur. Dictum est autem *peculium*,

quasi pusilla pecunia sive patrimonium pusillum. Auctor est Ulpianus libro Digestorum XV. De peculio Sex. Pompeius: *Peculium servorum a pecore dictum, ut pecunia patrum familias aut nobilium* [p. CLIV. ed. Santandr.] De peculio Valla lib. VI. plura scribit, ubi locum hunc citat." — „*Peculium* Morisotus *δουλοκερδίαν*, ficto vocabulo, reddidit. Theophilus in Instit. lib. II. tit. 9. *castrense peculium* καστρένσια πεκούλια nominat, et Plut. in Publicolae vita, leges eius aliquot referens, mulctas pecuniarias fuisse ait pecudes, ante videlicet nummorum usum, indeque patrimonia *peculia* esse dicta: διὸ καὶ τὰς οὐσίας, ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκούλια καλοῦσι, καὶ τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν. Haec testimonia propterea cito, quod antiqui Graeci nomen aliud, quam latinum, ignorasse videntur, cum re ipsa caruisse videantur." Xyst. Betul. [Locus Plutarchi est in Poplic. cap. XI.] Ad sententiam vocis *peculium* vid. Dirksenii Manuale Latinit. Fontium Iur. Civ. Romm. p. 690 sq. Mr. „Festive pecuniam, quam appetunt isti, *peculium* vocat, quia id est proprie servorum." Ern. Similis irrisio inest in illo Horatii versu Art. Poet. 330: *Haec animos aerugo et cura peculi cum semel imbuerit, speramus carmina fingi posse —?* Excerpta Eyb. habent *pecul. cup.* Mr.

cupiditate peculii?] „Hoc est patrimonii, facultatum augendarum. Vocat autem peculium, quia est pecunia, quam mancipium domino, aut filius familias patre indulgente, possidet. Hos vero heredipetas Cicero pessimorum servorum in numero habet." Graevius.

nullam conditionem recusant durissimae servitutis?] Cod. Gud. A. *dirissimae servitutis.* Observasse mihi videor, Ciceronem adiectivo *dirus* fere non aliter uti, quam cum de portentis et universe de rebus ad divinationem pertinentibus loquitur, vel in versibus, qui ad eandem rem spectant. — Ad v. *Hereditatis spes* Ald. Man.: „Sic omnes mei. Alias: *quid hereditatis spes.*" Quid hoc sibi velit „alias", non video. Neque in meis libris sat multis, neque in iis, quos habuerunt editores alii, illius *quid* ante *hereditatis* apparet vestigium. Est autem in Cod. Duisb. *hereditatis spe*, et sic coniecisse ait Gernhardus Bentleium, addens: „at nemini facile persuaserit." Addo: „nisi ei, qui soloecismos in Cicerone ferre potest." Graevius ad haec verba: „Hos heredipetas exagitant lepide Iuvenalis, Martialis et Lucianus." Addit Gernh. illustre exemplum apud Horat. Serm. II, 5, 64. Tum Cod. Duisb. omittit *in* ante *serviendo.* Cod. Suerin. *quem mutui orbi senis et locupletis.* Cod. Drsd. 5. *orbis* pro *orbi;* Drsd. 3. *observatur;* Duisb. *servat;*

Gud. B. *observas?* Ad verba *quem nutum — orbi senis non observat* similis morum perversitatis et corruptionis exempla vide congesta in Symbolis G. Erhardi ad Petronium, in Sylloge Annott. et Obss. in Petron. (Ad calc. Ed. Wechel. Frcof. 1621. 8.) p. 765 sq. Mr. — „Erat apud Romanos veteres testamentorum libertas. Alienum enim, ut propinquum, heredem facere licebat." Frc. Sylvius. — Quem ad verba *quid iniquitatis* laudat Ciceronis de Rep. Franc. Sylvius locum ex Non. Marcello: *Iniustae servitutis genus est, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse* — nunc est de Rep. III, 25. p. 389. ed. nostr. Mr.

loquitur ad voluntatem,] „Sic novem. *Ad voluptatem*, sex. *Ad voluptates*, duo. *Ad voluntates*, unus." Ald. Man. Quosdam libros habere *ad voluptatem* monent etiam Lamb. et Sylb. Posterior addit interpretationem Graecam χαριτογλωσσεῖ. Xyst. Betul. πρὸς χάριν λέγειν, χρηστολογεῖν. Mr.

loquitur ad voluntatem,] Cod. Drsd. 5. *aliquis loq. ad voluntatem.* Drsd. 1. 3. *loq. ad eius voluntatem*; Suerin. *loquitur alius ad voluntatem.* Bern. Bas. Gud. A. B. cum Oxx. N. o. *loq. ad voluptatem*, de qua confusione, quae etiam locum habet de Rep. I, 2. p. 13. ed. nostr., iam supra monuimus. Mr.

quicquid denuntiatum est, facit:] *Nuntiatum* habent Drsd. 5. Bas. Edd. Man. 1555. et Ald. 1552, inde Sylb. unde habet Ald. Man. in lemmate annotationis, qua monet, *denuntiatum* habere suos omnes. Unus Gud. A. exhibet *denuntiandum.* Correxi autem *est* pro *sit* (quod plane omissum est in Cod. Crz. 1.) ex vera Madvigii animadversione, qui ad Cic. de Finn. III, 17, 58. p. 448. „Saepissime, inquit, librarii etiam in antiquis Codicibus ex scriptura *'st* (pro *est)* effecerunt *sit*, cuius generis menda etiam nunc non pauca tollenda sunt in Ciceronis scriptis certissima orationis regula, velut — — Parad. V, 39.: *quidquid denuntiatum sit, facit.*" Vid. Conspectum Orthogr. Cod. Vatic. (librorum de Rep. p. 623. b. ed. nostr. ibiq. laudd. ubi corrige paginam laudatae Ed. Beieri Orat. Cic. pro Scauro p. 166. (pro 100.). Mr. „*Denuntiatum* habet vim singularem: est enim quasi nuntiatum a superiore inferiori, ut mandatum, imperatum." Wytt. Imperandi significatio in verbo *denuntiandi* inest, quotiescunque vel *ut* sequitur vel Coniunctivus sine Coniunctione, cuius usus exempla vel Lexica suppeditant: vid. Schützii Lex. Ciceron. T. II. P. II. p. 56. Mr.

assectatur] „MS. *assentatur.*" Graev. Codd. Oxx. E. I. U. η. ψ. Crz. 1. 3. Exc. Eyb. Ed. ap. Meus. Edd. prc. 1465. Crat. Magn. Man. Hdlb. Arg. et nostrae fere omnes, exceptis Vict. Rob. Steph. Camerar. Sturm. et Colon. habent illud *assentatur*, perpe-

ram: nam assentationis significatio iam inest in verbis *Loquitur ad voluntatem.* Mr. „*Assectatio* erat peculiare officium, quod Romae candidati sive clientes praestabant patronis. Vid. Q. Cicero de Petit. Consul., qui eos vocat *assectatores* [c. 9.], et ipse Cicero pro Mur. c. 9.“ [leg. cap. 34.] Wyttenb. Sed vid. singulari libello de ea re disputantem C. G. Schwarzium in Diss. *de Assectatione veterum Romanorum.* Altorf. 1722. 4. 20. pp. Mr.

assidet, *munerat.*] „*Miratur*, vulgo. Venet., rectius, ut puto, *numeratur.* Nam missis muneribus, ut notum est, hereditatum insidiatores conciliare locupletes et solebant quondam et nunc solent.“ Camerar. Volebat, ut vides, Camerarius *muneratur.* Error est in Ed. Lugd. 1562; recta scriptio in Ed. Herwag. 1540. cui additae sunt Emendd. Victorii. Mr.

assidet, *munerat.*] „Libri veteres alii habent *munera*, alii *numerat*, alii, ut edendum curavimus, *munerat:* quo modo et Langius edidit. In Cod. Memmiano omnes hae dissimilitudines adscriptae sunt, et praeterea docti cuiusdam coniectura *munera dat.*“ Lambinus. — „*Assidet*, *miratur*] *Assidet*, *numerat*, octo. *Assidet*, *numeratur*, quattuor. *Essidet*, *numeratur*, unus. *Muūtur*, *assidet*, duo. *Assidet mūat*, unus. *Nuūt*, *assidet*, unus. *Assidet*, *narrat*, unus.“ Ald. Man. Camerarii correctio *muneratur* placebat etiam S. Corrado in Quaestura. Vid. Ed. Ern. p. 330. — Cod. Drsd. 4. *numeratur*, *assidet*; Ox. E. Gud. A. Drsd. 1. *numerat* (hic antecedente *assentur* [sic] *assidet)* et Drsd. 2.; Oxx. I. η. σ. ψ. *munerat;* Drsd. 3. *numeratur* cum Cod. Bas. et Ed. prc. Cum iis, qui *numerat* exhibent, faciunt Bern. et Guelf.; *munerat* ediderunt Lamb. Suffr. Petr. H. Wolf. Gernh. Or. itemque Ed. Colon. Solus Crz. 1. habet *mutat*, solus Crz. 2. *nuūt.* Nos, cum *munerare* vix uno loco Ciceronis legatur, saepius *munerari*, dedimus *muneratur* cum Edd. Vict. Rob. Steph. Grut. Gron. Verb. Schrev. Graev. Facc. Hub. Oliv. Ern. Borg. In reliquis est *miratur.* Cum terminatio ūr in plurimis Codd. compendio scribatur, mirum non est, eam in multis libris excidisse vel parvam, qua significatur, lineolam curvam oblitteratam esse. Mr.

Quid horum est liberi? quid denique non servi inertis?] Cod. Crz. 1. *Quid eorum.* Crz. 2. *est liberi hominis.* Tum Gud. A. *servi servi* (sic) *non inertis.* Gud. B. *nisi servi inertis.* Crz. 1. *servi non inhertis.* Crz. 3. *nisi servi non inertis.* Cod. Drsd. 2. 5. Crz. 2. Suer. Exc. Eyb. Vict. Suffr. Petr. Rob. Steph. Ven. 1514. Camer. Grut. Gron. Schrev. Verb. habent *quid denique servi non inertis.* Ed. Prc. Ed. ap. Meus. Hdlb. Arg. Herw. Lugd. Par. 1512. 1543. Ven. 1492. Sturm. Boul. *quid den. nisi servi non*

inertis; Asc. 1511. *q. den. servi nisi inertis.* Ed. Graev. *quid non denique servi inertis* cum Ed. Hub.; nobiscum faciunt Edd. Crat. Aldinae tres, Car. Steph. Lambb. Goth. Lamb. Colon. Sylb. H. Wolf. Aud. Tal. Olivet. Facc. Ern. seqq. Th. Bentleius malebat: *quid horum est liberi? imo vero servi modo non inertis? Quid? illa cupiditas* etc. deleto *iam.* Bene. Sed hoc est hariolari. Mr.

Quid? iam illa cupiditas,] „*Illa* abest a quinque." Ald. Man. Post *Quid* additur glossa *dicam* in Codd. Oxx. I. η. σ. ψ. Drsd. 4. 5. Suerin. Gud. B. (sed hic omisso *iam).* Ad sententiam confert Borg. Cic. pro Mil. 16: *quam timida sit ambitio — quam sollicita cupiditas consulatus.* Cod. Crz. 1. (a 1. m.) *quidve videtur,* correxit alia *quam.* Drsd. 4. *quae sola et videtur.* Pro *liberalior* undecim Aldi *liberior,* cum Oxx. E. I. U. ψ. (qui omittit *esse)* Crz. 3. Drsd. 2. Gud. B. Duisb. Duo Ald. *liberatior,* unus *liberorum.* Vocem *honoris* Wytt. explicat: „*magistratuum petendorum.*" Pergit Drsd. 1. *et imperii. Liberior* est etiam in Edd. Magn. Man. Ven. 1492. Asc. 1511. Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Crat. Hdlb. Sylb. Aud. Tal. Lambb. Goth. Mr.

quam imperiosa! quam vehemens!] „Edd. *quam improvisa* (pro *imperiosa).*" Graev. in varr. lectt. Nulla plane Ed. habet illud *improvisa.* Est ergo id quoque in larga illa mendorum segete habendum, quae Graevii editionem inquinant. Pro *quam* est *quamve* in Cod. Crz. 1. Mr.

Cethego] „Servire Cethego et eius scorto (Preciae) Lucullus coactus est, ut provinciam obtineret. Vide Luculli vitam in Plutarcho (cap. 6.)." Facc.

Cethego] „P. Cornelius Cethegus, quem Cicero in Bruto c. 48. dicit *rem publicam tenuisse* propter auctoritatem et gratiam, qua abundabat in candidatis commendandis. Plutarchus ait Lucullum ei adulatum esse, p. 495. Fuit autem diversus ab illo Cethego, Catilinariae coniurationis socio." Wyttenb. In Cod. Suer. scriptum est *Cethergo.* Mox *non* abest ab Ox. E. Mr.

servire coëgit eos,] „*Coegit,* scilicet cupiditas honorum. Nam dictio *res* sic interserta ab istis, turbabat sententiam. Vid. Plut. in Lucullo, in quem haec fere disputatio." C. Lang.

Servire res coëgit eos,] „Verbum *res* tollendum. Subintelligitur enim *cupiditas honorum.* Sic et quindecim mei." Ald. Man. Illud *res* non apparet in Codd. nostris: sed habent Edd. prc., ap. Meus. Crat. Par. 1512. Hdlb. Ven. 1492. 1514. Aud. Tal. Sturm. Lambb. Goth. (sed in his, L. et G., in marg. reprobatur) Lugd. Ald. 1517. Herw. Camer. Ald. 1548. Par. 1543. reperitque eam voculam Car. Steph. in vetere suo. Una Ed. Arg. habet *servire*

num coëgit; Suerin. *servire eos coëgit*, Gud. A. B. *serv. cogit eos.* Frc. Sylvius, qui de veritate lectionis veteris *res* (quae tamen abest iam ab Asc. 1511. Vict. all.), non dubitabat, explicat *res*: „i. e. gloriae ac provinciae cupiditas." Quasi vero Cicero ita loqui soleat! Mr.

qui sibi esse amplissimi videbantur:] „i. e. L. Lucullum, Cos. Consulatus enim amplissimus magistratus erat. Plurali autem pro singulari usus est, ut sit intellectio." Frc. Sylv. *Intellectionem* quam dicit, intellige *συνεκδοχήν*, de qua optime praecepit G. I. Vossius Commentarr. Rhetor. P. II. cap. 8. lib. IV. p. 135 sq. ed. L. Bat. 1643. 4. — Codd. Crz. 1. Duisb. Bas. Guelf. Gud. A. Drsd. 3. 5. Ed. Asc. 1511. *amplissimi esse.* Vocem *sibi* omittunt Man. 1555. et Ald. 1552; verbum *esse* non habet Drsd. 4. idque abest ab Edd. Ven. 1492. 1514. Legitur *videbantur esse* in Crz. 2. Drsd. 1. Mr.

munera mittere,] Cod. Gud. B. *mittere in unā*, quae scriptio orta est ex lectione *mittere munera* Codd. Crz. 1. Bern. Edd. Crat. Magn. Man. Hub. nostrarum Ald. 1517. 1552. Sturm. Sylb. Lambb. Goth. H. Wolf. In Codd. Drsd. 4. 5. est *et coegit mittere munera.* Pergit Cod. Drsd. 4. *in una nocte venire ad eum domum*, Drsd. 5. omittit *domum;* idem aberat a 1. m. in uno Aldi. Gud. B. habet *nocteque*: Crz. 1 a pr. m. *nec tu venire munera ad eum*, altera correxit *noctu — domum.* Tum Gud. A. *supplicare et precari.* Ox. ψ. *deprecari.* Suerin. *venire noctu*, inverso ordine Crz. 2. omittit *denique.* In Drsd. 5. est *denique praeclare supplicare.* Ad verba laudat Borg. Cic. de Amic. 16: *precari ab indigno, supplicare.* Rut. Lup. I. p. 70: *supplicem precari.* Mr. „Equidem nolim abesse *domum* (quamvis deleat Bentl.): servitutis enim offensio, nescio quomodo, hac addita voce augetur." Gernh.

Quae servitus est, si haec libertas —] Vocem *est* omittit Gud. A. Pergit Ox. *et si;* Ox. ψ. *hoc* pro *haec*, cum Gud. B. Tum Crz. 1. *extimari.* Crz. 2. *potest existimari.* Mr. — „*Quid? cum cupiditatum:* Sic unus. *Quid? cum cupiditutis*, octo. *Quid? cum cupiditas*, septem. *Quid? cum cupiditates*, unus. *Quid dicam, cum cupiditas*, unus." Ald. Man. Est *cupiditatis* in Codd. Guelf. Crz. 4. 2. Oxx. I. N. ψ. Duisb. Gud. A. B. Drsd. 2. 4. variet. Magn. Edd. Vict. et Rob. Steph.; in Asc. 1511. est *dominatus cupiditas;* in Drsd. 1. 3. *dominatus cupiditatis;* Drsd. 5. *cupiditatibus dominatus.* Bentleius exhibet *Quid? cum cupiditas dominatu excessit*; in Ox. E. est *cupiditas dominatus;* Ox. N. *illa cupiditas dominatus.* Ad sententiam Frc. Sylvius: „cum quis pecuniam aut imperium non cupit amplius, sed adeptus est iniuste."

Ad verba Borg. Or. pro domo 35: *Exstinctum est iam illud — Aliud exortum est.* Ern. reputans, excedendi verbum alibi a Cicerone non ita usurpari, explicat „abiit, desiit." Mr.

et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum] Utiliter leges ad h. l. Henr. Stephani Schediasmatum i. e. Observationum et Emendd. libri quarti Cap. 25. (Paris. 1589. 8.) p. 131—139. ubi locus noster cum similibus Ciceronis aliorum scriptorum et Graecorum et Romanorum, comparatur et nonnulli emendantur. Wyttenbachius ad h. l. haec: „nam incidebant in crimen ambitus, si palam fieret, eos largitione magistratum adeptos esse. Ceterum conscientiam sceleris maximam esse peccati poenam itemque timorem iudicii humani, iam Epicurus dixit, magis etiam alii providentiam non tollentes. Vid. Plut. Mor. p. 1104. Item Rut. Lupus de Figuris Sentt. L. I. c. 2." Confert Borg. Cic. Verr. V, 29.: *An te, id quod fieri solet, conscientia timidum suspiciosumque faciebat?* — Voculam *et* omittit Cod. Drsd. 5.; vocem *est* Cod. Gud. A. Eandem post *dominus* repositam habet Cod. Duisb. In Crz. 1. legitur *peccatorum conscientia.* Vox *timor* deest in Cod. Drsd. 5. Mr.

quam est illa misera, quam dura servitus!] „*Quam est illa misera.* Sic quindecim, in quorum uno deest *illa.* — *Quam est illa miseria*, unus. *Q̄z est ista miseria*, unus. *Q̄z est illa miseria*, unus." Ald. Man. — Cod. Crz. 2.: *quam est illa dura domina, quam misera, quam dira servitus!* Gud. A. *quam est in illa miseria.* Gud. B. *quam est illa miseria;* mox *quam est illa servitus*, omisso *dura.* Ox. ψ. habet *dura timoris servitus*, cum glossa. Mr.

Adolescentibus paullo loquacioribus est serviendum:] Cod. Crz. 2. *adolescentulis.* Drsd. 5. *esse serviendum.* Paullo superius Gernh. in Add. dicit cum unius Ald. cod. lectione *quae est illa misera* consentire Bentleium. Sed in Ed. Graev., quae habet Aldi lectiones, ea lectio non est. — In Ed. Oliv. haec est ad h. l. annotatio Laur. Vallae „Quia adolescentes ex magnorum virorum accusatione probitatis et eloquentiae laudem capessere solebant, ut ait Cicero II. de Officiis." — „Qui sibi eloquentes videntur, etsi non tam eloquentes, quam loquaces sunt, adeoque quaerunt occasionem accusandi, ut famam eloquentiae consequantur: His igitur, qui facinoris alicuius sibi conscii sunt, serviunt, eorum benevolentiam quovis modo captant, ne ab iis accusentur." Ern. Laudat Frc. Sylv. locum Iuvenalis III, 50 sqq. et Borgers. Cic. pro Coel. 30.; Div. in Caec. 7. et 21.; pro Cluent. 30.; de Petit. Cons. 1. Mr.

omnes — tanquam domini timentur] Cod. Drsd. 4. *omnes enim.*

Crz. 3. *omines*, ut voluisse videatur *homines*. Idem *scite* pro *scire*. Drsd. 4. *videntur et timentur* (omissis mediis). Pro *timentur* conieci aliquando *timendi*. Nunc istam cum antecedentibus convenientiam non ita necessariam existimo. Mr.

Iudex vero] „Legendum putant docti quidam *Index vero*: quibus propemodum assentior.“ Lambinus. Aldus Codices suos omnes consentire ait in scriptione *iudex*. — „Sic et MSS. nostri: neque inclinandum in Lambini *index*. Neque enim *index* timetur: iam enim accusavit suum reum, simulatque indicis nomen accepit. Ceterum digna videtur notatione scriptura Pal. tertii, qui *tum* habet.“ Gruter. „Al. *index vero*. Sed sive *iudex* sive *index* metum nocentibus incutit.“ Facc. *Index* habet unus Ox. N. Pro lectione *iudex* laudat Borg. Sallustium Cat. 14.: *aut pro factis iudicium timentes*. Nec vero, quem excitat Ciceronis locum de Rep. III, 12, huc quicquam facit. Melius Orellius affert Cic. de Legg. I, 14, 41: *nihil timet nisi testem et iudicem;* ubi item Graev. volebat *indicem:* quem refutavimus ad eum locum p. 101. Ed. nostr. et Cr. — Scribitur in Cod. Crz. 2. *dominatum habet*, in Drsd. 1. et 3. *dominatum habeat*. — Pergit Cod. Ox. E. *At non est*. Crz. 2. *an non est omnis metus servitutis*. Drsd. 4.: *an non omnis metus servitutis intelligitur*. In Crz. 1. primum scripserat librarius *an non est omnis servitus metus:* sed idem statim correxit. Mr.

Quid valet igitur] „Quantum coniicere licet, haec L. Crassi verba sunt ex quadam concione ad populum Romanum, qua dissuasit, ne Cinna, Marius, Carbo et Sertorius, cum patria bellum gerentes, in urbem reciperentur. In ea autem concione illa verba fuerunt: *Eripite nos e servitute — nolite sinere — nisi vobis — quibus — debemus*. Is autem est L. Crassus orator, de quo saepe Cicero, et Livius Lib. 80. [vid. Epitomen eius libri] meminerunt.“ Frc. Sylv. Fuit oratio, qua suasit legem Serviliam egitque senatus causam contra iudicum et accusatorum factionem. Vide in libro de Claris Oratoribus [c. 44.] et lib. III. de Claris orat. [est de Orat. I, 52. Conf. ad Herenn. IV, 3. ubi vid. annott. Graevii p. 190.] ubi eadem [sed plura] Crassi verba recitantur.“ Ald. Manut.

illa — Crassi — oratio] „Qua Crassus suasit legem Serviliam, egitque Senatus causam, sed nimis assentando, ut apparet ex eius verbis, quibus professus est se populi Romani servum esse.“ Facc.

Quid valet igitur illa — Crassi — oratio?] Cod. Crz. 3. *Quid volet*. Gud. A. omittit *igitur*, Crz. 1. vocem *illa*, cum Oxx. I. ψ. Drsd. 1.; Drsd. 4. habet *quid igitur valet;* Drsd. 5. *quid igitur illa valet;* Crz. 2. *illa vox eloquentissimi*, sed in seqq. omittitur vo-

cabulum *oratio*. Cod. Drsd. 4. exhibet *copiosa vox magis* (non omissa v. *oratio*). Cod. Suerin. *Quid valet illa igitur;* idem *virei* pro *viri*. Cod. Ox. N. *quam eloquens oratio sapiens*. Mr.

Eripite nos ex servitute —] Cod. Ox. E. *Erige nos;* legitur *vos* in Codd. Crz. 2. Oxx. σ. ψ. Drsd. 1. 4. 5. Tum Codd. Gud. A. B. Guelf. Bern. Bas. Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. *a servitute*, cum Oxx. E. I. N. U. Post haec verba in Codd. Suerin. Drsd. 4. adduntur verba *o Cato;* in Drsd. 5. *igitur o Cato*. Ad verba antecedentia confert Borg. Cic. Part. Orat. 23: *nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia*, et de Or. II, 23.: *nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet*. Idem monet hanc Crassi orationem non leviter perstringi de Or. I, 52. Ad rem conferri vult Wytt. ad legem Serviliam Ernesti Clav. Cic. p. 39. Adde Orellii Onomast. Cic. P. III. p. 268 sq. H. Meyeri Oratorr. Romm. Fragmm. p. 149. Ed. pr.; alteram mihi inspicere non licuit, ut nec alteram Editionis Bruti Ciceroniani Fr. Ellendtii, cui praefixa est Eloquentiae Romanae Historia, ubi vid. Ed. pr. p. 73. A. Westermann Gesch. d. Röm. Beredtsamk. §. 49. p. 114 sqq. Mr.

Quae est ista servitus —] Plane sic locutus est Cic. Phil. I, 6: *Quaenam, malum, est ista voluntaria servitus;* quem locum laudavit Borg. addiditque Aquil. Rom. [ad calc. Rutil. Lupi, ed. Ruhnk.] p. 190 sq. ubi ridicule et inepte ab homine isto Grammatico haec locutio, propter additum illud *malum* in Pleonasmi exemplis ponitur. Quodsi omnis locutio paullo commotior in pleonasmis habenda est, multo magis pleonasmi sunt libelli magistellorum eiusmodi frigidorum. — Verba *quae est ista servitus* desunt in Cod. Ox. ψ.; pro *claro* [perperam in Ed. Gernh. dicitur (p. 288.) Olivetum exhibere *elato*:] est in Ox. E. *praeclaro;* pergit Crz. 1. cum Gud. A. *tam nobili*, Crz. 2. *atque tam nobili*. Mr.

Omnis animi debilitati — et fracti timiditas servitus est.] „Libri veteres habent partim: *omnis animi debilitata et humilis et fracta timiditas:* et ita emendatum est in Codice Memmiano: itaque edidit Langius: partim: *omnis animi debilitas et humilis* etc.“ Lambinus. „Duo et alias *Omnis enim animi* —.“ Ald. Man. Addunt illud *enim* Codd. Crz. 3. Suerin. Drsd. 4. Ed. ap. Meus. Edd. Crat. Magn. Man. nostrae Ven. 1492. 1514. Hdlb. Par. s. a. Par. 1512. 1543. Ald. 1517. 1552. Dav. Sylb. Car. Steph. Sturm. Herw. Camer. Arg. Aud. Tal.; Ox. ψ. *animae*. Legitur *animi debilitas* in Codd. Bern. Basil. omnibus Aldi, Guelf., Exc. Eyb. nostris Crz. 1. 2. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Duisb. Suerin. Oxx. E. I. N. U. ψ. Gud. A. B.; *debilitata* in Cod. Crz. 3. Edd. ap. Meus. Ven. 1492. 1514.

Hdlb. Arg. Par. 1512. Ald. 1517. Aud. Tal. Herw. Camer. Vict. Lang.; *deliberata* est in solà Ed. Lugd.; *et fracta* in Codd. Bern. Guelf. Oxx. E. I. N. U. η. ψ. Drsd. 1. 2. 3. 4. (hic omittit *et humilis)* Crz. 1. 2. 3. Gud. A. B. Suerin. et omnibus Edd., in quibus est *debilitata*, itemque Ed. Lugd. Solus Cod. Drsd. 5. exhibet *et ficta*, solus Crz. 2. *est servitus.* Tum Cod. Drsd. 4. pergit *Luci' Nolite.* Ad verba contulit Borg. Cic. pro Planc. 20. *ut fracto animo atque humili supplicarent;* post Red. in Sen. 15.: *quod meum animum frangere aut debilitare possit.* Mr.

Nolite sinere nos cuiquam servire.] Codd. Drsd. 1. 3. *nolite vos sinere servire cuiquam.* Est etiam *vos* pro *nos* in Codd. Oxx. σ. ψ. Crz. 2. Pro eo esse in Oliv. Ed. *non* legimus in Ed. Gernh., quod non ita est, nam habet nobiscum *nos.* Post *servire* Codd. Drsd. 4. 5. iterum habent additas voces *o Cato.* Gud. A. habet *nolite nos sinere servire cuiquam.* Pergunt Ox. E. et Crz. 1. *in lib. vendicari.* Gud. A. B. exhibent *vendicare.* Drsd. 2. *vult vendicari*, Drsd. 4. *vult vendicare.* Distinguunt in seqq. Lamb. Suffr. Petr. Colon. *Quid enim? Adiungit.* Aud. Tal. *Quid enim? Adiungit?* Mr.

Nisi vobis universis.] „i. e. populo Romano, ad quem haec oratio habetur.“ Frc. Sylv. Cod. Drsd. 5. *nihil vobis universis;* vocem *nisi* omittunt Codd. Drsd. 1., quorum prior habet *nobis* cum Cod. Suerin. In Cod. Crz. 1. legitur *nisi nos universos.* Mr.

Dominum mutare, non liber esse vult.] „*Dominum mutitare:* Ita in emendatissimo libro, ad S. Trudonis, scriptum fuit, quam vocem, ut non temere scriptam, retinui. Nam et frequentativi verbi significatio inconstantiam auget. Verbum id receptum fuit in sodalitiariis coenis, quod subinde alius eas aliusque praeberet. Meminit Gellius. De hoc loco vide prooemium libri III. de Oratore.“ C. Lang. Loci Gellii sunt N. A. II, 24. p. 183. ibiq. Iac. Gronov. p. 236. Ed. Lion. ibiq. laud. Turneb. Advers. XIV, 18. [p. 63. ed. Paris. 1580 f. m.] et N. A. XVIII, 2. ibiq. I. F. Gronov. p. 807. p. 478. Ed. Lion. ibiq. laud. Turneb. l. c. XVII, 1, [p. 136.] Henr. Steph. in Specim. Emendd. [Noctt. Parisinn.] p. 191. [Ed. Paris. 1585. 8.] Neminem habuit obsequentem C. Langius, neque ullum Codicem assentientem nactus est. Omnes conspirant in *mutare*, praeter unum Drsd. 5. qui habet *tractare.* De *mutitandi* verbo vide, quos laudavimus; addo, ne in Gellii quidem locis scribendis libros et viros criticos consentire. Henr. Stephanus praeferebat formam *mutuitare*, quae priore loco est in Ed. in usum Delphini, altero eadem habet *mutitare.* Cod. Suer. exhibet *non liberum esse*

vult, Drsd. 1. *non igitur liber vult;* Drsd. 3. non *igitur liber esse vult.* Pro *vult* antiquo more, qui Ciceronis etiam aetate obtinebat, scriptum est *volt* in Codd. Crz. 1. 3. Quod est in Suerin. *liberum*, si antiqua est lectio, fuisse suspiceris scriptum fuisse: *non liberum se esse vult*, ut *se* absorptum fuerit a verbo *esse.* Sic Cic. pro Sest. 45, 96: *alteri se populares — esse voluerunt.* Ad locutionem laudat Borg. Epist. Bruti ad Cic. [Epp. ad Brut.] 16. post init. *ut prorsus prae te feras, non sublatam dominationem, sed dominum commutatum esse.* Mutatam et hoc loco volebat Th. Bentleius lectionem, ita legens et distinguens: *Qui enim adiungit, nisi vobis universis, dominum mutare, non liber esse vult.* Mr.

Quibus et possumus et debemus] „*Quibus et possumus.* — *Et* abest a sex. *Quibus et possumus et debemus;* octo: *quibus et debemus et possumus.* Hoc totum sic legit quidam: *Nolite sinere nos cuiquam servire. In libertatem vindicari vult? Minime: quin* [*quid?*] *enim adiungit? Nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus. Dominum mutare, non liber esse vult.*" Ald. Man. Codd. Crz. 1. Drsd. 2. *quibus et debemus et possumus.* Drsd. 1. *quibus possumus et debemus.* Suer. *quibus servire et debemus et possumus*, Gud. B. *quibus et debemus servire et possumus*, cum Drsd. 5.; sed in Drsd. 4. est: *quibus debemus servire et possumus.* Vetus Car. Stephani: *quibus et possumus et servire debemus*, cum nostro Crz. 3. Est etiam *servire debemus* in Edd. ap. Meus. Ven. 1492. 1514. Par. 1512. Lugd. Hdlb. Arg. Par. s. a. Dav. Mr.

Quibus — debemus] „Iam Erasmus legendum admonuerat: *Nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.* [Vid. Ed. Ald. Officiorum etc. a. 1548. f. m. p. 161.] Et tamen ab iis, qui librorum emendationi praesunt, neglectus est: quo iudicio, illi quidem viderint. Mihi vero non satis liquet, nisi, quia Cicero Crassi orationem sparserat, haec etiam postrema verba sparsim legenda censuerint. At spargenda non erant: quippe cum ea Crassus adiungeret. Praeterea in codices quosdam incidi, in quibus sic legeretur: *Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus possumus et debemus. In libertatem vindicari vult? Minime. Quid enim adiungit? Nisi vobis universis. Dominum mutare, non liber esse vult. Quibus et possumus et servire debemus. Nos vero* etc. Sed quam vitiosi sint, facile est ei videre, qui lectionem Erasmianam paullo altius intueri vult." Morisot. Est in Ed. Par. s. a.: *Nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus. In libertatem vindicari vult minime. Quid enim adiungit, nisi vobis universis. Dominum mutare, non liber esse vult, quibus et possumus et servire debemus.* Mr.

et alto et virtutibus exaggerato] Verba *Nos vero* — — *nec possumus* exciderunt in Codd. Oxx. η. σ. oculis librariorum propter verborum similitudinem aberrantibus. Pro *et alto* Cod. Drsd. 3. habet *et exaltato*, quae vox Ciceroni nunquam est usurpata. Adiectiva *excelsus et altus* saepe iunxit, cuius usus exempla haec collegit Borgersius: de Finn. II, 14.; Tuscc. II, 4. Participio *exaggeratus* usus quidem est alibi nec vero plane ut nostro loco; v. c. Brut. 17.: *Catonis luminibus obstruxit haec quasi exaggerata altius oratio.* Ceterum scribitur *et virtutibus et exaggerati sumus* in Cod. Crz. 1.; in Crz. 2. Ox. ψ. et Drsd. 4. *et virtutibus exaggerati sumus;* in Suer. *exagregati*, in Gud. A. *exaggregati*, Gud. B. *exaggeate*, Ox. E. *exaggregato.* Mr.

exaggerato] „i. e. animo ad maximam altitudinem elato et qui res humanas, ut infra se positas, contemnat. Est igitur elegans gradatio animi *excelsi*, *alti*, denique virtutibus *exaggerati*, quod item poterat dici *cumulati.* Est enim *agger* quasi acervus, mons, cumulus, vertex. Sed si producitur non modo in altum, sed etiam in longum, tunc fit *agger* proprie dictus, qui opponitur mari alluenti et fluvio exundanti. Cic. Tusc. II, 26: *exaggeratio animi* [§. 64.]; de oratione autem saepius.“ Wyttenbach.

nec debemus nec possumus.] Pro *nec debemus* est in Ox. ψ. *quibus et debemus*, ex superioribus. Drsd. 1. *quibus possumus, non debemus*, Drsd. *non debemus nec possumus*, Duisb. *nec possumus, nec debemus.* Ad v. *exaggerato* Frc. Sylv. haec: „i. e. *cumulato.* Stoici enim virtutes ita inter se connexas esse dicebant, ut nemo unam habere possit, quin habeat reliquas.“ Mr.

tu posse te dicito,] Codd. Ox. E. Drsd. 2. *Sed tu posse.* Duisb. *Tu, si possis, edicito.* Facc. ad v. *Tu* explicandam in annot. addit „*Crasse.*“ Mr.

quoniam quidem potes:] Ita edidi cum Or., cum Gernh. ediderit *quando quidem*, cum Edd. sat multis, Codd. paucis. Et habent *quoniam* septendecim Aldi (unus, duodevicesimus, ꝗ, quod compendium varie legi potest), omnes Oxx. itemque, ut videtur, Gruteri Palatini, Gud. 1. 2. Duisb. (sed omisso *quidem)* Crz. 1. 2. Drsd. 2. 3. 4. 5. Edd. prc. Vict. Lamb. Suffr. Petr. Oxx. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Ed. ap. Meus. Dav. Arg. Lugd. Par. 1512. Colon. Grut. Gron. Borg. Graev. Verb. Oliv. Ern. Schz. Tbn. Wetz. Pergunt Oxx. I. η. σ. ψ. Gud. B. Crz. 1. Drsd. 2. 4. *debere te ne d.* cum Edd. Crat. Man. Ald. 1517. Asc. 1511.; *debere me ne d.* Gud. A.; *debere te nec etiam d.* Ox. E.; *debere non* Ox. U.; Drsd. 3. *te debere non dixeris*; Drsd. 1. *debere te non dixisti;*

Suer. *debere te non dixeris.* Tum Drsd. 5. *quoniam quisquam nihil debet.* Mr.

nisi quod est turpe non reddere.] Cod. Duisb. *quod turpe est,* cum Gud. A. et hanc lectionem commendat Th. Bentlei.: eadem placebat Gernhardo in Add., neque nobis displicet: sed mutare nihil voluimus tam exigua auctoritate accedente. Mr. „Est hoc instar definitionis verbi *debere:* de quo alia etiam annotavit Barn. Brissonius de Verbb. Signif. p. 206." Wyttenb. [Ed. I. C. Itter. Lips. 1721. f. m.; sed in Ed. Frcf. Wechel. 1587. f. m. est p. 163 sq. Add. H. E. Dirksenii Manuale Latinit. Fontium Iuris Civ. Rom. p. 245. Mr.

Sed haec hactenus.] „Est formula Ciceroni frequens; vid. Lib. de Amic. 15. et de Offic. III, 2." Wytt. Pro *haec* est *hoc* in Cod. Ox. I. Ad verba *ille videat* Ern. annotavit: „De quo in principio dictum est." „Marcum Antonium ibi significavit." Frc. Sylv. Pro *ille* Cod. Bern. exhibet *ipse*; Lamb. *iste* cum Ed. Col. Pro *videat* est *viderat* in Drsd. 5. Volebat fortasse *viderit*, de qua formula vid. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. §. 291. p. 502. ibiq. annot. Haasii 455. Mr.

quomodo imperator esse possit,] „Concludit per id, quo coeperat." Facc. „Imperatorem hic nominat Antonium. Sed respicit interim ad nomen regis, quod in hoc Paradoxo continetur: *οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σοφοὺς, ἀλλὰ καὶ βασιλέας, τῆς βασιλείας οὔσης ἀρχῆς ἀνυπευθύνου, ἥ τις περὶ μόνους ἂν σοφοὺς σταίη, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ τοῦ κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα τοῖς ὀνόμασιν.* Hactenus Laërtius. [Est Lib. VII. Segm. 122. Vid. F. N. G. Baguet de Chrysippo p. 350 sq. ibiq. laudd., ubi nec nostri loci fuit immemor:] Sed ipse Cicero haec miris modis exagitat adversus Catonem in oratione pro Murena [c. 29 — 31.]. Sunt quaedam huc pertinentia apud Senecam c. 8. de Clementia [L. I. p. 438. ed. Gronov. Vol. II. p. 287. ed. Fickert.]" Xyst. Betulei.

Quum eum ne liberum quidem esse — veritas ipsa convincat?] Codd. Suer. Gud. B. *cum eum non liberum quidem,* Crz. 1. *nec liberum esse,* Oxx. I. η. ψ. *nec liberum quidem esse,* Ox. E. *neque liberum quidem esse.* Drsd. 4. *eum liberum esse idem et veritas et ratio ipsa conv.* Drsd. 5. omittit vocem *esse,* Gud. A. vocem *ipsa.* Drsd. 2. habet *convincatur.* Formulam *ratio et veritas* variavit Cicero. Sic de Or. I, 53. dixit: *ratio veritatis,* supra Parad. I, 1: *vera ratio,* quod nostro loco per *ἓν διὰ δυοῖν* significat. Mr.

PARADOXON VI.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

[*Solum sapientem esse divitem.*]

Quae est ista in commemoranda pecunia tua tam 1
insolens ostentatio? Solusne tu dives? Pro dii immortales, egone me audivisse aliquid et didicisse non gaudeam? Solusne dives? Quid, si ne dives quidem? quid, si pauper etiam? Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit: qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus te iudicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuae: nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius. Satiatus est aut contentus etiam pecunia: concedo, dives es. Sin autem propter aviditatem pecuniae nullum quaestum turpem putas, quum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus: si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis: si socios spolias, aerarium expilas: si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, atque ipse supponis; haec utrum abundantis, an egentis signa sunt? Animus hominis dives, non arca, appellari solet. Quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo. Etenim ex eo, quantum cuique satis est, metiuntur homines divitiarum modum. Fi-

liam quis habet; pecunia est opus: duas; maiore: plures; maiore etiam. Et si, ut aiunt Danao, quinquaginta sint filiae; tot dotes magnam quaerunt pecuniam. Quantum enim cuique opus est, ad id accommodatur, ut ante dixi, divitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quae brevi tempore maximas copias exhaurire possint; hunc quo modo ego appellabo divitem, quum ipse egere se sentiat? Multi ex te audierunt, quum diceres, *neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus;* quod populus Romanus tantis vectigalibus iampridem vix potest. Ergo hoc proposito nunquam eris dives ante, quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones et magna equitum ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur, non esse te divitem, cui tantum desit, ut expleas id, quod exoptas. Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac men-
11 dicitatem tuam, nunquam obscure tulisti. Nam ut iis, qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quaesito; sic, qui videt domi tuae pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges: qui nocentes et pecuniosos reos, eodem te auctore, corruptelam iudicii molientes: qui tuas mercedum pactiones in patrociniis, intercessiones pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimissiones libertorum ad fe-

nerandas diripiendasque provincias: qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris, qui cum servis, cum libertis, cum clientibus societates, qui possessiones vacuas, qui proscriptiones locupletium, qui caedes municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordetur, qui testamenta subiecta, qui sublatos tot homines, qui denique omnia venalia, delectum, decretum, alienam, suam sententiam, forum, domum, vocem, silentium; quis hunc non putet confiteri, sibi quaesito opus esse? cui autem quaesito opus sit, quis unquam hunc vere dixerit divitem? Etenim divitiarum fructus in copia est: copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia; quam tu quoniam nunquam assequere, nunquam omnino es futurus dives. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, et recte (est enim ad vulgi opinionem mediocris: ad tuam, nulla: ad meam, modica;) de me silebo, de re loquar. Si censenda nobis atque aestimanda res sit, utrum tandem pluris aestimemus pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricii, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum Samnitum, an responsum M'. Curii? hereditatem L. Paulli, an liberalitatem Africani, qui eius hereditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit? Haec profecto, quae sunt summarum virtutum, pluris aestimanda sunt, quam illa, quae sunt pecuniae. Quis igitur (si quidem, ut quisque, quod plurimi sit, possideat, ita di-

vitissimus habendus sit) dubitet, quin in virtute divitiae sint? quoniam nulla possessio, nulla vis auri et
III argenti pluris, quam virtus, aestimanda est. O dii immortales! non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. Venio enim iam ad sumptuosos: relinquo istum quaestuosum. Capit ille ex suis praediis sexcena sestertia: ego centena ex meis: illi, aurata tecta in villis et sola marmorea facienti, et signa, tabulas, supellectilem et vestem infinite concupiscenti, non modo fructus ille est ad sumptus, sed etiam ad fenus, exiguus. Ex meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Uter igitur est divitior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio, quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam: an quae suis se viribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum ac temporum vitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius saeculi errore verser? M' Manilius patrum nostrorum memoria (ne semper Curios et Luscinos loquamur) pauper tandem fuit: habuit enim aediculas in Carinis, et fundum in Labicano. Nos igitur divitiores, qui plura habemus? Utinam quidem! Sed non aestimatione census, verum victu atque cultu terminatur pecuniae modus. Non esse cupidum pecunia est: non esse emacem vectigal est. Contentum vero suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae. Etenim si isti callidi rerum aestimatores prata

et areas quasdam magno aestimant, quod ei generi possessionum minime [quasi] noceri potest; quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi nec surripi potest: neque naufragio, nec incendio amittitur: nec vi tempestatum, nec temporum perturbatione mutatur! Qua praediti qui sunt, soli sunt divites. Soli enim possident res et fructuosas et sempiternas: solique (quod est proprium divitiarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant, quod est: nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem et avari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent, et plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui, quod haberet, esset satis, non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.

Paradoxon VI.] Sextum hoc Paradoxon abest ab Ed. Ven. 1498. In Ed. Ven. 1492. post ultimum Paradoxi V. verbum *convincat* sequitur *Finis. Explicit liber de Amicitia, de Senectute et Paradoxorum Registrum* a. b. c. etc. Tum vero, post hunc finem pagina aversa, quae vacua fuisset, additum est, quasi recens repertum, Paradoxon sextum integrum, excepta inscriptione Graeca, quae etiam in reliquis deest. Tum iterum sequitur *Finis;* deinde *Impressum Venetiis per Bernardinum de Choris de Cremona* etc., ut scripsimus in Indice Apparatus nostri. Mr.

῞Οτι μόνος πλούσιος.] Graeca desunt in omnibus libris, in quibus ea deesse supra diximus. In Ed. Par. 1507. est *Oti monos hos sophos plusios;* in Ed. Lugd. *Oti monos ho sophos plusios.* Sola Asc. 1511. habet ὅτι μόνος ὁ σώφρων πλούσιος: in marg.: Alii σοφός. Edd. Ven. 1514. et Arg. exhibent ὅτι μόνος σοφὸς πλούσιος ἐστι. Lectionem σώφρων, ut paullo inferius videbimus, Borg. ut suam coniecturam profert; quam Or., ut mihi quidem videtur, haud immerito miram appellavit suspicionem. Mr.

Solum sapientem esse divitem] Latinam inscriptionem non ha-

bent Oxx. I. σ. ψ. (in quibus deest etiam Graeca) Drsd. 2. (deest et Graeca). Edd. Par. 1507. Lugd. Ald. 1517. In Cod. Crz. 1. est *Quod solus sapiens dives sit ostenditur*. Ita, sed omisso verbo *ostenditur*, Codd. Crz. 3. Gud. B. Suer. Edd. ap. Meus. Hdlb. Par. s. a. Dav. Arg. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511. Crat. Herw. (praemisso *id est)* Sturm. Aud. Tal. Boul., Ald. 1548. Par. 1543. In Edd. Car. Steph. Ald. 1552. Sylb. itemque in Cod. Duisb. est *Quod solus sapiens dives*. In Edd. Ern. et Gernh. (in quibus est varietas Codicum Oxx.) legimus, in Codd. E. N. U. η. esse *Adest, quod solus sapiens sit dives*. Quod est vel operarum vitium vel scribarum pro *id est:* illud veri est similius. Gud. A. *Quod solus sapiens sit dives*. Mr.

Solum — divitem] „Hoc quoque Paradoxon Socraticum est. Socrates enim apud Platonem in Phaedro deos orat, ut sapientem solum divitem existiment. Idem rogatus, an quisquam Croeso beatior esset; nescire se, quantum haberet virtutis, respondit. Significabat enim, ne divitem quidem eum esse, nisi sapiens esset. Auctore Valerio Maximo lib. VII. [Cap. 1, 2. p. 621 sq. ed. Torren.] Gyges regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo inflatus, Apollinem Pythium sciscitatum venit, an quisquam mortalium se esset felicior. Deus ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum Psophidium ei praetulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate iam senior terminos agelli sui nunquam excesserat, parvuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus.“ Frc. Sylvius. — „Habent hoc Paradoxon Stoici cum Cynicis commune. Laërt. in vita Menedemi Diogenis dictum refert: ὃς ἔφασκε θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι, τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων ὀλίγων χρῄζειν. Citatur Musonii dictum: τῶν μὲν Κροίσου καὶ Κύρου θησαυρῶν πενίαν ἐσχάτην καταψηφιούμεθα, ἕνα δὲ καὶ μόνον πιστεύομεν εἶναι πλούσιον καὶ σοφόν, τὸν δυνάμενον κτήσασθαι τὸ ἀνενδεὲς πανταχοῦ.“ Xyst. Betul.

Quae est ista in commemoranda pecunia] „Hic quoque Cicero aliquem divitem senatorem, opinor Crassum, spectavit, id quod ex definitione divitis post allata patet, quae fuit Crassi. Nam post loquitur de *ordine* hominis: *cum isti ordini* (cui tu sc. es adscriptus) *ne honestus quidem possit esse alius quaestus*.“ Ern. Ad verba confert Borg. Cic. de Rep. I, 15: *neque insolens ostentatio*. Lael. 13.: *Quae est — ista securitas?* Ad rem laudat Ald. Man. Plinium XXXIII, 10. Cod. Drsd. 5. habet *memoranda* pro *commem*. Mr.

Quae est ista etc.] „Eos reprehendit, qui in divitiis suis nimium sibi placent; in primis M. Crassum, ex cuius Vita apud Plutarchum magna huic exercitationi lux accedit.“ Facc.

Quae est ista —] „Est haec apostrophe, i. e. intentio orationis adversus aliquem tanquam praesentem. Significat autem in toto hoc Parad. M. Crassum Divitem, eum, qui postea cum Caesare et Pompeio princeps rei publicae fuit: denique cum exercitu a Parthis caesus est.“ Wytt. Verba *est ista* desunt in Gud. B.; iis additur *tam* in Gud. A. In Drsd. 4. est *enim* pro *in*. Ox. E. post *tua* habet glossam *M. Crasse*. In Crz. 1. est *assentatio* pro *ostentatio;* tum in Ed. prc. 1465. est *solus tune dives?* itemque in Edd. Par. 1507. 1512. Lugd. Mr.

insolens ostentatio] „*Insolens* non tantum est superbus et qui aliis per arrogantiam insultet, sed proprie, qui non solitus est dives esse, qui nondum assuetus est divitiis: Graece νεόπλουτος, qualem se gerebat Crassus, quamquam erat παλαιόπλουτος. Sic est apud Cic. de Or. III, 84.: *sed fuisse insolentem in pecunia.* Hor. Carmm. II, 3, 1 sqq. — *memento* — *servare mentem* — *ab insolenti temperatam laetitia.*“ Wytt. Similiter Doederleinius (Latein. Synon. u. Etymol. I. p. 177.) duo vocabula statuit esse ὁμώνυμα *insolens*, quorum alterum sit ducendum a *solere*, alterum a *salire*. Sed vide quae contra monet L. v. Ian, in Ztschrft f. d. Alterth. Wiss. 1840. 92. Mr.

Pro dii immortales!] Scribitur *proh* in Codd. Crz. 2. *(proch* ut in aliquot Edd. scriptum est) Drsd. 1. 2. 3. 4. et in Edd. multis. Hodie plerique etiam hanc interiectionem scribunt *pro*, ex praecepto Prisciani Inst. Gramm. II, 2. p. 60. Ed. Krehl.: *In h, quae est nota aspirationis, non potest terminari syllaba.* Sed vid. Forcellinum Ed. Germ. T. III. p. 494. C. Cellarii de Orthogr. Lat. librum T. I. p. 324. G. F. Grotefend. (in Gramm. Lat. T. II.) Lat. Orthogr. §. 135. Reisig. Lat. Sprachwiss. §. 161. p. 269. — Quod ait Ald. Man. post *dives* legi alias *quid? pro dii imm.*, id in nullo ego libro reperi, neque scripto, neque edito. Esset ortum ex oculorum aberratione in lineam secundam post hanc, post verba *solusne dives.* Idem error peperit omissionem verborum *Pro dii* — *solusne dives* in Codd. Oxx. η. σ. ψ. Crz. 1. Mr.

tam insolens ostentatio?] „Solent, qui divites sunt et gloriosi, divitias suas ostentare. Memorabile est illud Valerii Max. L. IV. [4, 1.] de paupertate: *Cornelia*, inquit, *Gracchorum mater, cum Campana matrona, apud illam hospita, ornamenta sua pulcherrima seculi illius ostenderet, traxit eam sermone, quousque e schola redirent liberi: et haec, inquit, ornamenta mea sunt. Omnia nimirum habet*, ut idem ibidem dicit, *qui nihil concupiscit, eo quidem certius, quam qui cuncta possidet, quia dominium re-*

rum collabi solet, bonae mentis usurpatio nullum tristioris fortunae recipit incursum. Mr.

egone me audivisse aliquid] Legitur *aliquid audisse* in Codd. Gud. A. Crz. 2. Drsd. 1. 3. *audisse aliquid* in Codd. Gud. B. Crz. 3. Bas. Guelf. Edd. Crat. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. Asc. 1511. Hdlb. Ald. 1517. 1552. Colon. H. Wolf. Sturm. Sylb. Pro *et* est *aut* in Codd. Drsd. 1. Ox. I.; pro *didicisse* Cod. B. (qui item habet *aut*) exhibet *vidisse*. Pro *gaudeam* est *gaudium* in Gud. B.; *audeam* in Crz. 2. Ad v. *audivisse* Wytt. haec: „i. e. philosophos aut doctrinarum magistros. Hoc a Graecis proprie dicitur ἀκούειν, ἀκροᾶσθαι." Sic verbo *audiendi* utitur Cicero Tuscc. I, 4, 8.: *qui audire vellet;* de Fato 2, 3: *possumusne aliquid audire? Tu vero, inquam, vel audire vel dicere.* Ad sententiam Borgersius, non respondere, ait, haec antecedentibus, sed veluti exclamare Ciceronem, nunc demum sibi profutura ea, quae aliquando didicerit, quibus stultum istum confutaret. Idem ad verba confert Or. pro Sest. 21.: *Tam eram rudis? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo quaerendoque cognoveram?* Mr.

Solusne dives?] Glossam addunt Codd. Oxx. I. U. Crz. 3. Drsd. 1.: *Solusne tu dives*, et sic Edd. prc. Crat. Magn. Man. Lamb. Suffr. Petr. nostrae Hdlb. Lugd. Arg. Par. 1507. 1512. 1543. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511. H. Wolf. Car. Steph. Aud. Tal. Sylb. Colon. Lambb. Goth. Camer. Herw. Boul. Ald. 1517. 1552.; Codd. Ox. E. Drsd. 2. habent *solusne es dives;* utramque glossam iunctam exhibet Drsd. 5. *solusne tu dives es?* Cod. Ox. ψ. *solusne est.* Crz. 2. *solusne quidem dives?* Ad sententiam laudat Frc. Sylv. Plutarchum in Vita Ciceronis [c. 25.] et Cic. de Finn. III [22, 75.]: *Rectius* (sapiens appellabitur) *dives, quam Crassus, qui, nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset.* Laudat idem Catonis librum de liberis educandis (eumque fideliter exscripsit Graevius): sed quem laudat Sylvius librum, is est M. Terentii Varronis, quem inscripsit: *Cato* s. de liberis educandis, qui est apud Non. Marcellum p. 141 sq. (in Fragmm. Varronis Ed. Amst. 1623. p. 157.) *Et quod perspicuum est, maiorem curam nos habere marsupii, quam vitae nostrae.* Mr.

Quid, si ne dives quidem?] Verba *quid si* omissa sunt in Cod. Crz. 2. qui habet *Ne quidem dives?* Crz. 3. *quid si ne tu dives*, Ox. σ. omittit *ne*, Crz. 1. Oxx. E. I. Drsd. 5. Suer. pro *ne* habent *non.* Drsd. 1. *Quid vero ne si dives quidem?* Drsd. 3. *quid vero si ne dives quidem?* Drsd. 4. *quid si non dives, quid est, quid si pauper etiam.* Oxx. I. U. omittunt *quidem.* In Drsd. 5. omissa sunt verba *quid si pauper etiam?* Gud. A. habet *quid vero,*

omisso *si*, Gud. B. habet: *quid, si non dives quidem est?* De voce *etiam* tertio loco posita loquitur Gliemannus in Iahnii Annalibus Philoll. 1831. III, 1. p. 77 sq. in censura Grammaticae Lat. Zumptianae, allato etiam loco Tuscc. I, 26. prc. de Or. III, 56, 213. ubi *etiam* quartum habet locum. Ox. E. habet *qui* pro *quid. Etiam* omittit Gud. A. Mr.

Quem enim intelligimus divitem?] *Enim* deest in Cod. Gud. A.; in Ox. I. est *dicimus* pro *intelligimus.* Crz. 2. habet *Audi, hoc verbum —;* Drsd. 1. 3. *verbum hoc.* Ad v. *in quo homine ponimus* (pro quibus, omisso *aut*, Gud. A. habet: *hoc in quo homine ponimus verbum)* Borg. confert Tusc. III, 34.: *de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis.* Mr.

opinor in eo, cui tanta possessio est,] „MS. *in eo, in quo tanta possessio est.*" Graev. Est hic nimirum mos correctorum, ut ad proxima quaeque respiciant et ad ea scriptoris verba accommodent. Eadem correctio, vel, si mavis, depravatio est in Codd. Bern. Oxx. I. U. Bas. Guelf. Gud. A. Drsd. 1. 3. 5.; in Crz. 1. legitur *cuius tanta est possessio*, non male; Crz. 2. *quo tanta; inest* pro *est* Ox. E. In seqq. Lamb. edidit: *ut ea ad liberaliter vivendum — contentus sit:* quae lectio in Edd. Lambb. et Goth. ut coniectura in margine adscripta apparet: in orationis seriem recepta est in Edd. Colon. H. Wolf. Eandem vocem desiderans Bentleius alio loco ponendam censuit coniecitque *facile ea contentus sit.* In Drsd. 1. est *facile etiam contentus sit:* in qua scriptione possit aliquis vestigium voculae *ea* inesse suspicari, ut *ea* lectum sit eia, quod est compendium vocis *etiam.* Ad locutionem conferri potest Cic. Lael. 23, 86: *si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.* Mr. „*Liberaliter* vivit, qui libere vivit, nemini obnoxius est, cui tantum superest, ut liberalis sit erga alios. *Facile contentus* i. e. non coacte, libenter." Wyttenb.

qui nihil quaerat, nihil appetat,] „MS. *qui nihil quaerat, appetat, optet.*" Graev. Alterum et tertium *nihil* omittit etiam Cod. Gud. A.; medium Cod. Drsd. 1. Verba *nihil appetat* desunt in Cod. Crz. 3. In Crz. 1. est *optat.* Drsd. 4. et Gud. B. *nihil amplius optet.* In Drsd. 5. post *amplius*, adduntur verba *quam bēat;* in Suerin. verba *quam habeat*, unde vides, quid Drsd. 5. voluerit. In Suer. post haec desunt verba *Animus oportet — nihil curet amplius:* oculus enim scribentis aberravit a priore *amplius* ad posterius. Quod h. l. variavit orationem verbis *quaerat — appetat — optet*, infra c. 3. similiter: *appetunt — egent — deesse sentiunt — requirunt*, et Auct. ad Her. IV, 37: *quaero — desidero — requiro*: quos locos laudavit Borg. Mr.

nihil appetat, *nihil*] Confert Ald. Man. Horatium [Ep. I, 2.] 46: *Quod satis est*, *cui contingit*, *nihil amplius optet.* Mr.

Animus oportet tuus te iudicet divitem] „Inepte legitur *se iudicet divitem* in omnibus editionibus. Animae divitiae sunt virtutes, non possessiones et facultates, de quibus hic agitur. Optime Pithoeanus et alius cuius excerpta penes me sunt: *Animus oportet tuus te iudicet divitem.* Si animo dives es, re vera dives es, etiam in fortunarum mediocritate. Paullo post quidem dicit: *Animus hominis dives*, *non arca*, *appellari solet;* sed hoc est: is homo dives dicitur, cuius animus eum iudicat divitem esse, contentum iis, quae possidet.“ Graevius. „*Te* Graevii Codices et regii. Vulgati mendose *se iudicet.*“ Lallem. Bentleius: *Animus oportet tuus te indicet divitem.* Borgersius contra Graevium: „Nos cum Ern. et Schützio tuemur *se.* Verba *Animus tuus oportet se — tuae*, quae mox paucis repetuntur *Animus hominis — appellari solet*, continent argumentum sive thesin, quam in hac exercitatione probandam sibi sumsit orator: *Divitias veras non in pecuniae magnitudine*, *sed in animo contento esse sitas.* Quibus positis, ut in aliis Paradoxis, fingit sibi adversarium, quem reprehendat, cuiusque aviditate pecuniae illud efficiat: *nisi qui contentus sit rebus suis*, *esse divitem neminem.* Pertinet igitur *se* ad thesin: reliquae secundae personae ad adversarium. Vitio, nostro quidem arbitratu, ansam dedit inscriptio, quam ne huic Paradoxo appinxerit falsam librarius vehementer veremur. Primum enim in tota disputatione nulla fit mentio *sapientis;* deinde omnis oratio in eum potius videtur conferenda, qui omnis temperantiae sit expers. Conf. mox: *qui innumerabiles cupiditates habet.* Inscriptionem igitur sic refingamus: ὅτι μόνος ὁ σώφρων πλούσιος. Animus enim cupiditates cohibet, suisque rebus est contentus, quia *se* iudicat divitem. Quod egregie h. l. probavit Cicero. De *temperantia* vid. Tuscc. V, 14. et Sturz. Lex. Xenoph. v. σωφροσύνη. Thesis deprompta est ex Xen. Symp. IV, 34: οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἐν τῷ οἴκῳ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν ἔχουσιν, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς.“ Mr.

te iudicet] „Al. *se iudicet:* quod sane aptius esset, nisi sequeretur, *hominum sermo*, et *possessiones tuae.*“ Facc.

Animus oportet tuus te iudicet] Habent *te* Oxx. E. I. N. U. Crz. 1. 3. 2. (hic praeposito *iudicet)* Gud. A. Dresdd. quinque, Edd. Graev. Oliv. (ut dicit Gernh.; et est fortasse sic in Oliveti Ed. Paris. vel Genev.; in nostra Patavina est *se*) Gernh. Or. Hub. Ochsner. ad Oliv. Eclogg. Cic. p. 371. ed. 3. qui laudat Senec. Consol. ad Helv. 11, 6: *Animus est*, *qui divites facit — pecunia nihil ad animum pertinet.* Ceterum legitur *optet* in Ed. Ven. 1514.,

pro *oportet*, ex perperam lecto compendio. Gud. A. et Crz. 1. *tuus oportet;* in Drsd. 4. est *se ipsum iudicet esse divitem*, prava lectione duabus glossis aucta. In Duisb. est *non hominum sermone.* Gud. B. habet *et non hom.* Cod. Bas. *animus autem tuus op.* Edd. prc. Crat. Magn. Man. Lamb. nostrae vett. omnes, exceptis Rob. Steph. Sylb. Sturm. (haec habet *tuus oportet)* Grut. et seqq., habent *Animus enim.* Quod vero Bentl. legit *indicet*, de ea re, nimirum de usu verborum *indicandi* et *iudicandi*, vid. disputantem R. Klotzium in Iahnii Annall. Philol. 1832. I, 1. p. 76. qui item legit *te* pro *se.* Mr.

oportet tuus te iudicet] Quod ad Bentleii lectionem *indicet* pro *iudicet* pertinet, de ea re, quamquam nostrum locum non attigimus, locuti sumus ad Tuscc. V. 21, 61. T. III. p. 124 sq. Pro *oportet* una Ed. Lugd. habet compendium *opz*, quod vix legi potest *oportet.* De Borgersii lectione vel potius defensione lectionis *se iudicet* non est quod plura addamus post ea, quae ab aliis dicta sunt, quos vel loquentes induximus vel laudavimus. Sed contra eius correctionem inscriptionis, qua iubet nos legere *σώφρων* pro *σοφὸς*, unum monendum videtur illud, quod oblitus videtur vir doctus, Ciceronem non tractare sententiam aliquam philosophi alius, sed *παράδοξον* Stoicum. Unusquisque enim dicere poterat, temperantem (vel abstinentem vel contentum sorte sua) solum esse divitem. Stoici vero in suis *παραδόξοις* ea duo hominum genera, quae sola agnoscebant, *sapientes* nimirum et *stultos*, sibi invicem opponere solebant, his omnia vitia atque mala, illis virtutes omnes bonaque omnia adscribebant. — Pro *hominum sermo* Ox. E. exhibet *hominis sermo.* Mr.

neque possessiones tuae:] Cod. Crz. 1. habet *nec*, pro *neque;* Gud. A. *aut;* Drsd. 4. *non;* Crz. 2. eam vocem plane omittit; Duisb. habet *qui possessionis suae*, idem in marg.: *Al. possessiones tuae.* Pergit idem *nihil sibi deesse putat*, *nihil amplius curat.* Crz. 2. Gud. A. *et nihil*, cum Oxx. E. N. Tum Oxx. U. η. ψ. Drsd. 4. 3. 1. *qui nihil.* Crz. 3. Gud. B. *et qui nihil.* Vocem *sibi* omittunt Gud. A. B. Drsd. 4. Crz. 3.; Cod. Drsd. 3. habet *deesse sibi;* Crz. 3. Drsd. 4. Gud. B. *putat*, idem: *nihil amplius curat;* est etiam *curat* in Cod. Crz. 3. Plane abest h. v. a Drsd. 4. Mr. — „Duo: *Qui si sibi nihil deesse putat*, *nihil curat amplius*, *satiatus est;* quinque: *qui nih. s. d. putet*, *nihil curet ampl. s. est;* Duo: *et qui nihil s. d. putat*, *nihil amplius curat*, *s. e.* Unus: *qui nihil sibi deesse putat*, *nihil curet ampl. s. e.;* Tres: *nih. s. d. putat*, *et nihil curat ampl. s. e.* Unus: *qui nih. s. d. putet*, *n. curet ampl. saturatus* est. Duo: *nih. s.*

d. putet, n. curet ampliùs, satiatus est. Unus: *qui n. s. dicere putet, n. curet ampl. senatus nihil est.*" Ald. Man. Vetus C. Steph. *qui nih. d. putat, n. curat ampl. s. e.* Mr.

Nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius, satiatus est, aut] „Ita MSS. Pall. et quot consuluit Gulielmius. Prius editi: *qui si tibi nihil deesse putas, nihil curas amplius, satiatus es, aut—.* Nostrae scripturae accessit Ed. Vict. nisi, quod ea *putat*, item *curat.*" Gruter. — Cod. Gud. A. *saciatus*, omisso *est*, quod abest etiam a Cod. Ox. I. Eius loco Crz. 1. 2. habent *sit*, Crz. 3. *es*. Sed non minus variant Edd. Cum Victorio facit nostra Rob. Stephani. Ed. prc. Crat. Magn. Sturm. Par. 1543. Ald. 1548. Herw. Camer. Ald. 1517. *qui nihil sibi* (sed Cr. Magn. et Ald. 1517. *sibi nihil) deesse putat, nih. curat ampl.; qui si tibi nihil d. putas, nihil curas a. sat. es* Edd. Man. Ald. 1552. Car. Steph. Boul. Aud. Tal. Lambb. Goth. H. Wolf.; *si tibi nih. d. putas, n. curas a. sat. es:* Edd. Lamb. et Colon.; *nihil tibi deesse putas? nihil curas amplius?* Ed. Suffr. Petr.; *qui si sibi nihil d. putat, n. curat ampl.* Edd. Sylb. et Hub. *et qui nih. sibi d. putat, nih. curat ampl. sat. est* Edd. ap. Meus. Par. 1507. 1512. Hdlb. Ven. 1492. Lugd. Arg. Idem habet Ven. 1514. sed omisso *sibi*. *Qui nih. deesse sibi putat, nihil curat ampl. sat. est:* Ed. Asc. 1511.; nobiscum faciunt inde a Grutero omnes. *Si satiatus est*, habet sola ed. Hub. Mr.

aut contentus etiam pecunia:] Cod. Crz. 1. *concentus in pecunia;* Drsd. 3. *etiam contentus;* vocem *etiam* omittunt Codd. Bern. Guelf. Drsd. 5. Ed. Facc. sec. (prima habet *etiam*). Mr. „*Contentus etiam pecunia*, decem. *Etiam* abest a quattuor; *etiam cont. pecunia*, unus; Duo: *contentus est pecunia.* Unus: *contentus in pecunia;* et sup. *contemptus*. Alias: *contentus etiam sine pecunia.*" Ald. Man. Postremam ego lectionem in Asc. 1511. reperi; in uno Gud. B. *pecuniam.* — Pro *dives es* legitur *dives est* in Codd. Bern. Guelf. Gud. A. B. Oxx. E. I. U. σ. ψ. Crz. 1. 2. Drsd. 2. 3. 4. 5. Exc. Eyb. Edd. prc. Crat. Vict. Magn. Rob. Steph. Cam. Herw. Aldd. tres, Par. 1543. Sylb. Sturm. In Duisb. leguntur antecedentia *satiatus at etiam contentus.* Bentleius, deleto *etiam*, legit *satiatus es.* Pro *sin autem* Crz. 3. habet *si autem;* idem omittit *pecuniae*. Gud. A. pro *aviditatem* habet *cupiditatem*, quam vocem, ut glossam, priori superscriptam habet Crz. 1. Ad verba confert Borg. Philipp. V, 5: *quam avidum in pecuniis locupletium;* ad sententiam Xenoph. Symp. IV, 35: πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδύονται, ἐφ' ᾧ πλείονα κτήσονται. Mr.

propter aviditatem pecuniae] „M. Crassus virtutes, quas habuit plurimas, unius avaritiae sordibus contaminavit. — Huius rei clarissimum testimonium praebet magnitudo divitiarum, quas brevi admodum tempore sibi comparavit. Autor est Plutarchus in principio vitae M. Crassi, ubi adscribit, quam iniuste tantas divitias comparaverit.“ Frc. Sylv. [Vid. Plut. in Crasso c. 2. Mr.]

nullum quaestum turpem putas,] „*Turpe*, unus. *Turpem quaestum putas*, unus.“ Ald. Manut. Cod. Crz. 1. *putas turpem; nullum quaestum turpe lucrum putas.* Vides h. l. primum glossam *lucrum* (ad *quaestum)* in sermonis seriem irrepsisse, deinde adiectivum *turpem* ad eam accommodatam esse. Pro *putas* est *putes* in Ox. η. Mr.

quum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus] „i. e. Senatorio, ex quo tu es. Auctore T. Livio L. XXII, 63. *Q. Claudius Tribunus plebis, legem tulit, ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos.* His verbis significat mercaturam omnemque alium quaestum Senatori turpem esse.“ Frc. Sylv. „Non licebat senatoribus neque honestum erat, alium, quam ex re rustica, quaestum exercere.“ Ern. „Ordini senatorio nullus quaestus erat honestus: at equestri ordini hoc concedebatur, ut possessiones suas augeret agricultura, redemtione vectigalium, mercatura, cet.“ — „*aviditas* est ab *aveo*, quod cognatum est cum graeco χάω, hio, unde dicitur item *avarus*, quasi inhians alicui rei: unde apud Virgilium [Georg. II, 492.] *strepitus Acherontis avari.*“ Wyttenbach. In Codd. quattuor Aldi Man. est *isto ordine.* Similiter Ox. I. *isto ordine nec*, Ox. E. *in isto ordine non;* Crz. 1. *isti ordini non honestus*, omisso *quidem;* Drsd. 5. *nec honestus quidem;* Suer. et Gud. B. *non honestus quidem ullus possit esse;* Gud. A. *quidem ne honestus;* Drsd. 4. *ullus possit esse*, Drsd. 2. *possit ullus esse.* Illud *isto ordine* habet etiam Ed. Suffr. Petri; *esse possit* habent Edd. Crat. Magn. Man. Hub. Car. Steph. Sturm. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Sylb. Aud. Tal. Mala est verborum transpositio in Edd. Hdlb. et Ven. 1492: *possit esse si ullus quotidie fraudas.* Mr.

si quotidie fraudas, decipis, poscis,] „Sic omnes mei: alias: *fraudas, concutis, decipis, poscis.*“ Ald. Man. Codd. Crz. 1. 2. antiqua forma scribitur *cottidie.* Prior omittit vocem *poscis.* In Edd. Ven. 1492. 1514. et Hdlb. post *fraudas* est distinctio maior: tum pergunt *Quem decipis, poscis* etc. Quod autem Ald. Man. post *fraudas* ait alias inseri *concutis*, in nullo libro reperi. Si usquam legitur *concutis*, Ciceronianum non est, sed debetur glos-

satori iuris perito, estque intelligendum de *concussione*, quae est crimen, quo quis alterum illicite terret intentanda accusatione gravioris criminis, vel simulando iussa aut minas magistratuum, ut ab eo pecuniam extorqueat periculi vitandi causa. Vid. B. Brissonius de Verb. Signif. vv. *concussio* et *concutere;* H. E. Dirksen Man. Lat. Font. Iur. Civ. Rom. v. *concussio* p. 181; et iisdem vocibus Lex. Iurid. ex Brisson. Hotomano, Prateio, Cuiacio p. 295. Mr.

Pacisceris, aufers, eripis:] „*Pacisceris:* iniuste scilicet." Frc. Sylv. Idem *socios* dupliciter explicat, ut sit „vel socios populi Romani, vel eos, quibuscum societatem coisti." Similiter Wyttenbachius: „*Socii* dicuntur duplici sensu, primum in societate negotiorum: quo de fraudis genere est in Or. Cic. pro Quinctio et Pandect. L. II. Tit. 17. Alii sunt socii populi Romani, cum eo foedere iuncti. Vid. similis dictio apud Cic. pro Lege Man. c. 19. [§. 57.] *ad expilandos socios diripiendasque provincias.* Conf. Ez. Spanhem. de Orbe Rom. p. 83. Provinciae autem earumque incolae socii a romanis magistratibus saepe vexabantur ac diripiebantur." Ad sententiae similitudinem comparat Borg. Cic. in Verr. I, 22: *Vidi collucere omnia — spoliis sociorum atque amicorum.* Ad sententiam verborum *spoliare* et *expilare* eorumque differentiam conf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 340 sq. Pro *spolias* Ox. I. *exspolias.* Pro *aerarium* est *errarium* in Cod. Drsd. 1. Coniunctionem *si* ante *socios* omittunt Edd. prc. Vict. Rob. Steph. Gernhardus cum in Cod. Duisb. reperisset *si aerarium expilas,* in Add. illud *si* restituendum se putare dixit. Ego cum nullus plane liber (praeter Bas.) assentiat, eo non aegre careo. Mr.

aerarium expilas] „M. Crassum suo et Pompeii consulatu tertio rapuisse duo millia pondo auri e Capitolini Iovis solio, a Camillo ibi condita, Plinius auctor est Cap. 1. Lib. 33. Ut ne aerario quidem abstinuisse credas, qui tali sacrilegio se obstrinxerit." Frc. Sylv. [Monet Gernh. hoc eius secundo factum esse consulatu, a. U. 698. ut scripsit Wetzel. ad Fast. Capitol.] Mr. „*Expilas* secundum Etymologos est pilos ei aufers, unde *depilare* dicitur evellere. Per metaphoram transfertur ad bona, possessionem: unde est *compilare* aliquid atque *expilare* aliquem i. q. dicitur *peculor,* unde *peculatus* et *depeculari.*" Wyttenb.

si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem,] „*Testamenta exspectas:* Fortassis *expectis* i. e. astu quodam extorques, ut cum dicimus *anulum expectere de digito,* eritque contemptim et invidiose dictum. Nam si *exspectas* legimus, quid sibi volunt ista verba: *at ipse supponis —?* an si supponere velit, eo minus erit mors exspectanda? quod vero scelus est, exspectare testa-

mentum amicorum? nisi dicas: *exspectare* avide, atque cum voto quodam mortis eorum. Certe vis est in verbo *exspectare*, et fortassis huc facit, quod Rutilius Lupus in Schematibus refert: *Cum Proculeius filium suum hortaretur, audacter de suis rebus sumptum faceret, etiam se vivo: filiusque respondisset, non esse ea adhortatione opus. Non enim exspectare se patris mortem: Imo vero, inquit, oro, mortem meam exspectes, nec properes moliri, ut velocius moriar.*" C. Lang. [Locus est in Ed. Ruhnk. p. 19 sq. sed locum in brevius contraxit Langius.] „Nollem hic haesitasse virum elegantis ingenii et peracris iudicii. *Exspectare testamentum* dicitur hic utique invidiose, ut *exspectare mortem.* Proprium in hac re verbum est, quod usurpant de iis, qui optant, ut aliquis moriatur. Terent. Adelph. V, 4. [20.] *Illum ut vivat, optant, meam autem mortem exspectant scilicet:* optant, ut moriar. Hecyra IV, 2. [19 sq.]

— — *haec mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui mea*
Longinquitas aetatis obstet, mortemve exspectet meam.

Proculei dictum sic extulit Quinctil. lib. IX. c. 4: *Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem suam exspectaret, et ille dixisset, se vero non exspectare, Immo, inquit, rogo exspectes.* [Locus est IX, 3. p. 819. ed. Burm. p. 385. §. 68. ed. Gernh.] Pro hoc Ovidius dixit I. Metam. [148.] *Filius ante diem patrios inquirit in annos.* Sic igitur *exspectare testamentum* est optare, ut quis moriatur: ut tu hereditatem cernas, aut legatum promissum consequaris. *Supponere* vero *testamentum* est testamentum falsum fingere et pro vero substituere, quod est falsariorum." Graevius.

si testamenta amicorum exspectas quidem, atque ipse supponis] „In Cod. antiquo melius scriptum mihi videtur ad hunc modum: *Si testamenta amicorum exspectas atque te ipse supponis.* Apud Vallam L. VI. ita lego: *si testamenta amicorum exspectas, ac ne exspectas quidem, atque ipse supponis.* Haec lectio mihi videretur melior, si, loco *atque*, *sed* scriberetur. *Supponere* est falsum et adulterinum loco veri subiicere; ut quum quis matri, sublato filio, eius loco alium, ut ita dicam, reponit, partum *supponere* dicitur. Inde *supponere testamentum* est falsum pro vero subiicere. — — Quum testamentorum libertas esset, multorum amicorum haeres M. Crassus factus est: multis item testamentis haeres suppositus est, ut auctor est Cicero de Officiis III, [18.] *L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Graecia Romam attulerunt: quod quo facilius obtinerent, scripserunt haeredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, aetatis eiusdem homines potentissimos. Qui, quum illud falsum suspicarentur,*

sibi autem nullius essent conscii culpae, alieni facinoris munusculum non repudiarunt. Mr.

Si testamenta etc.] Cod. Crz. 1. *testamentum.* Codd. Gud. A. Drsd. 1. 3. Crz. 2. *exspectas amicorum quidem* (omissis verbis *aut ne exspectas)* Crz. 1. Drsd. 5. *amicorum exspectas quidem* (omissis iisdem verbis, quae desunt etiam in Gud. B. Drsd. 4. (hic pergit *aut ipse supponis)*; Gud. A. habet *te ipsum* pro *ipse.* Desunt item tria ista verba in Oxx. E. I. N. U. Pro *atque ipse* est in Ox. E. Drsd. 1. 2. Suer. *atque ipsa,* in Ox. U. *atque ista,* in Oxx. η. σ. *at ipse,* ut est in Edd. Vict. Suffr. Petr. Rob. Steph. Facc. Olivet. Gronov. Omittunt etiam verba *aut ne exspectas* Edd. vett. Crat. Ald. 1517. Asc. 1511. et 1520. et unus liber MS. Graevii. Sed in Edd. Hdlb., Dav. ap. Meus., Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Arg. Lugd. est *expetis aut ne expetas quidem.* In Codd. Crz. 1. 2. scriptum est *habundantis.* In Ed. Zwicc. Forcellini s. v. *atque* p. 171. dicitur *atque* h. l. poni pro quin etiam, imo potius, coll. Cic. de Legg. III, 14, 32. ibiq. Goer. Beier. ad Offic. I, 10. extr. et 11. prc. Add. Handii Tursell. I. p. 467 sq. Gernh. ad Cic. de Off. II, 23. p. 267. Ad v. *abundantis* cf. Cic. Phil. II, 27, 66. Mr.

At ipse supponis:] „Sic iam olim Victoriana et Iuntae exemplaria. Sic Langius, qui etiam diserte ita citat, nec aliter membranae patri consultae. Unde igitur istud aliorum: *atque ipse —?*" Gronov. Satis, opinor, Gronovio responsum est in annot. superiore. Mr.

exspectas aut ne exspectas quidem,] Ad structuram confert Borg. Cic. Phil. I, 7: *In libellis se uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis.* — Cod. Suerin. habet: *abundantis signa sunt an egentis?* Drsd. 4. 5. *signa sint.* Ox. ψ. pro *an* exhibet *aut.* Mr. „In v. *exspectas* latet significatio odiosi desiderii, ut cum dicimus *exspectare mortem alicuius.*" Facc. Recte ad lectionem *at ipse (*pro *atque ipse)* Ern. monet: „male *at.* si *sed* esset, ferrem": est enim plane alia vis adversativa in *sed*, quam in voce *at.* Mr.

Animus hominis dives etc.] „Sententia est apud Xenoph. in Sympos. c. IV. §. 34; item apud Senecam, Ep. 92. et Lucianum in Dial. Mort. XI. p. 379. [Ed. Hemsterh. et Reiz. T. I.]" Wytt. Cod. Drsd. 4. omittit *hominis*, quod in marg. additum est. Crz. 1. 2. habent *archa* pro *arca;* prior *solet appellari*, posterior *appellari possit.* Gud. A. Drsd. 1. 3. *plena sit.* Pro *inanem* Gud. B. *in nave*, cuius erroris causa manifesta est. Pro *videbo* est *videro* in Cod. Suer. et var. Magn. „*Video*, quattuor. Alias *videro.* Lucanus:

Semper inops, quicunque cupit." Ald. Man. Habent *video* Edd. Crat. Man. Ald. 1517; *non te divitem putabo* Drsd. 5. Vocem *inanem* Frc. Sylv. explicat: „vacuum, non plenum, non satiatum." Et extremum quidem recte. Mr.

Etenim ex eo, quantum cuique satis est,] Pro *etenim* est *et* in Cod. Gud. A. Verba *ex eo* desunt in Cod. Crz. 3. Pro *cuique* est *unicuique* in Cod. Drsd. 5.; vocem *est* post *satis* omittit Drsd. 4. Minus bene scribitur *sat est* in duobus Aldi Man. Codd. Edd. Crat. Magn. Man. nostris Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Aud. Tal. Car. Steph. Sturm. Sylb. Verbum *est* excidit in Ed. Ven. 1514. ut in Cod. Drsd. 4. Pro *metiuntur* est *mentiuntur* in Crz. 2.; in Crz. 3. est *divitiarum genus modum:* sed vox *genus* punctis notata ut spuria. Mr.

quantum cuique etc.] „Qui habet quantum sibi satis est, nihilo plus appetit; qui non appetit, non eget, ac proinde dives est.„ Facc.

divitiarum modum] „Vulgo dicunt *quantitatem*, quod Latini non usurpant nisi in philosophia. Sensus est: Dives dicitur is, qui habet quantum ei satis est: et illo, quod satis est, homines vulgo aestimant divitias." Wytt. In seqq. Ox. ψ. Crz. 3. exhibent *filiam qui habet;* Suer. *filiam quia habet*, Gud. A. *q' filiam habet*, Gud. B. *filias.* Crz. 2. Drsd. 4. Gud. A. B. *pecunia opus est.* Tum Crz. 1. *duas autem plures.* Crz. 2. Gud. A. omittunt verba *plures: maiore.* In Oxx. I. σ. ψ. scribitur cum Drsd. 3. *si plures*, tum Ox. E. *maxima* (omisso *etiam*). Drsd. 2. *duas? maiori. plures? maiori etiam si*; pro *maiore* Crz. 3. habet *aore.* Abest *et* ab Oxx. I. ψ. Drsd. 1. 2. Crz. 1. 2. Duisb. Gud. A., in eodem pergitur *sint Danai aiunt;* Drsd. 5. omittit *maiore etiam.* Gud. B. habet *ut aiunt Danaum*, cum Ox. ψ. In Oxx. I. N. U. η. σ. est *Danai*, in Crz. 3. *Danay.* Sed variant etiam Edd. Sic Ed. Hub. cum Sylb. habet *plures etiam maiore*; abest *etiam* ab Edd. Crat. Magn. Par. s. a. Man. Ald. 1517. 1552. Asc. 1511. Car. Steph.; *et* abest ab Ed. prc. Vict. Rob. Steph. Ven. 1492. H. Wolf. Sturm. (in qua antecedit *maiores etiam)* Lamb. Colon. Sylb. Camer. Herw. Hdlb. Arg. Par. 1507. 1512. Lugd. Ad v. *maiore etiam* haec est Aldi Man. annotatio: „Unus *etiam maiore: Etiam* abest a septem, in quorum uno add.; *Maiore etiam*, novem. *Maiori etiam*, unus." Drsd. 1. habet *sicut aj.* Drsd. 3. *sicuti ajunt.*

Danai] „Danaus Argivorum rex quinquaginta filias habuit, quas quinquaginta filiis Aegypti fratris im matrimonium dedit." Facc.

Et si, ut aiunt, Danai quinquaginta sint filiae] „Sic dedit Graevius. Quod facilem habet explicatum, si probetur, hoc aliquando in communi fuisse proverbio: *Danai quinquaginta filiae.*

Id enim exigere videtur formula ista: *ut aiunt.* Gruterus: *Et si, ut aiunt Danai, quinquaginta sint filiae.* Lambinus: *Et si, ut aiunt, Danai, quinquaginta sunt filiae* [haec est lectio Edd. Pseudo-Lambinianarum et Goth.]. Aperta est sententia: *Si* cuiuspiam hominis *quinquaginta sint* (vel *sunt) filiae*, *ut aiunt*, et memoriae proditum est, filias *Danai* fuisse quinquaginta. Hominem vidi eruditum, qui se narraret in veterem incidisse librum manu exaratum antiqua et bona, unde abesset verbum *aiunt:* quo quidem carere sententia sine detrimento potest." Fr. Odinus (apud Olivetum). — Legitur *ut aiunt Danai* [nimirum vel: *(ut aiunt) Danai*, vel *(ut aiunt Danai)*, vel *ut aiunt*, *Danai*,] in Edd. vett. fere omnibus, itemque in Codd. plerisque. Sed *Danao* habent Codd. Duisb. Suerin. Ox. E. Edd. Asc. 1511. Colon. [quam hoc uno loco a Lamb. 1566. discedere vidimus] Ern. et sqq. Et Ernesti quidem haec est annotatio: „*Danao*, sc. fuisse. Vulgo est *Danai.* at id durum est, semperque putavi, *Danao* esse legendum. quia sic habet MS. Duisb., recepi. Est etiam sic in Ed. Med. Ven. 1471." — Th. Bentleius legit et distinguit: *At si cui ut aiunt Danao, quinquaginta sint filiae.* Non male: sed sufficit lectio e libris hausta, quamquam *at* est in Exc. Eyb. Mr. „Danai filiae apud inferos cum inexplebilibus cupiditatibus comparantur. Vid. animadversio nostra ad Plutarchum de Sera Num. Vind. p. 121. [Ed. Lugd. Bat.]" Wytt.

quinquaginta sint filiae,] Or. *sunt* enotavit ex Cod. Bas. Edd. Lambini et Suffr. Petri; nos idem reperimus in Codd. Suer. Crz. 1. (addita voce *alicui)* Drsd. 1. 2. 3. 5. et Edd. viginti veteribus. Coniunctivum habent Edd. Hdlb. Colon. Ald. 1517. 1552. Boul. Car. Steph. Sturm. Sylb. Grut. et seqq. Sed inverso ordine est in Drsd. 4. *filiae sunt.* — Fabulae fontes vid. apud Hyginum Fabb. 168 — 170. ibiq. interprr. in Ed. Mythogrr. Latt. Staveren. Apollodori Biblioth. II, 1, 5. p. 122 — 125. ed. Heyn. 2. eiusque Obss. p. 105 sq. Pergit Cod. Gud. B. cum Drsd. 4. *cui tot dotes.* Codd. Drsd. 1. 3. habent *pecuniam quaerunt.* Mr.

Quantum enim cuique satis est,] „*Opus est*, decem septem, *sat est*, unus." Ald. Man.

cuique opus est] Quod fere omnes Aldi libros occupat, *satis est*, debetur sine dubio correctori, qui cum paullo superius scriptum sit *quantum cuique satis est*, idem nostro quoque loco a Cicerone scribi debuisse existimaret. Sed recte Wyttenbachius, „Elegans, inquit, variatio est eiusdem sententiae, quam modo aliis verbis dixerat. Nam id quod *opus* est, hoc item est *satis:* quamquam differunt inter se: nam *opus* dicitur in desiderando, *satis* in possidendo." In aliam sententiam Morisotus disputat. „Hic, inquit,

locus (ingenue fateor) me diu torsit. Nam cum alii Codices habeant *opus est*, et hoc genere loquendi Cicero saepe sit usus hoc Paradoxo, sic quoque legendum videbatur. Cum vero ad haec verba, ut ante dixi, pressius attenderem, nec exemplaria deesse in quibus *satis est* legeretur, erat in hac etiam lectione specimen aliquod veritatis. Tandem huic magis adhaesimus. Quamquam nolim esse praefractior" — et quae seq. — Ex Codd. nostris et Or. nullus habet illud *satis est*, sed enotavit Or. ex Edd. Crat. Magn. Man. Hub.; nos reperimus in Edd. Car. Steph. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Aud. Tal. Sylb., itemque in marg. Edd. Boul. et Ald. 1548. In Cod. Drsd. 5. deest *enim*, in Ox. ψ. est *unicuique* pro *cuique*. Crz. 1. habet *est opus*. Drsd. 3. et Gud. B. omittunt *est*. Cod. Gud. B. habet *ut dixi ante*. Mr.

divitiarum modus.] In hanc sententiam disputans Seneca Epist. 4. extr. scripsit: *Magnae divitiae sunt lege naturae composita paupertas. Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuit? Non esurire, non sitire, non algere. — Parabile est, quod natura desiderat et appositum: ad supervacua sudatur. — Ad manum est, quod satis est.* Mr.

Qui igitur non filias plures,] Cod. Duisb. *Quid igitur? Non plures filias.* Ox. E. *cupidines* pro *cupiditates;* Gud. A. *habuerit* pro *habet.* Drsd. 5. *igitur non non filias* (sic). Crz. 3. *plures non filias.* Est etiam *habuerit* in Drsd. 1. 3. quorum prior pergit *quaeque.* Duo Aldi Man. exhibebant *quae quidem brevi temp.* idque recepit Th. Bentl., nec vero *qui quidem*, quod in Aldinis repertum receptum esse a Bentl. refert Gernh. in Add. Reperitur illud *quidem* etiam in Ox. E., eiusque vestigium esse videtur in scriptione Cod. Drsd. 1. *quaeque:* nec displicet, quia tolleretur hoc quantulumcunque est offensionis, quod inest in relativi Pronominis insuavi repetitione: quamquam tam levi auctoritati non videtur parendum, nec desunt similis structurae exempla. Pro *quae* Cod. Suer. exhibet *qui*, quod conveniret cum scriptione Cod. Drsd. 4. *exhaurire possit:* quae si placerent cuipiam, haberemus anaphoram *(qui — habet, — qui — possit)*, quae re vera est in Cod. Duisb., nec vero admodum commendandam, cum melius dicantur cupiditates exhaurire divitias, quam divitiarum possessor. Mr.

quae brevi tempore maximas copias exhaurire possint,] De scriptione *quae quidem*, et *qui — possit*, modo diximus. Accedant reliquae. Pro *maximas* est *magnas* in Codd. Bern. Bas. Guelf. Ox. N. Drsd. 1. Crz. 2. et Exc. Eyb. Tum Crz. 1. pro *copias* in contextis habet glossam *divitias*, cui vera lectio *copias*, quasi glossa,

ab alia manu superscripta est. Pro *exhaurire* est *haurire* in Codd. Drsd. 1. 3., quod ferremus apud poëtam. Pro *possint* est *possunt* in Codd. Crz. 1. Drsd. 5; in Crz. 2. *queunt*. In Ox. I. est *exhauriri*. Mr.

hunc quo modo ego appellabo divitem,] Legitur *hunc quando ego appellabo* in Codd. Crz. 2. Oxx. E. σ. Drsd. 3. Edd. prc., ap. Meus. Vict. Rob. Stepb. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Arg. Par. 1507. 1512. Lugd. Error sine dubio ex perperam lectis scribendi compendiis ortus est, quem a Victorio non esse correctum mireris. Crz 1. *hunc ego quo modo divitem appellabo.* Drsd. 4. *hunc ego divitem appellabo.* Suerin. *appello.* Gud. A. *sapientem*, pro *divitem:* quod est correstoris inepti. Ox. I. *quonam modo* pro *quo modo,* denique Ox. ψ. *hunc non appellabo divitem:* ubi vides scriptoris verba extrusa esse ab interpretis glossa supervacanea. Mr.

quum ipse egere se sentiat?] Post *ipse*, lectore nihil monito, Gruterus addidit *etiam*, quod servarunt editores seqq. Gronovius, Graevius (qui non fuit primus, ut suspiceris ex Or. annotatione) Verb. Ern. Facc. Oliv. reliqui usque ad Borg., sed iam Gernb. eam vocem uncinis inclusit, quam non agnoscunt Edd. itemque Codd. fere omnes, praeter Ox. N. Gud. A. et Drsd. 3. Abiecit item Or. et post eum Ed. Tbn. In Gud. B. et Drsd. 2. 4. est *se egere*, sono minus grato *(ipse se egere).* Mr.

Multi ex te audierunt, quum diceres,] „*Ex te*, sc. Crasse." Ern. Ad locutionem confert Borg. Cic. de Or. II, 33: *Ex eo audivi, quum diceret;* ad Famm. III, 7: *A Pausania audivi, quum diceret;* de Finn. V, 19, 54: *Equidem e Cn. Aufidio — saepe audiebam, quum se — moveri diceret.* — Codd. Drsd. 1. 3. *multi enim audierunt ex te.* Drsd. 5: *multi ex te audire* (sic) *cum neminem diceres esse divitem, qui* (omisso *nisi) exerc.* etc. Tum Drsd. 4. *suis fructibus alere posset*, Drsd. 2. *alere possit.* Suer. *posset alere*, Duisb. *dicens* pro *cum diceres.* Oxx. E. ψ. *ex suis fructibus.* Gud. A. *fructibus suis.* Mr. „*Egere* dicit Cicero graviter eum, qui cupit, quod non habet, cui nondum satis est. — Quae sequuntur, Cic. de Off. I, 8. sic refert: *ut nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in re publica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset.*" Wytt. Verba Crassi sic Graece reddidit Plutarchus in Vita Crassi 2: *Ἐκεῖνο δ᾽οὐκ εὖ; τὸ μηδένα νομίζειν μηδὲ φάσκειν εἶναι πλούσιον, ὅς οὐ δύναται τρέφειν ἀπὸ τῆς οὐσίας στρατόπεδον.* Idem retulit Plinius N. H. XXXIII, 10, Sect. 47. p. 628. Hard.: *M. Crassus negabat locupletem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset.* Mr. „*Alere* dicit Cicero, quod est latinae proprietatis, pro

sustentare; ut dicitur *alere servos, equos*, etiam pro *habere*. Quod scripsit *fructus* alibi dicuntur reditus adeoque vectigalia." Wytt. „*Esse* abest ab uno. Alias: *neminem hominum esse divitem*." Ald. Manutius. Ubi sic scriptum sit, nescio. Librum equidem, qui sic haberet, vidi nullum. Mr.

quod populus Romanus tantis vectigalibus iam pridem vix potest] „Nam populus Romanus non totum exercitum alebat, sed tantummodo dimidiam partem legionum, item equites legionarios, fabros et tubicines: reliquus exercitus dabatur et alebatur a sociis." Wytt. Qui huc faciunt scriptores abunde laudantur a Creuzero in libro, quem inscripsit Abriss d. Röm. Antiquitt. Ed. 2. p. 393 — 395. iudicio etiam interposito. Ad verba et ad rem Borg. haec: Cic. pro rege Deiot. 8: *Antea quidem Deiotarus maiores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri potest.* — *Vectigalia* in provinciis redibant vel ex *scriptura* vel ex *decumis*, vel ex *portu*. Vid. Or. pro Lege Man. 6, 15 ibiq. interprr." Quid sit *scriptura*, quae ibidem distinguitur a decumis et portorio, vid. in Ern. Clav. Cic. h. v. Mr.

Quod populus Romanus cet.] Codd. Drsd. 3. Oxx. E. I. *populo Romano:* ineptus nimirum librarius ita legebat compendium usitatum *PO. RO.* In Drsd. 4. est *romanus populus*. Ii libri, qui habent *populo romano*, Oxx. E. I., Drsd. 3., in seqq. exhibent *vix potest contingere*, quod addidit corrector, ut aliquid certe intelligi posset, quamquam parum apta est correctio. Sed ex iis quoque, qui habent *populus Romanus*, Codd. Drsd. 1. 4. Suerin. additum habent illud *contingere*. Pro *tantis* est *ex tantis* in Codd. Crz. 1. 3. et octo Codd. Aldi. — Cod. Crz. 1. habet *iam vix pridem*. Pro *potest* est *potuit* in Codd. Crz. 2. Drsd. 4. Illud *ex tantis* occupat multas Edd., imo omnes, ante Gruterum, exceptis Ed. prc. Vict. et Rob. Steph. Et Gruterus quidem „Particulam *ex*, inquit, abieci ut non necessariam ex fide librorum scriptorum et ex impressis vetustissimi cuiusque: neque aliter Victorius." Sed quod ex nulla enotavit Ed. vetere Or., prava lectio *populo Romano — potest contingere*, exhibent multae e nostris: Ed. ap. Meus. Ven. 1492. 1514. Hdlb. Asc. 1511. Par. 1507. 1512. Arg. Lugd. Par. s. a. Dav. Mr.

Ergo hoc proposito nunquam eris dives ante, quam] Pro *ergo* est *igitur* in Cod. Crz. 3. Edd. prc., ap. Meus., Lamb. Suffr. Petr., nostris Dav. Hdlb. Lugd. Par. 1507. 1512. Arg. Ven. 1492. 1514. Mr. „*Hoc proposito*, i. e. si hoc tibi, Crasse, proposueris, neminem esse divitem, nisi qui etc." Wytt. Similiter scripsit Cic. de Finn. IV, 19, 54: *his propositis tenuit prorsus consequentia.* — Pro *hoc* est *horum* in Ox. ψ. Inde a Grutero in Edd. scribitur

ante, *quam*: in prioribus iunctim *antequam*. Vocem *tibi* omittunt Codd. Crz. 2. Gud. B. Oxx. I. U. In Ox. E. et Drsd. 2. est *ex tuis copiis*, pro *possessionibus*. In Codd. Crz. 1. et 2. est *tm̄*, pro *tantum*, quo compendio in plerisque libris significatur *tamen*. Mr.

tantum reficiatur,] „*Refici* dicitur id, quod capitur: *reficere* est *restituere*. Exemplis intelligitur. Lib. III. in Verr. [50.] *Dominus ignarus incommodi sui*, *gaudeat*, *villicoque delectetur*, *quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit*, et ibidem *ager reficit cum octavo*, sic enim legendum. Et Varro lib. I. de Re Rust. [24.] [*Hostum vocant*, *quod ex uno facto olei reficitur*.] Dixit etiam Celsus Iurisc. in Pandectis lib. XIIX. [locus est Digest. Lib. L., Tit. 16. Leg. 88:] *Tantum quisque pecuniae relinquit*, *quantum ex bonis eius refici potest*.“ Ald. Man. Ad quem locum Frc. Modius: „*Ἀθροισθῆναι*, Eclog. ibid. id est *redigi*. l. 82. sup. ad leg. Falcid. hinc *refecta pecunia*, i. e. *redacta*. l. 3. in fin. sup. de usuris l. 1. §. 10. s. de collat. bon.“ Ern. in Clav. Cic. dicit: „His locis *reficere* esse videtur pro *conficere*, quod de eadem re dicitur, ut et *efficere*. Sed est, ut vere dicam, *reficere* nihil aliud, in his quidem locis, nisi *conficere pecuniam* ex aliqua re, in qua pecuniam tuam collocaris, ut non tam accipias, quam recipias pecuniam. Sic plane est apud Varronem R. R. I, 2, 8: *reficere sumptum et impensum*. Sunt tamen alii loci, in quibus simpliciter est *conficere*. Vid. Gronov. ad Liv. 35, 1.“ — Quid intersit inter *reficere* et *conficere* commode docet locus Verrinarum, quem supra laudavimus, III, 50: ubi haec antecedunt: *Ut si qui villicus ex eo fundo*, *qui sestertia dena meritasset*, *excisis arboribus ac venditis* —, *pecore abalienato*, *domino XX millia numum pro X miserit*, *sibi alia praeterea centum confecerit*; *primo dominus*, *ignarus* etc. Ceterum pro *reficiatur* Ox. η. habet *reficietur*, Duisb. glossam *referatur*. Mr.

ut eo tueri — possit] Multi et scripti libri et editi habent *ut ex eo*, (ut paullo superius *ex suis fructibus*, *ex tantis vectigalibus)* neque melius, quam his, quos modo significavi, locis. Et abest illud *ex* a decem Codd. Aldi, Gud. A. Oxx. I. N. U. η. σ. Suerin. (qui *ex* supra lin. additum habet) Crz. 3. Drsd. 2. Duisb. Edd. prc., ap. Meus., Ven. 1487. 1492. 1514. Hdlb. Paris. 1507. 1512. Lugd. Arg. Vict. Rob. Steph. Suffr. Petr. Ald. 1548. Gron. Verb. Ern. Olivet. seqq. (nec vero Facc.). Quod h. l. dicit *tueri*, paullo superius dixit *alere*. Sed, ut nostro loco Cicero, ita locutus est Plinius loco paullo superius laudato, 33, 10, 47: *qui reditu annuo legionem tueri possit*; sed Cicero quoque in Or. pro rege

Deiot. 8: *maiores copias alere poterat* (Deiotarus): *nunc exiguas vix tueri potest.* Quod vero dicit Cicero *sex legiones*, totidem legionibus eo tempore iustum exercitum constitisse monet Facciolatus. Numerum (*sex*) omittit Cod. Ox. ψ. Cod. Gud. A. habet *VII.* Mr.

Sex legiones] „Sic omnes mei. Dixi lib. I. Offic. [nimirum in Commentario ad Cic. de Off. I, 8. p. 31. ed. Graev.] *quattuor* legiones, non *sex*, fuisse exercitum P. R. et ita puto legendum. Fluxit error e similitudine, quae est inter IV. et VI." Ald. Man. Neminem obsequentem habuit Aldus, neque, ut ait Gernh., cuiquam persuasit, eum numerum legionum hic retinendum esse, qui ante bellum Punicum secundum iustus fuit, sed a I. Caesare ad decem auctus. Mr.

et magna equitum ac peditum auxilia possis.] Cod. Gud. A. *at magna.* Codd. Drsd. 1. 3. 5. *et peditum.* Vox *auxilia* deest in Ox. ψ. Ad sententiam loci monendum est, etiam Franciscum Sylvium dubitasse de veritate lectionis *sex legiones.* Dicit enim: „Si locus emendatus est, significat Cicero, in Romano exercitu sex legiones esse solitas. Verum apud Livium saepe invenire licet legiones quatuor fuisse in exercitu consulari. [Pergit laudans locos Livii e libro octavo, XXI. et XXII, qui vero non infra tempora belli Punici secundi descendunt. Gravius est, quod ex Vegetio profert, dicens:] „Scribit Vegetius [qui vixit seculo p. C. n. quarto] in libro secundo, [cap. 4. p. 33. ed. Stewechii et Modii. Lugd. B. 1607. 4. p. 33. ed. Bip.] *se in omnibus auctoribus invenisse, singulos Consules adversus hostes copiosissimos non amplius, quam binas legiones, additis auxiliis sociorum duxisse.* [*Tanta*, (sic pergit Vegetius) *in illis erat exercitatio, tanta fiducia, ut cuivis* (Bip. *cuicui*) *bello duae legiones crederentur posse sufficere.*] Idem paullo ante scribit [cap. I. p. 31. St. p. 31. Bip.] *auxilia a sociis vel foederatis gentibus mitti solita.*" Sed manifesto de antiquissimis temporibus loquitur Vegetius. Mr.

Iam fateris igitur, non esse te divitem,] „Sic quattuordecim. Duo: *iam fateris igitur te esse non divitem.* Unus: *iam fateris igitur non esse divitem.* Unus: *iam fateris ergo non esse divitem.*" Ald. Man. Cod. Duisb. *Iam fateris ergo.* Omissum est *te* in Ox. ψ. Drsd. 4. et Gud. B. Legitur *te non esse divitem* in Codd. Gud. A. Suerin.; *te divitem non esse* in Cod. Crz. 1. Tum Drsd. 4. *cui tantis desit;* Crz. 1. 2. rursus habet *tm̄*, quod quamquam plerumque significat *tamen*, nibilo minus legendum videtur *tantum.* Crz. 1. et Ox. E. *ut non expleas:* quod est correctoris parum latini. Sed altera manus in Crz. 1. *non* delevit.

Pro *exoptas* legitur *optas* in Codd. Gud. A. B. Suer. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Crz. 2.; in Oxx. E. η. σ. ψ. *optes*, Ox. I. *exoptes*. Elegantius scilicet. Mr.

Itaque istam paupertatem — egestatem — mendicitatem] Codd. Ox. I. Drsd. 5. *istam paupertatem tuam*. Crz. 1. *vel egestatem potius*. Drsd. 1. 3. *aut mendicitatem*. Drsd. 5. *ac indicitatem;* Drsd. 4. *ac mendacitatem nunquam obsecro tulisti*. Egregie. Gud. B. *ob nunquam tulisti*. Mr. „*Vel potius egestatem* correctio [ἐπανόρθωσις] est. *Paupertas* nonnunquam honesta est. *egestas* vero semper turpis. Apud Virgilium libro 6. Aeneid. *turpis Egestas* in vestibulo inferorum habitat.“ Frc. Sylv. Locus est Aen. VI, 276: *et Metus, et malesuada Fames, ac turpis Egestas*. Mr. „*Paupertas*, Graece πενία, est, si quis aut nihil aut pauca possidet: quo in statu potest vel suae paucitate possessionis contentus esse, vel non esse contentus. *Egenus* dicitur, si quis sentit sibi deesse et hoc vehementer appetit: qui affectus potest cadere vel in pauperem vel in divitem. Graece ἐνδεής et egestas ἔνδεια. *Mendicus*, πτωχός et πτωχεία, dicitur, si quis publice ab aliis stipem rogat sive munusculum. De differentia hac elegans est locus in Aristophanis comoedia, quae inscribitur Plutus.“ Wytt. Est Pluti Aristophanei locus v. 549—554. ed. Hemst., 545—550. Both. Accurate de eorum verborum differentia egit Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III, p. 111—120. nec nostri loci oblitus. Conf. eiusd. Handb. d. Lat. Synon. p. 165 sq. Schmalfeld. Lat. Synon. p. 152 sq. ed. 2. Schultz. Lat. Synon. p. 259 sq. Nec contemnendus est Ausonius Popma De Differentiis verborum, p. 539 sq. 293 sqq. 477. ed. Messerschm. Ad verba confert Borg. Orat. Catilin. IV, 5: *ut omnes animi cruciatus et corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur*. Mr.

Nam ut iis,] Solita confusione legitur *his* in Codd. Crz. 2. 3. Gud. A. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Edd. Hdlb. Par. 1507. 1512. 1543. Ven. 1514. Arg. Lugd. Solus Crz. 1. exhibet *illi, qui — quaerit*. Cod. Drsd. 4. *uti is*. Gud. B. *uti his*. Idem omittit *qui*. Gud. A. omittit *rem*. Mr.

qui honeste rem quaerunt] Cod. Suer. *honestate rem qu.* Codd. Crz. 1. Drsd. 4. *honestam rem;* Drsd. 5. *honestatem quaerunt*. Cod. Crz. 2. *honeste quaerunt*, omisso *rem;* sed idem in sequentibus, post *dandis*, insertam habet vocem *victum*, ut appareat, Codicem, ex quo Crz. 2. descriptus est, pro *rem* habuisse glossam, non admodum aptam, *victum*, quae a librario loco non suo in contextum est recepta vel potius intrusa. *Rem quaerere* Wytt. explicat *possessionem acquirere;* aptius Forcellinus in Lexico:

conari rem familiarem augere, studere lucris. Pro *quaerunt* est *quaerit* in Ox. ψ. Quod sequitur *mercaturis faciendis*, similiter plurali numero usus est Cic. in Verr. Act. II. L. 5, 28: *cum mercaturas facerent aut aliquam ob causam navigarent*. Mr.

operis dandis] „Mercedis causa, inserviendo aliis. Sic omnes mei. Alias *locandis* i. e. operariis." Ald. Man. „i. e. operas suas locando." Frc. Sylv. H. Wolf. postquam eadem posuit, quae Aldus, addit: „Quicquid enim servi artibus et laboribus suis acquirebant, id ad dominos redibat. Hoc modo Crassus non modo areas [i. e. loca, in quibus aedificari poterat,] vacuas, combustis a Sulla domibus adversariorum, vendidit, sed etiam quingentos servos fabros emptoribus arearum locavit ad aedes exstruendas." Similiter Car. Langius: „*operas dare* est servorum operas locare, id quod Cato laudat in patre familias. Plinius certe notat hoc Crassum fecisse." Eos corrigere studens Graevius, frugibus inventis ad glandes rediit, scribens: „Hoc nimis γενικῶς. Cogitabam aliquando *operas dare* esse, mancipem operarum esse, qualis Vespasiani proavus Flavius Petro fuisse credebatur, de quo Sueton. in Vespas. [c. 1.] *Iactatum a quibusdam, Petronis patrem fuisse mancipem operarum, quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solerent.* — *Operae* sunt operarii. Horat. [Sat. II, 7, 118:] *accedes opera agro nona Sabino.* Sed tamen rectius puto *operas dare* hic esse publicanis servire, aut esse publicanum. Cic. Ep. 65. lib. XIII. ad Famm.: *Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas — est:* h. e. qui vicarius est magistri illius societatis. Orat. II. in Verr. c. 70: *Canuleius vero, qui in portu Syracusis operam dabat*, h. e. qui erat inter publicanos, qui Syracusis portorium exigebant. Sic et alibi Cicero." Vere monet Gernh. Graevii explicatione explicari potius sequentia: *publicis sumendis*. Quod supra monuimus esse *honestate* pro *honeste* in Cod. Suer., idem operarum errore esse in Ed. Lamb. 1566. monet Or. (quod nos etiam in nostro exemplo reperimus), idem est in Ed. Colon. 1576. quae (sola omnium nostrarum) Ed. Lambini contextum exhibet. In eodem, quem modo laudavi, Cod. Suerin. pro *operis* est *operibus*. Mr.

operis dandis] „Alii mercaturas faciunt, alii operam dant facientibus. Sed hic de operis universe loquitur, quae ad rem faciendam impenduntur. Late enim patet haec vox et ad quodlibet genus transfertur. Vide Orat. pro Muraena cap. 9. Facc. „Idem est, inquit, quod locandis sc. ad aedificationes, quod erat redemtorum et conductorum: quod erat genus pecuniarum quaerenda-

rum, cuius multa mentio apud Ciceronem, inprimis in Verrinis, ut Verr. I, 56. ad Quint. fr. III, 1, 2." Ern.

operis dandis,] „Operae dantur, si quis operarios vel conducit vel possidet, eosque dat, i. e. elocat, certa mercede." Wytt. Sequitur in Cod. Drsd. 5. *publicis tributis sumendis*, et eadem glossa addita, Cod. Suer. *publicis sumendis tributis.* — „*Publicis sumendis: publicis tributis sumendis* quattuor. *Publicis dandis sumendis* [repetita voce media ex proxime antecedentibus,] esse in quodam vetere alii scribunt. Intellige: conducendis vectigalibus, quod publicanorum erat." Ald. Man. „i. e. redimendis, conducendis aedibus publicis vel sacris reficiendis. Similiter de decumis. Verr. III, 64: *Nam nisi ita esset, cur tu Apronium malebas, quam Minucium, decumas agri Leontini sumere?* Opus publicum memoratur de Harusp. Resp. 8." Borg. — „*Publica sumit*, si quis publicum opus conducit, veluti ab aedilibus aut censoribus pontem aliquem reficiendum s. struendum, certa pecunia. Graece *δημόσιον ἔργον λαμβάνειν.*" Wytt.

opus esse quaesito] „Eos non contentos esse re sua familiari, non habere satis." Manut.

opus esse quaesito] *Opus* omittit Ox. *σ.*; vocem *esse* Ox. *ψ.*, *esse opus* habent Gud. B. et Drsd. 4. „*Quaesitum* i. q. quaestus, i. e. lucrum." Wytt. Verba *domi tuae* omittunt Codd. Gud. A. B. Crz. 2. Drsd. 4. Absunt eadem a Codd. Bas. et Guelf. Pro *pariter* est *partem* in Codd. Oxx. *σ*, *ψ*. Gud. A. B. Crz. 1. (in hoc a pr. m.) Crz. 2. Drsd. 1.; in Drsd. 3. *patrem.* Mr.

accusatorum atque indicum] „Hic plane legendum censeo *accusatorum atque indicum*, multoque adeo magis quam supra [Par. V, 3.]: *index vero quantum habet dominatum!*" Lambin. [Perperam in lemmate Ed. Lamb. 1566. legitur *iudicum*, qui error item est in Ed. Graev.; sed etiam in ann. ipsa est *iudicum* in Ed. Colon. et Lamb. 1580 (nec vero in Ed. Arg. 1581.): quem errorem recte reprehendit F. N. Kleinius, qui a. 1830. edidit Emendatt. Lambinianas.] „Miror Gruterum hic secutum esse Lambini coniecturam [quae est item lectio Vict. et Rob. Steph.] contra Codicum omnium fidem. Accusatores et indices iungi nec rarum nec flagitium est: quin semper iungebantur. Accusatores enim indicum testimoniis nitebantur. Sed accusatores et iudices coire flagitiosum est. Iudex enim nec partes facere nec sequi debet. Conveniebant autem, ut corrumperentur iudices ad damnandos reos, quorum bonis inhiabant. In Pithoeano Codice et alio MS. *domi tuae*, et pro *pariter* scribitur *partem:* hoc modo: *qui videt domi tuae partem accusatorum, iudicum consociatos greges.*" Grae-

vius. „*Accusatorum*, quos Crassus subornabat ad homines locupletes criminandos. *Iudicum*, quos Crassus corrumpebat, ut sontes absolverent: fortassis et ipse praedae illius particeps, ut non tantum a nocentibus pecuniam extorqueret, sed ab accusatoribus etiam et iudicibus acciperet.“ H. Wolf. *Accusati* et *iudices* conveniebant clam apud Crassum, et ipso arbitro transigebatur cum iudicibus, ut certa pecunia accepta *accusatum* absolverent.“ Wyttenb. „Act. 1. in Verr. 13: *Quod inventus est senator, qui, quum iudex esset, in eodem iudicio et ab reo pecuniam acciperet, quam iudicibus divideret, et ab accusatore, ut reum damnaret.* Conf. Verr. II, 32. Phil. V, 6.“ Borg.

accusatorum atque iudicum] „Consociatio haec praevaricationes et corruptelas significat.“ Facc.

accusatorum atque iudicum] Cod. Crz. 2. *acquisatorum* [sic], omisso *atque;* tum idem *sociatos*. Ox. E. pro *atque* habet *ac*. Lambinianum illud *indicum* placuit etiam Grutero, qui tamen, ut in multis, non Lambinum, sed Victorium, sequi voluit. Sed etiam O. M. Müller in Curis secundis ad Or. pro Sest. p. 93. errore contendit ab Orellio praeferri *iudicum*, cum longe diversus sit locus §. 40. [*iudex vero quantum habet dominatum!*] Concedo diversos esse locos: sed recte iudicasse et verum vidisse existimo eos viros, qui praetulerunt *iudicum*. Adde nos de simili confusione ad Cic. de Rep. VI, 6. p. 464. Mr.

consociatos] „Sic omnes mei. Alii *consuetos*. — *Iudicum*. Sic omnes mei. *Indicum* alii.“ Ald. Man. In Ed. Ven. 1514. est *iudicium*. In marg. Ed. Crat est *consuetos greges*, quod fortasse ex glossa inutili *confertos* vel *consertos* ortum est. Mr.

nocentes et pecuniosos reos] „Verr. Act. I. c. 1. *Inveteravit enim iam opinio perniciosa reip., vobisque periculosa, quae non modo Romae, sed et apud exteras nationes omnium sermone percrebruit, his iudiciis, quae nunc sint, pecuniosum hominem, quamvis sit nocens, neminem posse damnari.* Utrumque valet ad iudicum corruptelam. Nam qui innocens est, iudices non vult corrumpere: qui pecuniosus non est, non potest.“ Frc. Sylv. Confert etiam Borg. Cic. Act. in Verr. I, 16: *Possitne homo nocentissimus pecuniosissimusque damnari?* Anth. Lat. III, 73. p. 512:

Nec iam divitibus tollunt sua crimina numi:
Sed quos lex damnat, gratia solvit opum. Mr.

eodem te auctore] Cod. Crz. 2. *vel eodem*, Drsd. 4. *esse eodem*, omisso *te*, quod omisit etiam, cum Lambino, Ed. Colon. Pro *auctore* est *actore* in Ed. prc. Mog. 1465. et var. Magn. itemque in Cod. Ox. ψ.

et uno Aldi. In Drsd. 1. et 3. est *eosdem te auctore.* Pergit Ox. E. *corruptelam iudicii sive officii*, ubi habes glossam vel correctoris alicuius suspicionem in contextum receptam. Oxx. I. N. *corruptelam iudicum*, quod est interpretis. Tum Crz. 1. *mollientes.* Mr.

tuas mercedum pactiones in patrociniis] *Tuas* omittit Cod. Ox. I. In Drsd. 5. est *suas mercedum petitiones.* Ad rem Frc. Sylvius: „*Corruptelam* usitate dixit: *corruptio* autem vix latine dicatur. Ut libro de Legibus I. [12.] *Tanta est corruptela malae consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi exstinguantur a natura dati.*" Ad seqq. idem: „*Crassus* etiam improborum hominum causas et patrocinia suscipere solebat." Mira est lectio Cod. Duisb. *duas mercedum pactiones:* ubi in marg. glossa est addita: *Duplex pactio mercedum.* Docte scilicet. Pergit Cod. Drsd. 3. *in provinciis*, Ox. N. *in patrimoniis.* Mr. „*Mercedum pactiones* i. e. ut pro patrocinio et causa alicuius rei defendenda mercedem paciscaris. Nam mercedem pacisci aut accipere pro patrocinio non satis honestum habebatur, neque unquam factitavit Cicero teste Plutarcho in eius Vita." Wyttenb.

mercedum pactiones] „Lege Cincia poena constituta erat in eos, qui pecunia et pactionibus patrocinia exercuissent. Repugnabant etiam patrii mores, ut in l. 1. Officiorum c. 14." Facc.

intercessiones pecuniarum] „Libri omnes MSS. habent *intercidas;* vulgares *intercisas*, quod vocabulum nescio ubi legisse recordor haud dissimili significatione. Qui locus quia non occurrit, *intercessionem* supposui, cuius significatio hic non aliena est." C. Lang. „*Intercessus* emendandum censeo, propius accedens ad scripturam veterem, quam Langius, qui reponit *intercessiones*, quod idem valet." Lambin. „Libri veteres *intercisas* aut *intercissas.* Pater ante multos annos reponendum putavit *intercessiones.* Quam coniecturam docti viri probarunt, et sibi illam, tanquam suam, vindicarunt, aliique tanquam illorum agnoverunt. Usitatum est Ciceroni verbum *intercedendi*, tum scilicet, cum spondemus nos aliquid pro aliquo soluturos esse. Phil. II, 18. *Orabat Curio, ut te contra suum patrem, si HS. sexagies peteret, defenderem: tantum enim se pro te intercessisse dicebat.* Et ad Att. I, 14: *Arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit;* et l. VI, 1: *Adscribit etiam et quasi calcar admovet intercessisse se pro iis magnam pecuniam.* Quae partim ad hunc diem observata non sunt, partim intellecta perperam: cum putaverit nescio quis, *intercedere*, in his quidem locis, esse pro rogando impetrare." Ald. Man. In hanc sententiam etiam disputat Pareus, Lex. Crit. p. 628. a. et

Sylburg. ad nostr. locum. Frc. Sylvius, qui illam emendationem non noverat, lectionem *intercisas* explicabat „interpositas aut definitas", nimirum pactiones. — „Assentirem Lambino, si *intercessus* legi atque in hac notione reperiri constaret. Itaque recepi, cum Langio, Lambino, Manutiis, *intercessiones*, hoc est sponsiones interposita fide sua, se soluturum pro iis, ni ipsi solverent, quam promittebant, pecuniam, ut fecit, cum creditores C. Iulium Caesarem, a praetura in Hispaniam ulteriorem iturum, retinerent, quos interventu Crassi inprimis removit teste Plutarcho in eius vita [c. 12.]. In Gruteriano [*intercisas*] nullus sensus ex his verbis, ut ibi iacent, potest elici, nec est unde pendeat *pecuniarum.* Sic enim in illa habetur: *qui tuas mercedum pactiones intercisas*, *pecuniarum in coitionibus candidatorum.* Haec nec ipse Loxias Apollo intelligat." Graevius. Sic usurpabatur a iureconsultis aliud quoque verbum, quod laudat Pareus l. c. ex Celso ICto, Pandect. L. 17. tit. 1. l. 48: *Q. Mucius Suaevola ait: Si quis sub usuris creditam pecuniam fideiussisset;* h. e. intercessisset. — „*Intercessiones* dicuntur in re pecuniari [volebat, opinor, B. *pecuniaria*], ut *interponere* usurpatur pro Milon. 9: *Convocabat tribus*, *se interponebat.* Conf. Corn. Nep. Att. 2, 4. et 9, 5." Borg. — „i. e. quum candidati aliquod munus petunt et de hac petitione coitiones habent, i. e. conventus ad mutuas conditiones faciendas, ut alter alteri cederet accepta pecunia; tu *te* arbitrum et pecuniae datorem *interposuisti*, magno scilicet foenore. Conf. ipse Cic. ad Q. Fr. III, 1." Wyttenb. Restat, ut nostrorum librorum lectiones addam. Si ex silentio collationum concludere licet, non sine auctoritate Codicum est lectio *intercessiones*, sed habent Ox. U. Gud. A. Drsd. 1. 3. 4.; habet item, ut diserte scribitur, vetus Caroli Stephani: sed inde a Gronovio Edd. omnes; ante Gruterum *intercessiones* habent Lamb. Colon. Lambb. Goth. et marg. Edd. Boul. et Aud. Tal., itemque Ed. Petri Suffr., et, si fides collationi, Ed. ap. Meus. Unus Cod. Suer. exhibet *inter homicidas pecuniarum;* Ed. prc. *intercidas;* Ed. Hdlb. s. l. et a. *incisas*, Gud. B. *int'cisae;* reliqui omnes, et scripti et editi, habent *intercisas*, Guelf. solus *int'cias.* Pergit Drsd. 5. *pecuniam.* *Intercessiones* Gernhardus se etiam reperisse refert in Ed. Lugd. 1556. Mr.

in coitionibus] Solus Ox. E. *et in.* Sequitur *contionibus* in Codd. Oxx. η. ψ. Gud. A. B. Drsd. 5. et Ed. Par. 1507; *concionibus* in Codd. Suerin. Drsd. 1. 2. 3. 4. Crz. 3. Edd. Hdlb. Ed. ap. Meus. Par. 1512. 1543. Herw. Crat. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511. Ald. 1517. 1552. Rob. Steph. Sylb. Lugd. Arg. Aud. Tal., sed haec in marg. habet *coitionibus.* In Crz. 1. 2. Oxx. E. I. N. U.

est *conditionibus*, quod ferri posse existimabat Gernh. Sed in Crz. 1. correctum est *coibus*. Reliqui habent *coitionibus*. Hanc veram lectionem esse iam vidit H. Wolf., qui ita ad h. l.: „*Concionibus* inepte legitur. *Coitiones* alioqui conspirationes sunt et factiones. — Puto hic significari conventicula candidatorum, qui et ipsi, ut accusatorum et iudicum greges, Crassi domum frequentarint, quo facilius magistratus obtinerent.“ Mr.

dimissiones libertorum] Verba *dimissiones* — *provincias* exciderunt in Cod. Drsd. 4. Ad v. *coitiones* monet Borg., hanc vocem cum verbo *coeundi* semper fere accipi im malam partem: coll. Graev. ad Or. pro Cluent. 52. Gron. et Drak. ad Liv. IV, 13. Simili potestate *conventus* dici apud Sall. B. Cat. 30. — Pro *libertorum* Cod. Suer. habet *liberatorum*. Mr.

Ad fenerandas] „Sic duo. Ad *defenerandas*, septem. *Ad differendas*, duo. *Ad deferandas* deletum, et add. *ad defendendas*, unus. *Ad devenerandas*, unus. *Ad deferendas*, tres. *Ad defferendas*, duo. *Ad diferendas*, unus.“ Ald. Man. Est *defenerendas* in Oxx. E. I. U. η. Bas. Duisb. Crz. 2. Drsd. 1. 3. Edd. Lamb. Suffr. Petr. Hub. Grut. (qui haec annotavit: „Liber scriptus Gulielmi *deferendas*, unde ipse putabat aliquando legendum *differendas*“) Colon. H. Wolf. Gron. Graev. Facc. Oliv.; in Crz. 1. (a 1. m.) *defendendas*, (supra lin. *fenerandas*, cum glossa *ad usuram)* itemque Gud. A.; in Gud. B. *ferendas*, in Ox. N. *defenandasque*, in Oxx. σ. et ψ. Drsd. 5. Suer. Ed. prc. *deferendas*, in Drsd. 2. *deserendas*. Reliqui exhibent, et scripti et editi, *fenerandas* v. *foenerandas*; de cuius verbi scriptione vid. Aldi Manutii Orthogr. p. 41. Cellarii Orth. Lat. ed. Harles. p. 235 sq. G. F. Grotefend. Gramm. Lat. T. II. §. 132. p. 166 sq. Mr. — „Pecunias in provinciis fenori locandas, quod maxime usitatum *equitibus* fuit, et provincias exhausit. *Defoenerandas* natum videtur e lectione Ed. Colon. [nec vero nostrae] *deferendas*, quoniam *defoenerari* a scriptoribus ecclesiasticis usurpatur. Vid. Gronov. Obss. in Scr. Eccl. p. 10. Ut hoc negotium erat *equitum*, ita *redemptorum* erat et *conductorum*, pecuniam quaerere *operis dandis*, i. e. locandis, scilicet ad aedificationes, cuius rei multa mentio apud Ciceronem, in primis in Verrinis: *publicanorum* denique erat *publica sumere* i. e. redimere, ut vectigalia.“ Ern. „*Defoenerandas*, i. e. foenore opprimendas et iniquis usuris onerandas. Praetores et proconsules plerique luxu et rapacitate sua provincias exhauriebant, quae deinde a Romanis locupletibus pecuniam foenore accipiebant eoque intolerabili.“ H. Wolf. Ad rem laudat Gernhardus Cic. in Verr. II, 70. et seqq.

Pro *provincias* Cod. Gud. A. habet *provintiis* (sic) *pecunias*. Cod. Suer. omittit *que*. Mr.

defoenerandas] foenore demergendas. Nemo ex Latinis praeter Apuleium imitari verbum hoc ausus est. Sed locus non caret mendi suspicione. Facc.

ad fenerandas] „In prioribus Editt. legitur *defenerandas*, quod magis convenit cum sententia Ciceronis, i. e. aliquem fenore exigendo vexare, exhaurire. Semel hic dictum a Cicerone *defenerari:* hinc tamen duxit Appuleius in Apologia [p. 322, 21.]. Utebantur autem ad hoc suis libertis, qui commendati erant magistratibus Romanis in provinciis, apud quas hanc pecuniam in fenore posuerant. Multa eius rei exempla sunt apud Ciceronem in Epistolis et Orationibus. Idem etiam est argumentum Plutarchi in libro de vitando aere alieno." Wyttenb. Satis significatur verbo simplici *fenerandas*, quod vult Cicero, cum additum sit *diripiendasque:* quare non necessarium videtur vindicare Ciceroni verbum, cuius duo substantiva, *defeneratio* et *defenerator*, nemo habet praeter Augustinum, Participium autem *defeneratus* cum Appuleio solus habet Scholiasta Ambrosianus ad Fragmm. Cic. in P. Clodium et Curionem p. 92. ed. Beier. p. 332. Ed. Orellii et Baiteri. Mr. „*Fenerari provinciam* nove dictum est, quamvis *fenerari pecuniam* et *beneficium* alibi dicat Cicero: ut Act. in Verr. [II. L. II, 70.] *Idem praeterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur;* et in libro de Amic. [9.] *Neque enim beneficium feneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus.*" Frc. Sylv.

qui expulsiones vicinorum,] Vox *qui* abest a Cod. Drsd. 4. In Gud. A. legitur *vitiorum*. Egregie scilicet. Ad verba confert Borg. Cic. Philipp. XIV, 3: *aut eiiciunt vicinos*. — „In agris fiebant expulsiones vicinorum i. e. a vicinis agros exigebant parvo oblato pretio, quod ii si nollent accipere, eos per vim expellebant. *Latrocinia* autem *in agris* faciebant, cum homines liberos iter facientes per hos agros exciperent et in servitutem redigerent." Wytt. „*Expulsiones*, sc. ex agris, quos occuparant potentiores et opulentiores aut vi et calumniarum metu, aut pretio non iusto, aut usurpatione et furto. Hinc illa latifundia Romanorum nobilium, de quibus multa multis in locis apud Plutarchum. Inde et Flor. III, 14. de Gracchо: *depulsam agris suis plebem miseratus est.*" Graev. Addit Gernh. Cic. pro Milon. 27, 74. ubi Clodius dicitur pepulisse suis possessionibus Q. Varium, T. Pacuvium, T. Furfanium, Appium fratrem. Mr.

latrocinia] „Rapti per agros viatores, ut est in Suetonio de

Augusto cap. 32." F a c c. „Addit Suet. sine discrimine liberi servique, ergastulis possessorum supprimebantur." G h.

cum servis, cum libertis,] Legitur *cum l i b e r i s* in Codd. Oxx. E. U. η. σ. ψ. Duisb. Crz. 1. Drsd. 2. 3. 5.; desunt haec duo vocabula in Codd. Crz. 1. et 2. Pergit Cod. Gud. B. *cō dientibus.* Crz. 3. *cum clien t u l i s.* M r.

societates,] De societatibus iis, quae in negotiationibus iniri soleant, est in libro Iustiniani Institutionum tertio." F r c. S y l v. [Est Libri III. Tit. 25 (26.) p. 148 sq. Ed. Schrad. min., p. 548—554. Ed. maj.] „Sunt mercaturae et quorumcunque negotiorum; in quam societatem si herus servos, aut patronus libertos et clientes assumeret, maius fiebat lucrum: quod item Cato fecit, quamvis vir optimus. Tria autem sunt genera hominum alienorum a nobis pendentium: primum servi, tum liberti, i. e. a nobis e servitute in libertatem dimissi, denique clientes, qui nobis per ius clientelae coniuncti sunt: de quibus vid. Ern. Clav. Cic. v. *Cliens.*" W y t t. Add. Dirksen. Manuale Latinit. Font. Iur. Civ. Rom. ead. v. eundemque v. *Societas.* Quid Niebuhrius de Clientibus in Histor. Rom. statuerit, notum est. Conf. Pauly Encyclop. v. *Cliens.* M r.

qui possessiones vacuas etc.] „Est ἓν διὰ δυοῖν: i. e. qui recordetur multas pessessiones vacuas factas per proscriptiones locupletium, qui ut proscriberentur per te, Crasse, in primis a Sulla impetratum erat: tu tunc proscriptorum vacuas possessiones occupasti, aedium areas incendio absumptarum emisti, quam fieri potuit, minimo, itemque bona proscriptorum pretio minime magno. Qua de re multus est Plutarchus in Vita Crassi. Add. Cic. pro Rosc. Am. 8." W y t t. Ad v. *Possessiones vacuas* laudat Borg. Brissonium de Verbb. Signif. ib. Auct. ad Herenn. IV, 29. coll. Heinrich. ad Or. pro Tull. 13. Corn. Nep. Timol. 3: *Bello vacuefactas possessiones.* Quibus add. Dirksen. l. c. v. *Vacuus:* in primis autem vid. I. G. Huschkii Analecta Litteraria p. 124 sqq. Mr.

possessiones vacuas] „unde eiecti domini, aut proscripti, aut caesi, dominante Sylla, qui ne municipiis quidem pepercit, undique praedatus." F a c c.

qui proscriptiones locupletium,] „Cum Sulla victor proscriberet eos, qui Marianas partes secuti erant, multos ex locupletibus simul proscripsit, ut eorum bona publicarentur. Q. Aurelius nullis se negotiis implicans, forum ingressus, proscriptorum nomina legebat, in quibus cum se ipsum comperisset, Albana, inquit, villa me proscripsit. Paullulum progressus iugulatus est. Auctor est Plutarchus in Vita Sullae." F r c. S y l v. [Cap. 31. Laudat praeterea Gernh. ad rem Dion. Cass. fragm. Peiresc. LXXVI. Flor. III,

21. Oros. V, 21. Vellei. Paterc. II, 22. apud quos vid. qui laudantur ab interprett.] Formam *locupletium* habent libri paucissimi, in quibus num sint ponendi Oxonienses, ad Ed. Oliveti, quae habet *locupletium*, collati, dubito. Est tamen in Codd. Crz. 3. Gud. B. Duisb. et, ut videtur, in Codd. ab Orellio collatis. Edd. inde a Grutero eam habent omnes: ante Gruterum Edd. Hdlb. Ven. 1492. Par. 1512. Arg. Lamb. Colon. Vid. nos ad Cic. Tuscc. V, 20, 58. p. 119. T. III. ibiq. laudd., quibus adde Harles. ad Cic. Verr. Act. II. L. III, 51. p. 98. P. II. coll. ib. p. 420. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. p. 94. ibiq. laudd. ab Haasio annot. 82. 83. In reliquis est *locupletum*, quod cum reprobasset F. A. Wolfius ad Cic. de N. D. I, 3., servavit tamen Tuscc. l. c. Mr.

qui caedes municipiorum,] Cod. Crz. 1. consueto more *cedes*. — „Quattuor mei *mancipiorum*. Sunt, qui legant *municipium*.“ Ald. Man. Volebat Aldus sine dubio *municipum*. Sed ille error debetur, ut plurimi, editioni Graevianae, quae plena est eiusmodi operarum errorum. Quod cum cogitaret Gernh., adscripsit esse hanc lectionem interpretamentum. Sed tamen et ipse operas inobedientes habuisse videtur: est enim expressum *municipium* pro *municipum*. Ceterum recte laudat Plutarchum in Sulla. 31. et Appianum de Bello Civ. I. [p. 409 sq. ed. H. Steph.] Mr. „Non Romanos solum proscripsit Sulla, sed etiam in municipia, colonias, praefecturas Italiae saeviit, quae adversas partes adiuverant. Aliorum enim oppidorum arces demoliebatur, aliorum muros evertebat, aliis publicam multam imponebat, alia tributis gravioribus opprimebat, ut auctor est Appianus [l. c.]. Aut *caedes municipiorum* i. e. municipum, ut sit intellectio [σύνεσις].“ Frc. Sylv. — „Tu tunc municipia caede locupletum Marianorum opplevisti, prouti item Sulla Romae faciebat.“ Wytt. „Alii *municipum*. Sed nihil interest“ [sc. ad sententiam] H. Wolf. Ceterum ego, quinam vel scripti vel editi exhibeant *municipum*, nescio. Unus Gud. A. habet *mancipiorum*. Male. De municipio Praeneste refert Liv. Epit. 88: [nec vero, ut est in Ed. Gernh., 38.] Mr.

qui illam Sullani temporis messem] „Cum Sulla civium Romanorum bona vendens suam se praedam vendere diceret, M. Crassus ex iis permulta parvo emit. Cum idem Sulla magnam urbis partem incendio vastavisset, areas multas earum domini egestate compulsi, partim nihil audentes petenti negare Crasso, vendiderunt exiguo pretio: qua ratione magnam urbis partem emit. Servos ad quingentos emit fabrilis artis et architecturae peritos, quibus ad domos in areis vacuis aedificandas uteretur, quorum operas locabat iis, qui a se areas emerant. Hac ratione grandem sibi pecuniam comparavit.

Amplius haec Plutarchus in Vita Crassi [6.]" Frc. Sylv. „*Messem* est metaphora ad augendam invidiam. Ut enim segetes secantur in messe, ita in Sullae proscriptione civium colla secabantur." Idem. „Elegantissima est metaphora, qua et mors homines demetere dicitur et homines magnum lucrum messem nominant." Wytt. Laudat Borg. ad rem Cic. Verr. III, 62. Phil. VIII, 3. — Cod. Crz. 1. Gud. B. *sillani*. Crz. 2. *cillani*. Ox. E. *sullaniani*, Ox. ψ. *si ulla*. Cod. Drsd. 5. *quis illam Sullani temporis messem non recordetur?* Mr.

recordetur] „Sic omnes mei. *Recordatur*, legunt alii." Ald. Man. „*Ut iis*, inquit, *qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis*, *operis dandis*, *publicis sumendis; intelligimus opus esse quaesito: ita*, *qui domi tuae pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges videt*, — et aliquanto post: *qui illam Sullani temporis messem recordatur*, *quis te non putet confiteri*, *tibi quaesito opus esse?* Hinc satis, opinor, intelligis, non esse legendum *recordetur*, etiamsi omnes codices reclament." Morisotus. Non quidem reclamant Codices omnes, sed habent *recordatur* Codd. Crz. 1. 2. (solus Suerin. *recordentur*): habent item *recordatur* Edd. Lamb. et Colon. Sed equidem scriptionem *recordatur* correctori tribuo, qui Ciceronem secum vellet in concordiam redigere. Nec vero a se ipse dissidet Cicero. Incipit: *qui videt domi tuae — accusatorum — greges* cet. quasi perrecturus: *intelligit tibi opus esse quaesito* —. Sed interiecta longa factorum vel potius facinorum serie, structura orationis immutata non solum modum mutat, sed etiam personam, scribitque *qui illam — messem recordetur — quis hunc* (pro *te*) *non putet confiteri sibi* (pro *tibi*) *opus esse quaesito?* quasi suo more, orationi obliquae interposito coniunctivo, scripserit: *quis non putet eum*, *qui illam Sullani temporis messem recordetur*, *confiteri sibi opus esse quaesito?* De persona immutata *hunc* — *sibi* pro *te* — *tibi* loquens Borg.: „Pro *hunc* (inquit) malunt nonnulli *te*. Simillima enallage usus est Phil. II, 16: *Te fecit heredem — tanquam heres esset*, *invasit*. Quam lectionem defendit Garatonius. De structura in una periodo variata videatur Ruhnk. ad Rutil. Lup. II. p. 95." Hac de re cum longior etiam sit Morisoti annotatio, nos eam cum iis, quae nobis addenda sunt visa, in Excursum XI. coniecimus. Pro *videt*, quod supra est, (*sic qui videt domi tuae*) Gernh. ex Ed. Ven. 1487. enotavit esse *vidit*, quod nos etiam reperimus in nostra Ed. Ven. 1492. Mr.

qui testamenta subiecta] Haec tria vocabula exciderunt in Ed. Schützii operarum et correctoris negligentia. Cod. Suerin. ha-

bet *qui tecta subiecta*, ex perperam lecto scribendi compendio. *Testamenta subiicere*, i. e. falsa pro veris supponere, dixit Cicero etiam Philipp. XIV, 3, 7. Vid. etiam Dirksen. l. c. s. v. *subiicere*. Supra VI, 1. dixit *supponere testamenta*. Mr.

qui sublatos tot homines] Absorpsit ultima syllaba vocis *sublatos* voculam simillimam *tot* in Codd. Bern. Bas. Oxx. E. N. σ. Gud. A. B. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 3. 4. (in quo est *sublato)* 5.; in Suer. est *totque sublatos homines*, omisso *qui*, (neglecta anaphora, quae in prioribus est et in sequenti enumeratione) quod item excidit in Cod. Drsd. 5. Sed omisit *tot* etiam Ed. Lamb. et, quae eam sequitur, Colon. 1576. Scribitur *tot qui sublatos homines* in Cod. Drsd. 2., Ed. ap. Meus. Edd. prc. Hdlb. Par. 1512. Ven. 1514. Eundem verborum ordinem, sed sic distinctum: *qui test. subiecta tot: qui sublatos homines* Edd. Ven. 1492. Par. 1507. Lugd. Arg. In Crz. 1. est *tot qui hom. sublatos*, in Duisb. *qui tot sullatos homines*. Mr. „*Tot hom. sublatos* non tantum pertinet ad prius memoratos, proscriptos, sed etiam ad eos, quibus testamenta subiecerat, quos ipse interfecerat.“ Wytt.

qui denique omnia venalia] Cod. Gud. A. *qui denique venalia omnia:* non male. Unum vocis *denique* in ultimo vel paenultimo anaphorae membro illustrat exemplis allatis C. Beierus ad Cic. Or. pro M. Aem. Scauro p. 236. neque nostri loci immemor. Ad rem laudat Borg. Cic. Verr. III, 62. Phil. II, 3. 14. 38. Sallust. Cat. 10. 30. Mr.

delectum, decretum,] „Sic decem. *Et* interponunt tres. Tres *deletum*. Unus *dilectum*. Unus *delictum*. Pater *decretum, edictum*.“ Ald. Man. „Paul. Manutius coniiciebat *decretum*, Gulielmius *edictum* [sed vid. ann. Aldi M.]. Pal. tert. habet *delicium*. Mihi vulgata lectio [*dilectum, decretum*] satisfacit: ut dicat, ad militiam adscitos vel non adscitos prout demeruerant vel non demeruerant praesidem pecunia donisque. Wolfius accommodat venditioni functionum earum, quae lucrosae erant.“ Gruter.

dilectum, decretum,] „Miror non ita esse editum a Langio: *dilectum*, inquam, quum ita scriptum sit in exemplaribus omnibus antiquis, ut testatur emendatio huius loci adscripta ad marginem codicis Memmiani.“ Lambin. [Saepius de scriptione *dilectus* (pro *delectus)* praeferenda loquitur Lambinus, cuius annotationes laudasse sufficiat. Sunt ad de Orat. II, 9, 36. p. 42. Ed. Klein. II, 68, 275. p. 49.; ad Epp. ad Famm. XI, 3. p. 368.; ad Tuscc. II, 11, 26. p. 466.; ad de Off. II, 2, 6. p. 513.] „*Delectum* non tam fortasse militum, quam venditionem earum functionum, quae lucrosae erant. Videtur hoc pertinere potius ad ministros Reip.

Romanae, quam ad magistratus." H. Wolf. Frc. Sylv. delectum militum intelligebat. *Dilectum* esse etiam in MS. Pithoeano annotavit Graev., sed pro varia lect. adscriptum *delectum*. Ipse Graev. edidit *dilectum* addiditque: „Si sic scripsit Cicero, nihil aliud significat, quam in dilectu habendo, in decretis faciendis nihil valuisse, nisi pecuniam, ut ii militum numeris non adscriberentur, aut ordinibus insererentur honestioribus, quibus erant indigni, utque decreta iniqua in eorum gratiam interponerentur, qui plus obtulissent pecuniae." — *Delectum* i. e. si milites legit, et eos, qui secundum legem debebant militare; dimittit accepta pecunia." Wytt. Borg. *delectum* non de militibus conscribendis, sed de delectu iudicum accipiendum censet, quia sermo sit de pecuniae vi in corrumpendis iudiciis: laudatque Phil. V, 5: *Dilectus autem et notatio iudicum etiam in nostris civibus haberi solet*. Ego in Wyttenbachii explicatione acquiesco. Borgersii rationem si voluisset intelligi Cicero, voci *delectum* aliquid addidisset. Ceterum *delectum* et *dilectum* aliquando distinximus ad Cic. de Rep. I, 34. p. 141. Adde Forcellin. T. II. p. 33. ed. Germ. et Zumpt. ad Cic. Div. in Caecil. 4, 15. p. 13 sq. — Sed legitur *delectum et decretum* in Oxx. E. ψ. Drsd. 2. 4.; in Gud. A. *electum*, in Duisb. et Ox.I. *dilectum*, *decretum*. Prior vox omissa est in Cod. Suerin. Mr.

alienam, suam sententiam,] „Sic omnes mei. Unus *alienam sent.* Alias *alienam suamque sent.* — *Alienam:* Crassi gratiam, auctoritate, largitione corruptis iudicibus et senatoribus." Ald. Man. Cod. Crz. *alienam et suam sent.* — Ad v. *decretum* Wytt. haec: „Dicitur *decretum* praetoris, iudicis, magistratus sententia in causa decidenda. Vid. Brisson. de Verbb. Signif." [Add. Dirksen. l. c. v. *decretum*, p. 251. a. b.] „*Sententia* proprie dicitur senatoris: igitur Crassus in senatu vendit non modo suam sententiam, sed etiam alienam, i. e. accepta pecunia corrumpit etiam alios senatores." Idem ad *forum:* „ut praetor et iudex"; ad *domum:* „ut pater familias suos vel prodit vel ad contumeliam praebet"; ad *vocem, silentium:* „non modo pecuniam accipis, ut pro aliquo vocem emittas eumque defendas, sed etiam, ut taceas, si opus sit." — „Neque domum vendidit neque forum, sed domi et publice omnia pecuniae causa fecit Crassus." H. Wolf. Idem ad v. *vocem, silentium*, cum quidam, annotavit, apud Demosthenem gloriaretur se *dicendo* talentum esse lucratum, respondisse fertur: at ego quinque *tacendo*. Mr.

vocem, silentium;] Laudat Borg. locum simillimum Phil. I, 6: *alia est causa eorum, quorum silentio ignosco: alia eorum,*

quorum *vocem* *requiro;* addit in Pison. 13: *Quorum mens fuerit oppressa praemio*, *lingua* *adstricta mercede?* Mr.

quis hunc non putet confiteri etc.] Ad hunc locum vide, quem paullo superius nos scripturos esse diximus Excursum nostrum XI. „*Sibi quaesito opus esse*, ut initio huius capitis, idem valet, quod opus esse, ut aliquid acquirat, se nondum habere satis, non esse divitem.“ Wytt.

cui autem quaesito opus sit] Edidit Or. ex Ed. ap. Meus. Edd. prc. Vict. Lamb. Suffr. Petr. *cui* *quaesito* *autem* *opus sit*. Sed quamquam ei assentiunt ex nostris Edd. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd. Arg. Asc. 1511. Herw. Cam. Rob. Steph. Colon., nolui tamen istum ordinem insuavem recipere, contra quem stat Codicum tantum non omnium auctoritas, reliquarumque editionum fere omnium. Est enim in solo Duisb. *cui quaesito* *ante* (non *autem*) *opus sit*, et in solis Edd. Venn. 1492. et 1514. *cui quaesito opus sit*, omisso *autem*. Mr.

quis unquam hunc vere dixerit divitem?] Vox *unquam* deest in Codd. Suer. et Crz. 3. In Crz. 2. erat *quis* *hunc* *unquam hunc*, sed prius *hunc* erasum est; in Crz. 1. est *quis* *hunc* *unq. vere* *dixit* *div.* Est etiam *dixit* in Cod. Drsd. 1.; in Duisb. *vere divitem dixerit;* in Drsd. 5.: *quis hunc vere divitem* *dicet*, omisso item *unquam;* denique in Bas. *quis unq. hunc dixerit divitem vere?* Mr.

Etenim divitiarum fructus in copia est:] „Sic duo MSS. meliores, Pithoeanus et alius. Edd. *Est enim divitiarum fructus in copia.*“ Graev. Sic etiam edidit Gernh. et post eum Or. Et hic quidem ex Codd. Bern. Bas. Guelf. Exc. Eyb. Ed. prc. Ed. ap. Meus. Vict. (nisi quod hi duo habent *est fructus in copia)* Graev.; nos ex Drsd. 1. 3. 4. (hic: *est fr. in cop.*) 5. Gud.B. (ut Drsd. 4.); Crz. 1. habet *Etenim div. fr.* *est* *in* *copia*, cum Crz. 3. Suerin. Habent etiam *etenim div.* etc. (ut nos) Oxx. N. ψ.; sed Ox. I. *etenim* etc. ut Vict.; Cod. Duisb. *Etenim* *est* *div. fr. in cop.;* vocem *in* omittit Gud. A. cum Ox. E., qui in reliquis nobiscum facit. Solus Crz. 2. habet *Etenim div. fr. in* *maxima* *copia est.* Cum Ed. Vict. faciunt Hdlb. Par. 1512. 1507. Rob. Steph. Ven. 1492. 1514. Arg. Sola Asc. 1511. ex nostris Vett. plane nobiscum facit; sola item Lugd. habet *Etenim div. est fructus* *inopia.* Ad rem Wytt.: „*Est* sc. positus, constat in copia, i. e. ut nihil desit, ut habeas, quod velis. *Fructus* autem exquisite dicitur pro *effectus*, quo fruimur.“ Mr.

Copiam autem declarat satietas — abundantia;] Ad senten-

tiam confert Borg. Auct. ad Herenn. IV, 17: *Egens aeque est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis potest esse,* coll. Rutil. Lup. p. 115. et 125. ubi sunt sententiae consimiles. Cod. Crz. 1. *Copiam autem sacietas rerum declarat atque habundantia.* Scribitur etiam *habundantia* in Crz. 2. Mr.

quam tu quoniam nunquam assequere,] Quatuor verba priora in Cod. Drsd. 4. ita scribuntur, ut legi non possint: *qoɔɔqz*, tum sequitur *assequere.* Drsd. 1. omittit *tu.* Crz. 2. et Ox. σ. habent *assequare* cum Drsd. 2. Verba *tu quoniam* omissa sunt in Drsd. 5., *quoniam* in Gud. A. et Bas. Denique Crz. 1. habet *assequeris.* Mr.

nunquam omnino es futurus dives] De ordine verborum *nunquam omnino* Goerenzius ad Acadd. II, 8, 25. (ad verba *nihil unquam omnino aget*), contendit, cum in Cod. Erl. sit *omnino unquam*, eum ordinem per se unice verum esse: certa enim quadam regula praeponi *omnino* solere particulis *nunquam, unquam, usquam, non:* sed illo Academicorum loco in *unquam* repetite posita se dubitare, collato loco nostro, ubi item *nunquam* repetite ponitur: habere autem nostro loco *nunquam omnino* scriptos omnes et septem quoque suos refert: cuius ordinis ratio ei videbatur posita in soni relatione: additque: „In his certe caute circumspecteque versandum est, cum, vel probante regula, peccaris." — *Est nunquam omnino eris dives* in Cod. Crz. 1.; *es dives futurus* in Drsd. 5. Suer. Duisb. Edd. Vict. Rob. Steph. Cam.; in Gud. B. est *si es dives futurus* (non omissis verbis *nunquam omnino*). In Drsd. 4. legitur *nunquam omnino fies dives*, ubi, ut in Crz. 1., verba scriptoris cesserunt glossae. Denique in Drsd. 2. legitur *nunquam es dives omnino futurus.* Mr.

Meam autem quoniam pecuniam contemnis,] Cod. Crz. 2. *Meam autem contemnis pecuniam*, omisso *quoniam.* Scribitur *contempnis* in Cod. Suer. Vocem *ad* om. Cod. Crz. 3. Ad verba *est enim ad* etc. Wytt. haec: „Elegans est usus praepositionis *ad* pro *secundum opinionem vulgi*, quod tamen non ita frequentatur a Latinis scriptoribus. Magis utuntur simplici Ablativo: *opinione vulgi.*" Ad verba *mediocris — nulla — modica* idem: „Est elegans gradatio in hoc: *mediocris, nulla, modica.* — *Mediocris* et *nulla* refertur ad aliorum opinionem: Sed aliorum opinio de nostris divitiis nihil valet, quia nos tum demum sumus divites, si nostro iudicio satis habemus, et divites nos censemus. *Modicum* autem est id, quod convenit nostro modo, id est nostrae magnitudini." Similiter distinguit Cic. de Rep. II, 31: *Haud mediocris vir fuit, qui modica libertate populo data facilius tenuit auctoritatem principum;* non distinguit in Orat. 29, 101: *Eloquens — magna graviter,*

mediocria temperate potest dicere. — Is igitur eloquens (ut idem illud iteremus) qui — poterit parva summisse modica temperate, magna graviter dicere. Sed de usu praepositionis *ad*, de quo exposuit Wytt., accuratius egit Handius in Tursellino I. p. 107 sq. dicens: „Ponitur *ad*, ubi significanda est norma et regula et id, quod actionem aliquam regit et modulatur: id quod reddi potest per vocabulum *secundum.* Hoc enim sequendi, illud accedendi et attingendi notionem in se habet. Graeci dicunt κατὰ et σὺν et ἐκ, Germani *gemäss* et *nach.*" Laudat idem Heusingerum ad Cic. de Off. III, 21, 10. (p. 449. ed. Zumpt. mai.) ubi legitur: *Non habeo, ad vulgi opinionem, quae maior utilitas, quam regnandi, esse possit;* add. Bremium ad Corn. Nep. Epam. II, 3. ad verba: *ad nostram consuetudinem sunt levia;* Oudendorp. ad Caes. B. G. VI, 1, 2: *ad opinionem Galliae*, ubi vid. etiam Heldium et Moebium, et ad synonymorum *mediocris* et *modicus* differentiam conf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. V. p. 203. — Legitur *media* pro *modica*, ex glossa parum apta, in Cod. Suer. Post *nulla* additur *est* in Codd. Drsd. 1. 3. Ad v. *ad tuam nulla* laudat Gernh. de Crassi divitiis locum Plutarchi in eius vita cap. 2. Ad rem Frc. Sylv. haec: „Ciceroni multas fuisse divitias, sed eas iniuste partas, obiecit Sallustius. Eius ad maledicta Cicero respondens, amicorum testamentis se factum dicit locupletiorem." Mr.

de me silebo, de re loquar.] E duodeviginti Aldi Codicibus quindecim exhibebant *re*, tres *te*: Ille tamen *te*, ut rectius, praeferebat. Sed aliter sensit Victorius, qui exhibet *re*, et post eum Camerarius: Hier. etiam Wolf. *de re*, inquit, melius, quam *de te.* Habent autem illud *te* plerique scripti et editi. Sed praeter eos, quos memoravi, *re* exhibent Oxx. quatuor, Bas. Pith. Duisb. Drsd. 2. itemque, cum Glossa, Crz. 2: *de re incepta loquar*, unde vides eam glossam, quae in codice multo vetustiore margini esset adpicta, nobis servasse veriorem scripturam, quam inde a Gronovio et Graevio exhibent omnes itemque ed. prc. Mogunt. 1465. Graevius autem recte: „In seqq. non loquitur de Crasso, sed comparat virtutem cum divitiis: — nam statim subnectit: *si censenda nobis atque aestimanda res est.*" In eo autem erravit, quod a se primum receptum existimavit *re.* Quod dixit Cicero *silebo*, fortasse miretur aliquis, exspectans *tacebo*, quae est glossa Cod. Crz. 1., qui his ipsis in verbis desinit. Sed adeas Doederleinium in Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 84 — 88., qui tamen nostri loci fuit immemor. Utrumque verbum iunxit Cicero in Or. pro Sulla 29, 80: *Si, quum ceteri de nobis silent, non etiam nosmet ipsi tacemus, grave est.* Ad locutionem laudat Borg. Livium 34, 5: *Rem*

defendam, non nos. Cic. de Amic. 25: *sed nihil de me: de Scipione dicam libentius.* Mr.

Si censenda nobis atque aestimanda res sit] „*Censenda*, decem septem. Unus *pensanda*. Alias *recensenda*.“ Ald. Man. Habet Cod. Crz. 2. *Sed si;* Cod. Suer. *pensanda*, marg. Crat. et var. lect. H. Wolfii *recensenda;* Ox. ψ. omittit *nobis*. Crz. 3. *nobilis* habet pro *nobis*. In eodem sequitur *sit* post *nobis*, ut in Codd. Oxx. E. I. N. Gud. B. Suer. Drsd. 2. 4. itemque in Ed. Ven. 1492. (quae cum Crz. 3. tamen habet *est* post *aestimanda res*) et Ed. prc. Habet etiam Gud. B. *sit* post *aest. res* repetitum. Neque *sit* neque *est* habent Ox. U. Vict. Rob. Steph. Suffr. Petr., in Suerin. legitur *extimenda res;* in Drsd. 5. *res sit nobis*, in Duisb. *nobis res sit*, in Oxx. E. U. Gud. B. *existimanda* (et lin. seq. cum Ox. ψ. *existimemus)* itemque in Crz. 2. (hic lin. seq. *extimemus*, Ox. σ. *existimam:)* denique *res est* legitur in Edd. Hdlb. Ven. 1514. Par. 1507. 1512. Arg. Lugd. Herw. Cam. Praestare ait Or. Coniunctivum in eiusmodi aestimatione exempli tantum causa memorata. Praetulit tamen *est* Gernhardus. Mox *pluris aestimabimus* legitur in Edd. Crat. Man. Magn. Lamb. Suffr. Petr., nostris Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. 1543. Arg. Lugd. Aldinis tribus, Lambb. Goth. Col. Sylb. H. Wolf. Sturm. Car. Steph. Aud. Tal. Herw. Cam. Mr.

Pyrrhi — Fabricio] „Fabricius Luscinus temporibus Pyrrhi dona sibi ab eo oblata, quibus eum corrumperet, repudiavit. Vid. Plutarch. in Vita Pyrrhi 20. Cic. de Off. I, 13. Tuscc. III, 23. Val. Max. IV, 3. Est autem h. l. notanda exquisita significatio vocis *dare* pro offerre, quae significatio item in Graeco verbo διδόναι valet. Ad v. *continentiam* H. Wolfius: „αὐτάρκειαν videtur hic dicere, non ἐγκράτειαν. Abstinentia vero virtus huic cognata est, cum non accipimus, unde non decet: quae Graecis est ἀδιαφθορία, τὸ ἀδέκαστον καὶ ἀδωροδόκητον.“ Non narrationis, sed sententiarum causa adscribimus, quae sunt Valerii Maximi l. c.: *Continentiae suae beneficio sine pecunia praedives, sine usu familiae abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat non multa possidere, sed modica desiderare. Ergo domus eius, quemadmodum aere et argento et mancipiis Samnitium vacua, ita gloria ex his contemptis parta referta fuit.* Pro *Pyrrhi* est *pirri* in Crz. 2., *puri* in Gud. B.; in Drsd. 5. *aut* pro *an*, in Ox. N. *animo* pro *illam*. Gernh. in uno Ox. [η.] et uno apud Verburgium omitti vocem *pecuniam:* unde patet Gernhardo non fuisse ad manum Edd. Gruteri, Schrevelii et Gronovii, quae habent hanc Gruteri annotationem: „Dictio *pecuniam* non est in Cod. Palat. tert. et poterat abesse salva sen-

tentia.“ Recte autem Gernh. In hac, inquit, virtutis cum pecunia comparatione haec vox non est molesta. Mr.

utrum aurum Samnitum,] Ad rem Wytt. in scholis haec: „Fuit Romanorum adversus Samnites bellum diuturnum, fere ad octoginta annos, quod saepe magno cum Romanorum periculo gestum est.“ Exstat autem liber I. G. Zinkeisenii, qui inscribitur *Samnitica.* Dissertatio historica. Lipsiae ap. Barth. 1831. 38. pp. 4. — Scribitur *Samnitum an Samnitum* in Cod. Drsd. 1.; pro *Samnitum* exhibent *Samnitium* Edd. Lamb. Suffr. Petr. Colon. De Genitivi huius forma C. L. Schneiderus in Gramm. L. L. (Ausführl. Gramm. d. Lat. Spr. II. 1, 1. (Formenlehre) p. 253 sq. nunc quidem adhuc in optimis Edd. [addo in Codd. omnibus] nostro loco legi dicit *Samnitum*, itemque apud Val. Max. I, 6, 4. Senec. Consol. ad Helv. 10. Plin. N. H. 33, 2. extr.; recte tamen alibi apud Plinium et fortasse etiam apud Ciceronem scribi *Samnitium*, ut scribitur *Quiritium*, cum *Quiris* et *Samnis* ortas habeant Nominativi formas a *Quiritis* et *Samnitis* (vid. ibid. ap. Schneiderum p. 170.), qui erant Nominativi; optimos tamen Livii codices exhibere, ut *Quiritium* (Liv. II, 23, 8. ibiq. Drakenb.) sic *Samnitium*: Liv. XXIII, 11, 11. ibidemque Drak., itemque inscriptiones veteres. Vid. Orellii Inscriptt. Latt. I. p. 146. Nr. 540. Add. Arntzen. ad Sex. Aurel. Vict. de Viris Illustr. 33, 7. p. 157 b. Torren. ad Valer. Max. IV, 3, 5. p. 354. Vellei. Paterc. II, 26, extr., Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I, 8, 3. p. 102. Nos, ut nostro loco ex omnibus libris cum Or. dedimus *Samnitum*, ita cum eodem de Div. I, 33, 72, p. 169. editionis nostrae, ex plurimis iisque optimis *Samnitum*, cum fieri possit, ut ipse Cicero sibi non plane constaret, ut factum esse scimus in nomine *Phliasiorum*, de Rep. II, 4. p. 209. ed. nostr., ubi ipse primum scripserat *Phliuntios.* Mr.

an responsum M' Curii] Hoc quoque loco, ut supra Par. V., Curius in multis libris dicitur *Marcus* non *Manius.* Praenomen omissum est in Drsd. 5. Ox. I. Laudat Graevius de Curio Plin. N. H. 18, 3. et 16, 39. [est XVIII, 4. et XIX, 26, 4.] Mr.

responsum M'. Curii] „Respondit, malle se, quam aurum habere, habentibus imperare. Vid. c. 16. de Senectute.“ Facc. „Unus Ox. *M.* (h. e. Marci) *Cur.*“ Gernh.

hereditatem L. Paulli,] „L. Aemilius Paullus, is qui Macedoniam Romano imperio subiecit, duos filios in alienas familias adoptandos tradiderat, maiorem Q. Fabio Maximo, unde hic adoptatus filius dicebatur Q. Fabius Maximus Aemilianus: minorem autem adoptavit P. Cornelius Scipio, filius eius, qui Hannibalem bello Punico secundo debellaverat, qui adoptatus Scipioni filius inde

dictus est P. Cornelius Scipio Aemilianus. Mortuo eorum patre naturali Lucio Aemilio Paullo, alter frater, Publius Scipio Aemilianus, partem hereditatis suae concessit fratri suo maiori, Q. Fabio Maximo Aemiliano. Vid. Polyb. Hist. 32, 9—26. Ceterum P. Scipio Aemilianus postea item cognomen Africani accepit propter deletam Carthaginem, itaque dicebatur Africanus minor, quia eius adoptivus avus P. Cornelius Scipio, qui Hannibalem debellaverat, maior cognominabatur." Wyttenb. Laudat Gernhardus Polyb. Excerpt. lib. XVIIII. ed. Ern. T. II. p. 78. [Locus Polybii, a W. laudatus, est L. XXXII, 9—16. p. 559—577. T. IV. ed. Schweigh.] Plutarch. Aemil. Paull. c. 39. Mr.

hereditatem L. Paulli] Codd. Drsd. 1. 3. habent *an hereditatem*. Pro *liberalitatem* est *libertatem* in Oxx. N. σ. quinque Codd. Aldi, nostris Crz. 2. 3. Drsd. 2. (Laudat Borg. Cic. Or. pro Flacco 36. de re simili: *qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis.*) In Gud. B. est *aut libertatem*. Codd. Drsd. 2. 4. 5. exhibent *hereditatis eius*; Duisb. *eius hereditatem*, sed alia manus adscripsit: l. *hereditatis*. Pro *qui eius* unus Aldi habet *cuius*, duo omittunt *eius*. Mr.

Q. Maximo fratri partem suam concessit?] Cod. Ox. η. omittit *fratri*, in Ox. E. est *Q. Maximo Stratori fratri suo*, in Suer. *Q. Maximo statori fratri suo*. Additur *suo* etiam in Drsd. 1. 2. 3. Cod. Gud. A. omittit *suam*. — Ad verba *Haec profecto* Wytt. haec: „i. e. pecuniam contemnere et repudiare oblatam." Mr.

Q. Maximo fratri] „Huius Scipionis liberalitatem etiam in sorores Cicero commendat in libro de Amicitia [C. 3, 11:] *Quid*, inquit, *dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in sorores? bonitate in suos? iustitia in omnes?* [v. Polyb. XXXII, 12 sq.] Hic *Q. Maximus* a devictis Allobrogibus *Allobrogicus* cognominatus est." Frc. Sylv.

Haec profecto] Cod. Ox. ψ. *nec profecto*, quae non est lectionis vera varietas, sed error legentis, cum fuerit medio aevo tempus, quo litterae *H* et *N* maiusculae vix discerni possent. Cod. Drsd. 5. omittit *quae* et verbum *virtutis*; pro *pluris* autem exhibet *potiora*, cum Ox. σ. Verba *quae sunt* omittit Gud. A. Idem cum Oxx. N. ψ. Crz. 2. pro *pluris* habet *potius*, Ox. L *pluris pretii*. Ox. E. habet *existimanda*, Crz. 2. *extimanda*. Drsd. 5. omittit *sunt* post *aestimanda*, Gud. B. alterum *sunt* post *quae*. Cod. Duisb. exhibet *pluris sunt aestimanda*. Mr.

quae sunt summarum virtutum,] „*Summarum* dicitur per Graecismum, *αἱ ἀνωτάτω ἀρεταί*, suprema virtutum genera, quae sunt illae quatuor, unde reliquae manant, tanquam species e gene-

ribus: prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia." Wytt. — In seqq. Codd. Drsd. 1. 3. et Ed. Asc. 1511. habent *quae sunt membra pecuniae*. Edd. Hdlb. Ven. 1492. 1514. Arg. Par. 1507. 1512. Lugd. et Ed. ap. Meus. *quae sunt pecuniae — membra*. Vides glossatorem, qui desideraret aliquid ad *pecuniae*, confugisse ad Parad. I, 1., ubi leguntur item *pecuniae membra*, illo quoque loco (vid. nostr. annot.) satis suspecta. Quam vocem supra uncinis modo includendam duximus, cum ibi facilius dixeris, quid non sit verum, quam quae vera sit Ciceronis manus; hoc loco omittenda plane visa est, cum omnes fere libri eam ignorent. Mr.

ut quisque, quod plurimi sit, possideat,] „Est hic syllogismus oratorius, cuius logica forma haec sit: Si, ut quisque possidet, quod plurimi pretii sit, ita ditissimus habendus est, sequitur in virtute divitias esse. Atqui ita quisque ditissimus habendus est, ut illud possidet, quod plurimi pretii sit. Ergo divitiae positae sunt in virtute." Wytt. „Quid, si legas: *plurimi fit —?*" Xyst. Betul. „Omnes mei *sit*. — *Fit* sunt qui legant." Ald. Man. Manutius nisi ipsum Betuleium intelligi voluit, nescio, quem significet. In libris quidem nostris non est: Orellius *fit* ex solo Cod. Guelf. enotavit. Sed alia reperio in meis libris: sic Drsd. 4. habet *ut quisque dives*, quae est glossa, egregia scilicet. Drsd. 5. *qui plurimi sit*, Oxx. E. ψ. Crz. 2. *quod plurimum* duo priores omisso *sit)*; Suerin. *ut quisque qui quod plurimi sit*. Errores hi omnes ex librariorum inepta consuetudine sunt orti, quo vocabula, quae non satis intelligerent, proximis accommodare solebant. Priores igitur cum post *quisque* reperissent *quod*, id mutandum censuerunt in *qui;* posteriores, cum *quod* verum esse crederent, *plurimi* mutandum esse in *plurimum* pro sui ingenii modulo existimabant. Solus Gud. B. *quod quidem plurimi sit*. Ut neque prius *sit* mutandum fuit in *fit*, ita nec posterius in *est:* pendet enim utrumque a *quis igitur — dubitet*, ut interiecta dubitandi propositioni vel enuntiationi, quam dicunt, dubitativae. Sed alii sunt errores in Edd. vetustissimis. Ita legitur in Edd. Ven. 1492. 1514: *Quis igitur siquidem: ut quisque quod plurimi sit possideat. Ita ditissimus habendus si dubitet.* Eadem est distinctio in Hdlb. Par. 1507. Arg., sed *sit* pro *si;* similiter in Ed. Lugd. sed ea habet *quisque ut quod* pro *u. q. q.* Primae, in quibus recte distinguitur, sunt Edd. Par. 1511. (Asc.) et 1512. Mr.

ita divitissimus habendus sit,] Hoc retinui, ut et infra *divitior* ex imitatione Victorii apud Rob. Stephanum, et Iuntae et Langii et membranarum MSS., non maiorem mutandi causam in hoc loco opinans, quam lib. III. de Oratore, 48, ubi editur *divi-*

tior, quod idcirco ex Langio etiam retinui de Amicitia c. 16. Sed etiam statim ita Gruterus. Paullo ante correxi *de re loquar*, pro quo in editionem Gruteri procul dubio per typorum negligentiam ingruerat *de te*. quum tam Victorius, quam Iuntas, quam denique etiam Langius id ipsum caste exhibeant, quod reposui, nedum ut omnes editi accusandi sint, quasi *de te* haberent, idque refutari debeat et ex nescio quo operto aliud proferri, quod hic confusus video fieri, ut et alia satis indecora.“ Gronov. De scriptione *divitissimus* laudat Gernh. interpretes ad Corn. Nep. Alcib. 2. [p. 225. ed. Bard.] Phoc. 1. [p. 63. Bard.] ad Cic. de Off. II, 17,58. [vid. ad h. l. etiam Beier. p. 113.] Add. nos ad Cic. de Rep. I, 17. p. 77. I, 32. p. 126 sq. Beier. ad Lael. 16, 58. p. 91. Goerenz. in Iahnii Annall. Philoll. 1826. I, 2. p. 308. Krüger. Gramm. d. Lat. Spr. I. §. 228. p. 250. Ante Gronovium receperunt *divitissimus* Vict. Lang. Suffr. Petr. Lambin. Colon. Rob. Steph.; post Gronovium Olivetus, Verb. Gernh. Tbn. Orell., et habent Codd. Oxx. E. I. N. U. σ. Gud. A. Legitur *sit habendus* in Codd. Guelf. Gud. A. Suerin. (hic etiam *possident* pro *possideat)* Drsd. 4. 5. et Exc. Eyb. Mr.

quin in virtute divitiae sint?] Cod. Drsd. 3. omittit *in*, absorptum a vocis antecedentis litteris extremis, si forte scriptum erat QVIN, i. e. *quin in*. Vid. Sciopp. de Arte Critica p. 68. ed. Amst. 1662. — Cod. Drsd. 5. habet *positae sint divitiae*, duo Aldi et Ox. I. *divitiae positae sint:* quae glossa ab Edd. vett. ante Aldinam abest: sed habent eam Ald. 1517. 1552. Asc. 1520. (secunda) Crat. Man. Magn. Lamb. Colon. Lugd. 1556. Sturm. Car. Steph. Par. 1543. Aud. Tal. Sylb. et marg. Boul. Solus Gud. B. habet *sunt*. Mr.

quoniam nulla possessio —] Pro *quoniam* in Gud. A. est *qn̄*, quod alibi significat *quando*. Pro *et argenti est atque argenti*. Pro *virtus* Drsd. 5. exhibet *virtutis;* in Suer. et Crz. 2. legitur *extimanda*, in Ox. E. *existimanda*, pro *aestimanda*. Similes sententias a I. Lipsio collectas exhibet Graevius, ubi est: „Sic et Plato sentiebat apud Appulei. de Philos. [est in libro Appuleii de Habitud. Doctrinarum et Nativitate Platonis L. II. p. 192. Ed. Bip. T. II.: *Divitem hunc* [sapientem] *solum putat, quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutum opes, etiam quia solus sapiens opes potest in usibus necessariis regere, videri ditissimus debet. Nam ceteri, quamvis sint opibus affluentes, tamen, quod vel usum earum nesciant, vel deducant eas ad pessimas partes, inopes videntur. Egestatem namque non absentia pecuniae, sed praesentia immoderatarum cupiditatum gignit.* Et Philo Iudaeus de

Plantat. Noae: *ὁ δὲ σοφὸς οὐ πλούσιος ἀλλὰ πάμπλουτος ἐν ἀφθόνοις καὶ γνησίοις, οὐ χρόνῳ παλαιουμένοις, καινουμένοις δὲ καὶ ἡβῶσιν ἀεὶ, τρυφῶν ἀγαθοῖς μόνοις.* Mr.

nulla possessio, nulla vis auri —] *Borg.* laudat Auct. ad Herenn. IV, 14: *Nam si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneae tibi videbuntur divitiae, quae virtutis pedisequae sint.* Ad v. *nulla vis auri et argenti* conf. supra Parad. I, 2.: *Quaero — a vobis, num ullam cogitationem habuisse videantur ii — aut auri et argenti ad avaritiam* cet. Mr.

non intelligunt homines,] Cod. Gud. A. omittit *non;* Ox. E. vocem *homines*, uterque mox *enim.* In Gud. B. deest *quam.* Ad sententiam Frc. Sylvius: „Idem scripsit Cicero in libro de Rep. quarto, ut est ap. Non. Marcellum: *Optimum*, inquit, *et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam.*" Vid. nunc Ed. nostr. Cic. de Rep. IV, 7. p. 427. ibiq. ann. Ang. Maii et nostr. Add. Mamertini Grat. Act. Iulian. X, 3. (in Panegyricc. Vett.: cum ann. C. G. Schwarzii ed. W. Jaeger. T. II. p. 150): *Maximum tibi praebet parsimonia tua, Auguste, vectigal.* Annot. Wyttenbachii haec est: „Est proverbium Catonis maioris, quod ipsum a Graecis sumsit, *maximum vectigal* (i. e. reditum) *esse parsimoniam.*" cf. Lion Catoniana p. 106. Retulit idem proverbium Erasmus in Adagiis, p. 662. Ad dictionem confert Borg. Sallust. Catil. 13: *omnibus modis quaestui atque sumtui deditus erat.* Cic. in Catil. I, 6: *Praetermitto ruinas fortunarum tuarum; —: ad illa venio;* Brut. 86: *Omitto ceteros: venio ad eos.* Vocem *iam* omittit Cod. Drsd. 5. cum duobus Aldi. Unus eiusdem omittit *enim*, cum Gud. A. In seqq. *suis* excidit in Ed. Suffr. Petri. Mr.

Venio enim etc.] „Transit ad sumptuosos, quos ostendit divites non esse, quandoquidem illis semper deest aliquid." Facc.

sexcenta] „Valla libro tertio [Elegantiarum, cap. 5. lib. III. p. 219. ed. Colon. 1555.] putat scribendum *sexcena*, ego vero *sexcentena.*" Frc. Sylv. „*Sexcenta*, decem septem. *Sexcentas*, unus. Ald. Man. „In omnibus scriptum reperias *sexcenta.* Verum cum Crassus esset Quiritium (ut scribit Plinius libro tricesimo tertio, cap. 10.) post Syllam ditissimus, ac possideret in agris suis sestertium viginti millia, facile est videre locum esse corruptum: nec fallitur Laur. Valla, qui lib. III. c. 5: Ego tamen, inquit, puto scribendum esse *sexcena*, non *sexcenta.*" Morisot. [Verba Vallae sunt: „Non dixit aut *sexcenta* et *centum*, aut *sexcena* et *centena*, quae tamen diversa sunt, ut intelligamus, ab illo sexcenta capi uno anno, non singulis annis, ab hoc centena non uno anno, sed singulis annis. Ego tamen puto" etc.] Sequor Vallam et Mo-

20 *

risotum. Ceterum de Crassi reditibus consule Budaeum in 2 de Asse [p. 232. in Scrr. rei Numariae ed. A. Rechenberg.]" Xyst. Betul. Probat Borg. scriptionem *sexcena:* solent enim, inquit, numeri cardinales et distributivi in MSS. confundi. Vid. Drak. ad Liv. XXXII, 17." Forcellinus in Lex. T. IV. p. 100. a. ed. Germ. *sestertia* h. l., quod passim a poetis dictum sit metri gratia pro *sestertium*, positum etiam esse a Cicerone, nisi forte pro voce HS. posuerit. Zumptius in Gramm. Lat. §. 873. p. 739. Ed. 9. dicit, Genitivum mille *sestertiûm*, pro *sestertiorum* (pro mille sestertii) usurpatum, causam fuisse, ut errore quodam grammatico *sestertium* existimaretur esse nomen generis neutr. utque v. c. diceretur *sexcenta sestertia* pro *sexcenta millia sestertiûm:* idque non frequenter quidem factum apparere apud Ciceronem, aliquoties tamen, ut in Verr. 3, 50. Parad. 6. — Wytt. denique in scholis haec: „*Sexcenta* — *centena* — *Centena* i. e. quotannis centum: ita enim haec differunt: Veluti cum dicimus de quatuor hominibus, eos accepisse centenos sestertios, significatur, unumquemque centum accepisse: at si dicas, hos quatuor centum accepisse, hoc notet, eos simul non plus quam centum accepisse. Itaque Cicero notat, se quotannis centum sestertia accepisse e suis praediis: sed deinde etiam sententia postulabat, ut de ditiore, qui sexies maiorem reditum haberet, diceret, eum *sexcentena* accipere, unde librarii *sexcenta* fecisse videntur, nec sine ratione Facciolatus in Lex. Latinit. v. Sestertius suspicatur esse hunc Ciceronis locum corruptum. Ciceronis reditus erat 145000 florenorum, Crassi vero 645000." — In v. *sexcenta* non variant libri nostri, ego tamen, quamquam in contextis servarunt eam scriptionem Gernh. et Orellius, *sexcena* exhibere non dubitavi. Pro *sestertia* est *sextertia* in Codd. Crz. 2. 3. Drsd. 1.; in Drsd. 4. *sexcenta millia sextaria*, in Drsd. 5. *sexcenta sextaria.* Gud. A. *ego ex meis centena.* Mr.

illi aurata tecta in villis] Cod. Drsd. 5. et Suerin. *ille* pro *illi*, Ox. U. *aurea* pro *aurata;* Ox. N. *vist* (sic) pro *villis.* — Verba *in villis* absunt ab uno Aldi. Videtur legisse Frc. Sylv. *in illis;* habet enim hoc lemma ad hunc locum et explicat: „in praediis." De Romanorum insania in villis aedificandis laudat Borg. Abramium ad Cic. pro Milon. 20. Universe de luxu Romanorum vid. quae congessit Io. Meursius in libro, quem inscripsit Roma Luxurians. Hafn. 1631. 4. — *Sola* explicat Frc. Sylv. „pavimenta." In Codd. Duisb. Gud. B. Bas. est *sola marmore;* in Crz. 2. et Ox. σ. *solo marmore*, Ox. E. I. η. *solaria marmorea* cum Bern. Drsd. 1. 3.; in Ox. N. et Drsd. 4. *solia marmore*; Ox. ψ. Drsd. 2. *solaria marmore.* Est etiam *sola marmore* in Ed. prc.; in Ed.

prc.; in Ed. Hdlb. *sola marmorea e a.* Pergit Drsd. 4. *faciente*, Drsd. 5. *facit*. Gud. A. omittit verba *facienti et signa*. Mr. — „*Sola*] *Palatia*, duo. *Solaria*, duo. *Solia*, tres. *Solo marmore pavimenta facienti et signum*. [Ubi agnoscis manum interpretis et correctoris sibi placentis]." Ald. Man. „Verbum *facienti* abest ab antiquo libro, et certe videtur esse glossema." Fulv. Ursinus." „*Facienti*, non *ea facienti*, ut in omnibus legitur, [nos in Ven. 1492. Hdlb. Arg. Par. 1507. 1512. 1543. Asc. 1511. Ald. 1517. Lugd. Crat. Herw. Cam. reperimus] exemplaribus: non, quod ita legi non possit, si sententiam dividamus hoc pacto: *Illi aurata tecta in villis et sola marmorea sunt. Ea facienti* etc. sed, quod hic oratio continua et tollat κακοφωνίαν, et nescio quo modo plus habeat gratiae." Morisotus. Ante illud *ea* distinguunt Edd. Crat. Herw. Cam. Par. 1543. Sed Ern. „recte, inquit, pro glossemate habet Ursinus, qui in libro antiquo non reperit." Probant item omissum *facienti* Wytt. in scholis et Wetzelius, isque uncinis inclusit, probatumque esse idem ab Handio refert Orellius: idem vero recte monet defensum esse a Gernhardo, qui monere ait particulam *et*, ut servetur. Melius etiam Or. omitti ait non posse propter verba *in villis*. Defendit idem *facienti* librorum suorum auctoritate Borgersius, qui de eo luxu doctas laudat Ruhnkenii annott. ad Vellei. Paterc. I, 11. Mr.

et signa, tabulas, supellectilem et vestem] „*Et* ante *signa* abest ab uno. *Et tabulas* habent tres; *et signatas tabulas*, unus." Ald. Man. Abest *et* a Cod. Suerin. Legitur *et tabulas* in Crz. 2. Oxx. E. I. N. ψ. Duisb. Drsd. 1. 3.; in Gud. B. *sed signa et tabb.* in Gud. A. *et tabulas et supell.* in Drsd. 4. *et tabulas facienti;* in Ox. N. *ad supellectilem*. Mr.

signa — vestem] „*Signa* universe notant totum genus quod complectitur tabulas pictas, statuas, anulos et similia imitamenta naturae. *Tabulae* autem sunt vel pictae vel caelatae: *supellex* complectitur omne instrumentum domesticum vel ad usum vel ad voluptatem, omnia vasa, sellas, lectos, mensas. Origo vocabuli in dubio est: tamen convenit cum graeco ἔπιπλα, ex ἐπὶ et πλόος, quod respondet latino *plex*, ut in *multiplex*." Wytt. Alia vide apud Gerh. Io. Vossium in Etymol. L. L. et M. Martinii Lex. Philol. v. *supellex*, C. Becmani Manuduct. ad Ling. Lat. v. *Lectus*, p. 595., L. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. T. VI. p. 354. et 357. vv. *sublica* et *supellex*. Mr. „*Vestis* differt a *vestimento*. Hoc enim est tegumentum hominis, at *vestis* universe significat, tam vestimentum, quam reliquas partes supellectilis ex panno vel lana factas, veluti stramenta lectorum, mensarum, tapetes." Wytt.

infinite concupiscenti] Cod. Ox. N. *infinitae concupiscentiae*, Oxx. E. I. ψ. Crz. 2. Drsd. 1. *infinite concupiscentie.* — „Pal. sec. habet *et vestem vostrate*, aut certe *rostrate concup.*, quae quid sibi velit lectio examinabunt curiosiores.“ Gruter. „*Infinite* i. e. in infinitum: qua voce alibi quoque usus Cicero est, ut libro Acadd. 1. [c. 7.] *Quae — moveantur, omnia intervallis moveri, quae intervalla etiam infinite dividi possint;* et Oratore ad Brutum [68, 228.]: *ne infinite feratur, ut flumen, oratio.*“ Frc. Sylv.

ad sumptum ille est fructus] Ita Gernh. cum aliis: sed tanta est in libris et scriptis et editis varietas, itemque in sententiae explicatione, ut visum sit, quae huc faciunt, in *Excursum* reiicere XII. eumque ultimum. Nam quae exstat lectionis et interpretationis huius loci diversitas, ea in nulla omnium, quae adhuc exierunt, editione exposita est. Mr.

Ex meo tenui vectigali,] „Etiam privata *vectigalia* sunt.“ Frc. Sylv. Sic Cic. de Off. II, 25: *Vectigalia urbana rusticis anteponantur.* Verba *Ex meo — sumptibus*, exciderunt in Cod. Gud. A. Ad verba: *detractis sumptibus cupiditatis*, Frc. Sylv. haec: „nullos enim sumptus facio, ad quos ulla impellat cupiditas.“ Wytt.: „i. e. sumptus, qui fiunt per cupiditatem eiusmodi, quae est appetitus alicuius rei rationi non consentaneus.“ — „*Sumptus cupiditatis* dicuntur pro Rab. Post. 16: Turpes impensae cupiditatum. Similiter dixit Rutil. Lup. p. 116.: *sumptum ambitionis.*“ Borg. — Pro *detractis* Ox. η. *extractis*, Ox. *detractatis*. Mox Codd. Suer. Drsd. 4. et Gud. B. *redundavit.* — Aldus dicit suos omnes exhibere *Ex meo tenui*, alias autem esse *ex meo autem tenui*: quod unde enotaverit, nescio: ex nostris libris nullus habet. Mr.

Uter igitur est divitior] De hac forma cum paullo superius ad v. *divitissimus* monuerimus, nihil opus est addere aliud quid, quam legi *divitior* in Oxx. E. I. N. U. Duisb. et Edd. quas supra p. 306. laudavimus. Est autem inverso ordine *ditior est* in Codd. Drsd. 1. 3. Crz. 2. In Gud. A. legitur *est igitur* pro *igitur est.* Mr.

cui deest, an cui superat?] „Utrumque verbum iunxit Cicero Fragm. pro Scauro p. 1058. Ern. [est in Ed. a. 1776. p. 1133; in Ed. Fragmm. Oratt. Beieri, p. 213:] *Domus tibi deerat? At habebas. Pecunia superabat? At egebas.*“ Borg. Add. Horat. Art. Poet. 327 sq.: *Si de quincunce remota est Uncia, quid superat?* — Cic. de Finn. V, 15, 42: *deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.* In Codd. Drsd. 1. 3. legitur

an cui deest? tum in Ox. I. *aut cui superat?* Verba *qui eget — abundat* omissa sunt in Cod. Gud. A. Pro *abundat* est *habundat*, ut semper. Pro *cuius possessio* est *cui poss.* in Codd. Bas. Gud. Crz. 2. 3. Ox. σ. Drsd. 1. 4. 5. Exc. Eyb. et Ed. ap. Meus.; in uno Aldi: *cui quo poss. est maior*, in uno eiusdem: *qui quo poss. est maior;* in Drsd. 4. *quo maior est*, Drsd. 1. 3. *maior quo est.* Tum Duisb. *eo magis requirit*, sed supra lin. *plus.* Gud. B. *requirat.* Mr.

ad se tuendam:] Ed. Suffr. Petr. *tuendum.* — Sic supra: *tantum — ut eo tueri sex legiones — possis;* pro Deiot. 8: *Antea maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest.* — Pergit Crz. 2. *an qui suis viribus se sustinet?* Drsd. 5. Gud. B. *an qui se suis viribus sustinet?* Drsd. 1. 3. *an qui viribus suis se sust.* Drsd. 2. *an quae se suis viribus sustinet?* Drsd. 4.: *an quae se suis viribus sustinent?* Ox. ψ. *utribus* pro *viribus.* Habent etiam *viribus se* Codd. Bern. Bas. et Exc. Eyb. Tum Cod. Gud. A. omittit *quid* post *sed.* Mr.

qui morum et temporum vitio aliquantum] „Est ἓν διὰ δυοῖν pro vitio morum huius temporis, i. e. quia mores huius aetatis sunt corrupti.“ Wytt. Pro *ac* est *atque* in Drsd. 2. In Codd. Gud. A. Ox. N. Crz. 2. Drsd. 3. 5. est *aliquantulum*, itemque in Bern. Bas. Gud. Mr.

fortasse in huius saeculi errore verser] „Seculum saepe, ut h. l., notat illos homines, qui nostro tempore vivunt: nam *secus* et *secum*, *seci* dicitur apud poetas pro *sexus*, et *seculum* per se nonnunquam dicitur mos et consuetudo hominum praesentis aetatis.“ Wytt. In Cod. Gud. A. legitur: *in hoc vili errore*, in Gud. B. *in huius scli fortasse errore.* Drsd. 5. *versetur*, Ox. E. *versor.* Mr.

in huius saeculi errore] Confert ad locutionem Borg. Cic. pro Balbo 6.: *Est enim haec saeculi labes;* pro Caelio 20: *huius saeculi licentia;* Phil. IV, 6: *huius saeculi insolentia.* Mr.

M' Manilius] „Saepe Ciceroni memoratur, ut eloquens et prudens: de Orat. I, 49. III, 23. Bruto c. 27. et alibi.“ Wytt. „is est, qui cum Africano minore, Laelio, Philo, Scaevola aliisque disputat de re publica in libris, quos de Rep. Cicero conscripsit.“ Frc. Sylv. De eo vide collecta omnia apud Orellium Onomast. Cic. II. p. 375. b. Cod. Gud. B. *malius* pro *M' Manilius*, Crz. 2. *M' Manlius.* Habent etiam *M.* et *Marcus* Codd. Drsd. 2. 4. 5.; duo posteriores *memoria patr. nostr.* Drsd. 2. *nostr. patr. memoria.* Gud. B. *menorias* (sic), omisso *nostrorum.* Mr.

M' Manilius] „Hominem memorat sua tempestate notum, et

honoratum, qui pro rerum domesticarum modulo contentus vivebat, nihilque sibi deesse putabat." Facc.

(ne semper Curios et Luscinos loquamur)] Cod. Drsd. 4. *ne semper curiose et lusimose*, Crz. 2. *licinos*, Gud. A. *licios*, Duisb. *Lutios*. Suer. cum Drsd. 1. *Lucios*. — Est *Luscinios* in Codd. Ox. E. U. ψ. marg. Crat. Edd. Vict. Magn. Dav. Man. Ald. 1548. 1552. Ven. 1492. Hdlb. Par. 1512. Cam. Herw. H. Wolf. Oliv.; *Lusinios*, Ed. Arg.; *Lisinios*, Ed. Par. 1507, *Licinios*, Ald. 1517; *Lucinios* Ven. 1514. Par. s. a. Lugd. Sturm. Par. 1545; Lambinus, errore typogr. (iudice Orellio) edidit *Tuscinos*, quem fideliter reddidit Ed. Colon. Sed iam ante Lambinum sic scriptum est in Ed. Car. Steph. — Frc. Sylvius, qui reperiebat *Licinios*, „*Lucinos*, inquit, legi oportet. *C.* enim *Lucinus* Fabricius appellatus est: ab aliis tamen *Luscinus*, ab aliis *Lucinius* appellatur." Longus est Io. Morisotus, ut probet ex Valerio Maximo III. ex. Rom. §. 6, IV. 4. §. 10, Plinio N. H. X, 37. §. 55. scribendum esse neque *Licinios*, neque *Luscinios*, sed *Lucinios* (sc. Fabricios) aut certe *Lucinos*. Sed iam dudum exploratum est cognomen *Fabricii* fuisse *Luscinus*, idque iam legitur in Edd. Boul. Lambb. Goth. Sylb. Aud. Tal. Grut. Graev. Gron. et habet eam scriptionem Io. Glandorpius in Onomast. Historiae Rom. (Frcof. Wechel. 1599. f. m.) p. 331. Conf. Orellii Onomast. Tull. II. p. 248. a. b. Ad structuram v. *loquamur* confert Borg. Cic. de Finn. II, 9: *Philosophus loquitur tria genera cupiditatum*. Adde ad Att. 9, 2: *nil nisi classes loquens*. Mr.

pauper tandem fuit:] Est in Codd. Suer. et Gud. B. *tandem pauper fuit*. Sed quid sibi velit hoc *tandem*, merito quaeras. Dubitabat iam vel certe explicandam existimavit vocem Ascensius, qui in commentario Editioni Ald. 1548. addito, *pauper tandem*, scripsit, i. e. ut aliquando de eo loquamur, et non loquamur (i. e. in ore habeamus) semper Curios et Lucinios, quoties paupertatem et continentiam laudamus. Qui a. 1811. Glogaviae edidit Paradoxa Germanice conversa, Iac. Gauppius tacite correxisse videtur *tamen*, convertit enim: *war doch arm;* qui eadem convertit a. 1799. C. A. G. Schreiberus (Halis Sax.) quid legerit non satis apparet; reddidit enim verba nostra: *war im eigentlichen Sinne des Wortes arm*. Graece convertit Dionysius Petavius: *λοιπὸν ἐν πενίᾳ διέζη*. Io. Morisotus: *ἦν δὴ πενίτης*. Emendare etiam studuit locum Heindorfius ad Horat. Sat. I, 6, 7, qui ad v. *macro pauper agello* nostra laudans verba fidenter sane scribit: „lege *tantum*." i. e. (si recte eum intellexi, nam nihil explicationis addidit) eius res familiaris non ultra paupertatem ascendebat. Wyttenbachius denique, qui existimaret nos, eius auditores, exspectare

aliquid ad interpretandum locum praesidii, „Accipiendum est, inquit, interrogative, pro: an tandem pauper fuit? nam particula *tandem* intendit vim orationis et interrogationis." Sed neque haec explicatio satisfaciebat, non mihi tantum, sed aliis etiam, qui tum operam dabant praeceptori clarissimo. Interrogationi enim nobis non videbatur esse locus. Equidem corrigere non audeo. Nam si coniicerem *adeo*, *nimirum*, *quidem*, hariolari mihi viderer. Ut vero *tandem* dictum existimem pro *denique* (i. e. ut ultimum proferam exemplum), a me impetrare non possum, quamquam locum in hanc sententiam ex Quinctil. Inst. XII, 1, 25. laudat Freundius v. *tandem*. Nam vetat locus vocabuli post *pauper:* debebat dici *M' tandem Manilius*. Mr.

habuit enim aediculas in Carinis et fundum in Labicano.] „*In Labicano*, novem, recte. *Larecupo*, unus. *Locopio*, unus. *Lancupo*, unus. *Larcapo*, duo. *Laropo*, unus. *Larcopo*, unus. *Labicano*, duo." Ald. Man. Cod. Drsd. 3. *aediculas enim;* Drsd. 5. omittit *enim;* Duisb. habet *aedem*, sed in marg. *-culas;* Crz. 2. *edid'as* (sic), Drsd. 5. *in Latinis*, idem *in Lacopo* cum Drsd. 4.; in Gud. B. *edicula — in Larcapo*, Gud. A. *in Larcabo*, Ox. I. *in Loruopo*, Ox. N. *in Larithopo*, Ox. ψ. Crz. 2. et Drsd. 1. *in Larcopo*, Crz. 3. et Duisb. *in Lauicano:* reliqui recte. Sed editi quoque variant. Ald. 1517. habet *Lauicano*. Lugd. *lico po;* Ven. 1492. Ed. ap. Meus. Hdlb. Par. 1507. 1512. Ald. 1548. Boul. *Licopo;* sed duae posteriores in marg. *Labicano*. Langius item lectionem *Lacopo* ex libro ad D. Trudonis enotavit. Mr.

in Carinis] „Carinae, urbis regio a foro remota ad Telluris; de qua Horatius lib. 1. Epist. 7." Facc.

in Carinis,] „Carinae fuerunt vicus frequens Romae, ubi et Ciceronis domus fuerat. Vid. Epp. ad Q. Fratr. II, 3." Wytt. „De Carinarum situ vid. Garaton. ad Philipp. II, 6. Non praetereatur venustissimus iocus Sexti Pompeii, qui Caesarem et Antonium in navi coena excipiens, dixit: *Hae sunt meae Carinae:* ludens in eo, quod paterna domus eius erat in Carinis, quam tunc temporis tenebat Antonius. Vid. Vellei. Paterc. II, 77. ibiq. Plutarch. a Ruhnkenio citatus et reprehensus." Borg. Add. B. Marliani Urbis Romae Topogr. (Ed. Venet. 1588. 8.) Lib. V. c. X. p. 87. Alex. Donati de Urbe Roma Lib. III. c. 8. in Graevii Thes. Antt. Romm. T. III. p. 768. Mr.

in Labicano] „Labicum oppidulum non procul ab urbe: unde Labicanus ager, qui in prima Italiae regione collocatur a Plinio lib. 3. cap. 5." Facc.

in Labicano] „*Labicanum* non *Lavicanum* dici scripsi pro

Cn. Plancio, a Labico, vetusto oppido, quod prope Tusculum fuit, non procul ab urbe Roma, Labicanum dictum est: idque pro praedio Labicano, ut Tusculanum, Pompeianum, Formianum, aliaque eiusdem generis.“ Frc. Sylv.

divitiores] „Ita primae edd. et MSS. nostri omnes. Subsequentes enim *ditiores sumus qui p. h.? u. quidem essemus.* supervacanee.“ Grut.

Nos igitur divitiores, qui plura habemus? Utinam quidem.] „Sic MSS. Sed Edd. *nos igitur ditiores sumus, qui plura habemus? Utinam quidem essemus!*“ Graev. „*Ditiores*, omnes. *Diotiores sumus, qui*, decem. *Essemus* abest a quindecim.“ Ald. Man. „Pithoeanus Codex consentit MSS. Gruteri.“ Graev. „Incorruptam, certe explicatiorem huius Comparativi formam servavit Orat. III, 48, 185: *Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus:* ubi etiam quaedam adiectivorum aequabilitas erat spectanda. Tum nostro loco *divitem*, non *ditem*, quod apud Livium frequens est, ter quaterve dixit. Quantum tribuendum sit scripturae compendio, quo usi scribae sunt, difficile est ubique iudicare. Vid. Voss. de Analogia II, 25, p. 804.“ Gernh. Videamus iam de libris. Ed. Lugd. pro *nos igitur* exhibet *non igitur*; Gud. A. habet cum Guelf. *nos num ditiores sumus;* Codd. Crz. 2. Ox. N. Drsd. 1. 3. Bern. *nos vero.* Est *ditiores* in Oxx. E. N. U. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 3. Suer. et plurimae edd. vett. *Divitiores* habent Codd. reliqui, itemque Edd. Vict. Lamb. Suffr. Petr. Hub. Colon. Grut. Graev. Gron. Schrev. Verb. Oliv. Ern. seqq., de qua forma vid. etiam Beier. ad Cic. Lael. 16. p. 91. qui eam ibi in annot. receptam a se dixit, sed in textu reliquit *ditior.* Additur *sumus*, ex glossa, in Codd. Crz. 3. Drsd. 4. 5. Ox. U. Gud. A, non habent Codd. reliqui, neque Edd. quas habere *divitiores* diximus, itemque Ald. 1517. 1552. Car. Steph. Sturm. Aud. Tal. Sylb. Facc. Illud *vero* pro *igitur* est etiam in Edd. Par. s. a. et Asc. 1511: unde cum in aliis eius loco sit *num*, etiam vocem *igitur* e glossa esse suspicatur Orellius: a qua suspicione ego quoque me non alienum esse profiteor. Alteram, vel, si mavis, tertiam glossam, *essemus*, post *Utinam quidem*, omnes habent Edd., in quibus est *ditiores;* non habent reliquae, itemque Codd. Oxx. (excepto I.) omnes, Crz. 2. (in quo est *equidem*, quo non uti solet Cic., nisi cum prima singularis numeri persona) Gud. A. B. Suer. Duisb. Drsd. 2. Mr.

Sed non aestimatione census,] „i. e. divitiarum: ut apud Iuvenalem est Satira XIV: [304.] *misera est magni custodia census.* In hac re census saepe dicitur. *Census* adiectivum pro divite et pecunioso dicitur: ut in Lege Voconia: *Ne quis homo census*,

unicam habens filiam, eam heredem relinqueret." Frc. Sylv. De ea lege vid. Orellii Onomast. Tull. III. p. 294—305. De *Censu*, ea, qua hic est, significatione, vid. Dirksen. Manuale Latinit. Fontium Iuris Civ. Rom. p. 131. a. §. 3. Ad usum conf. Cic. pro Flacc. 22: *Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu.* Pro *aestimatione* legitur *existimatione* in Codd. Oxx. E. ψ. Crz. 2. Drsd. 4. 5.; *ad extimationem* in Ox. I. Pergit Cod. Crz. 2. *verum etiam victu*, peiore glossa assuta, quam, si est glossa, paullo superius *igitur* post *Nos.* — De usu vocis *census* Gernhardus etiam laudat Flor. IV, 2, 21. Plin. XXXVI, 15. Horat. Carm. II, 15, 13.; explicatque *aestimationem census* ita, ut dicat esse bonorum aestimationem, quae fit per censum. Mr.

victu atque cultu terminatur pecuniae modus.] „i. e. quum ad victum atque cultum satis est. — *Modus* est i. q. mensura." Frc. Sylv. „*Victu atque cultu* est ἓν διὰ δυοῖν, pro victu culto: nam victus est cibus, potus, vestitus, habitatio etc. quatenus ad vivendum necessaria sunt. Sed si etiam satis est non tantum ad vivendum, sed ad culte (i. e. liberaliter) vivendum, tum ad victum etiam accedit cultus. *Modus* autem est mensura, quae non taxanda est censu et numero possessionum, sed eo, quantum satis sit ad liberalem victum." Wytt.

Non esse cupidum pecunia est: non esse emacem vectigal est.] Verba *non esse — pecunia est* omissa sunt in Cod. Gud. A., in Gud. B. legitur *non esse cupidum pecuniae vel non esse emacem vectigal est:* quod est correctoris sibi placentis, cum vidisset multos libros exhibere *pecuniae*, ubi compendium vocis *est (ē)* adhaesit voci *pecunia*, ut est in septem et decem Aldi codicibus, nostris Crz. 2. quatuor Oxx. E. I. U. ψ., Suer. Drsd. 1. 2. 4. (hic inverso etiam ordine *cupidum pecuniae*, pergitque *non esse amantem vectigalium)* Drsd. 5. itemque Bern. et Bas. Sed neque editi consentiunt, quamquam Edd. nostrae antiquissimae veram habent lectionem. In Edd. Asc. 1511. Par. 1507. et 1512. Lugd. legitur: *non esse cupidum pecuniae: non esse emacem vectigalis;* in Arg. Herw. Cam.: *non esse cupidum pecuniae, non esse emacem, vectigal est.* Sola Ed. Sturm. *non esse cupidum pecuniarum non esse emacem, vectigal est.* Pro *vectigal est* legitur *vectigalem* in Ox. ψ. Crz. 2. Drsd. 3.; *vectigalium* in Drsd. 1. 2. 4. 5. Oxx. E. I. U. Mr.

emacem] „Cato de Re Rust. [c. II. extr.] *Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.* Columella lib. IV. [c. 3.] *Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis: sed iisdem tuendis nulla cura tangit.*" Frc. Sylv.

„Elegantissima simul et acutissima sententia: *pecunia*, i. e. possessio quaedam est carere cupiditate: vectigal autem est s. reditus et fructus est non esse emacem, i. e. non laborare mala cupiditate quidvis emendi." Wytt. Ad structuram, qua subiectum est Accus. cum Inf., Adiectivo singulari numero posito, vid. C. G. Dieterich. in Seebodii, Iahnii et Klotzii Annall. Philoll. et Paed. Supplem. T. VIII, 4. p. 493. qui confert Tuscc. IV, 12, 27. Finn. II, 17, 54. de Off. II, 18, 64. Ad sententiam conf. Plin. Epist. I, 24: *Mala emptio exprobrare stultitiam domino videtur.* Mr.

Contentum vero suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae] „Liber ad D. Trudonis *comtissimaeque divitiae.*" C. Lang. „Gronovius ad Statii Silv. II, 3, 70, in Diatriba Stat. cap. 27. p. 169. ubi est *condere divitias*, reponebat lectionem, quam libri quidam habent, *comere divitias.* Ego vero exemplum idonei scriptoris, qui *comere divitias* dixerit, quaero. Nam quae afferuntur, aliena sunt omnia. Nisi forte huc referendum putas illud Ciceronis Parad. VI, 3: *contentum — esse, maximae sunt comptissimaeque divitiae.* Sic enim Codex Car. Langii, cum omnes libri constantissime habeant *certissimaeque divitiae.* Eam lectionem Gronovius [non Iacobus, qui Ciceronem edidit, sed Io. Fredericus,] arripit explicatque *splendidissimae*, *nitidissimae divitiae.* Verum Ciceronis menti *certissimae* divitiae conveniunt, *splendidissimae* nullo modo. Nihil igitur praesidii in hoc loco, in quo si quid mutandum est propter magnam, quae merito Codici Langiano tribuitur, auctoritatem, ex eius vestigiis scripserim: *maximae sunt copiosissimaeque divitiae.*" Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 79. Contra Schützius, „Vulgata, inquit, recte se habet: *certissimae* enim refertur ad id quod sequitur: *virtus, quae nec eripi nec surripi potest unquam* etc." Quae est item Gernhardi et Orellii sententia: neque, opinor, sive Gronovius sive Ruhnkenius quemquam habebit assentientem. Dici item recte ait Borg. mox *sempiternos* i. e. stabiles: coll. de Amic. 15: *amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio.* In eadem sententia erat etiam Wyttenbachius. — Sed scribitur *esse suis rebus* in Codd. Crz. 1. Gud. B. Drsd. 2.; *suis esse rebus* in Drsd. 5. Vocem *certissimaeque* omittit Gud. A. Mr.

certissimaeque.] Post haec in Cod. Gud. B. verba contextus ita se excipiunt: *maxime sunt certissimeque quedam magni precii extimant q' ei gravi possessionum minime quasi noceri potest: quanti precii extimanda virtus est q̄ nec eripi nec subripi potest neque naufragio neque incendio amittitur neque tempestatum neque temporum perturbatione mutatur. qua praediti*

qui sunt soli sunt divites. sali ces possident res et fructuosas et sempiternas solique, quod est proprium divici arum contenti sunt rebus suis satis esse putant quod est nichil appetunt nulla re egent sibi nichil sibi deesse sentiunt nichil requirunt. Improbi autem vel avari qm̃ incestas et in casu positas possessiones habent et plus semper appetunt nec quisquam eorum adhuc inventus est, cui quod haberet esset satis non modo non copiosi ac divites sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Mr.

Etenim si isti callidi rerum aestimatores] „Sunt qui *ad suum quaestum sunt callidi.* Plaut. Asin. I, 3. [v. 34: *Vera dico. Ad suum quemque hominem quaestum esse aequum est callidum:*] h. e. qui optime norunt et intelligunt quaerendi artes.“ Graev. Pro *callidi* est *calidi* in Cod. Crz. 3. Est eadem lectionis varietas apud Cic. de N. D. I, 25, 70: ubi, pro *nihil horum nisi callide*, sunt qui legant *calide:* ad quem locum similes congessit Davisius, quibus nonnulla nos addidimus p. 112 sq. ed. Cr. et nostr. mai. Add. Eutrop. III, 10. ubi vid. Ed. Verheyk. p. 129 sq. Ed. Grossii, p. 31. Plaut. Epid. II, 2, 92. C. D. Beckii Commentatt. de Interpretat. Vett. Scriptt. p. CIV. (Lips. 1790. 4.) — Legitur *existimatores* in Gud. A. Drsd. 4.; *extimatores* in Crz. 2. Mr.

prata et areas quasdam magno aestimant,] „*Prata* magno ab antiquis aestimabantur, quibus nonnulli in bonis dant primatum. Itaque antiqui ea *parata* appellaverunt, ut ait M. Varro in libro de Re Rust. I. [c. 7.] Eorum facillima agricolis cura ac minimi impendii est, ut ait Plinius libri XVIII, cap. 28. Itaque M. Cato maior interrogatus, qui esset certissimus quaestus, respondit, Si bene pascit, i. e. si bona prata pater familias habeat.“ — „*Area* autem, auctore Sex. Pompeio [p. XVII. Ed. Santandr. 1593.], *proprie dicitur locus vacuus* (i. e. sine aedificio) *quasi exaruerit et non possit quicquam regenerare.* Huiusmodi areae in quibus aedificaretur aptae erant et nonnullae magno vendebantur.“ Frc. Sylv. — „*Cato non affligi tempestatibus prata, ut alias ruris partes, dicebat*, ut ait Columella [de Re Rust. II, 17.] Quanti aestimarentur prata, indicat lib. III. c. 3. cum ait: *Omnes istos, qui foenum suum et olera amplexantur, incremento patrimonii facile superabant.* Varro ex persona Scrofae lib. I, c. 7. dissentit a Catone, qui pratis non primum locum, nec secundum, sed quintum inter praedia rustica tribuerat. Et cum Varrone sentit Cicero in eo loco Ep. 3. lib. I. ad Att.: *Quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos et prata contemno.* — *Areae* vero inter urbana praedia magni aestimabantur propter angustias soli. Propterea dixit Cicero *areas quasdam*, id est urbanas, et in urbis no-

bilioribus locis: ne quis de areis omnibus acciperet. — Tredecim faciunt cum impressa lectione: quattuor addunt *pretii* post *magni*. Unus: *et areas et quaedam magno rest.* [sic in Ed. Graevii: sed sine dubio est h. l. unus ex innumeris eius editionis operarum erroribus, legendumque *aestimant*:] Est qui legat *quiddam magni*." Ald. Man. „Liber ad D. Trudonis *areas quiddam magni aestimant*, pro *quasdam magno*: quod nescio quo modo auribus meis bene sonat." C. Lang.

areas quasdam] „Quia areae h. l. cum fructuosis possessionibus, ut pratis, iunguntur, intelligitur, non esse intelligendas, quae ab aedium ruinis sunt, in urbe, sed qualis fuit v. c. in Aequimelio, in qua stabant pecora venalia et alia (vid. de Divin. II, 17.), quae inde peterentur, ideoque locari poterant et mercedem afferebant." Ern. „Sunt partes soli vacuae aedificiis, quae poterant vendi vel ad inaedificandum vel ad fora et congressus hominum." Wytt. Pro *areas* est *archas* in Drsd. 5.; in Ox. η. *pratas* pro *prata;* pro *quasdam* Cod. Suerin. *quam tam.* Tum Codd. Drsd. 1. 3. (qui habet *quasdam* ante *aestimant)* Ed. Asc. 1511. *magni pretii aestimant*, Suer. *magni extimat.* Codd. Oxx. E. ψ. *magni existimant*, Oxx. U. η. σ. Crz. 2. 3. Drsd. 2. 4. Edd. Crat. Ald. 1517. 1552. H. Wolf. Sylb. *magni aestimant.* Cod. Drsd. 5. *mag̅* (sic), omisso *aestimant.* Gud. A. *existimant magni.* Reliqui Codd. et Edd. *magno aestimant*, de quo vid. ann. seq. Mr.

magni aestimant,] „Quamvis ita in omnibus exemplis, quae in manus pervenerint, legam, *magno* tamen, non *magni*, legendum putem: ut apud Virgilium: *Magno mercentur Atridae:* [Aen. II, 104.] *Parvo* enim et *magno* adiungi solent cum verbis *emere*, *vendere*, *aestimare* aliudve quid huiusmodi significantibus." Frc. Sylv. Goerenzius ad Cic. de Finn. III, 3, 11, ubi est: *nae ego istam gloriosam virtutem non magno aestimandam putem*, scripsit Genitivum hac in structura longe esse frequentiorem, neque se usquam sic ad *aestimo* legere meminisse. Borg. Goerenzium memoria lapsum existimabat, cum sit ibidem IV, 23, 62: *quia sit non nihilo aestimandum*, ubi neque lectionis est varietas, neque Goer. aliquid monuit vel coniecit *nihili.* Quid? quod ipse Goer. priore loco laudat Verr. IV, 7, 13: *tu ista permagno aestimas?* quasi haec alia sit structura. Sed non miranda est Goerenzii suspicio, cum illo de Finibus loco priore ipse Lambinus voluerit legi *magni*, ex perpetuo, ut ait, Ciceronis usu. Nec tamen uterque quicquam monuit ad eiusdem operis Lib. V, 30, 90: *ut satis magno aestimanda sint.* Iam vide nos ad Cic. Tuscc. III, 4, 8. p. 25 sq.: *Nae ista gloriosa sapientia non magno aestimanda est.* Sed

ut rei plane satisfiat, addo libros, qui de ea re nuper praeceperunt, quorum auctores acute ita distinguere solent, ut *magni aestimare* sit *„einen hohen, innern, Werth beilegen“*, *magno aestimare „einen hohen Preis (äussern Werth) beilegen“:* inde vero hoc ipso nostro loco alter praecipit legendum esse *magno aestimant*, alter *magni:* ut appareat in utramque partem posse disputari ab iis, qui praeiudicata opinione alterutrum praecipiant, nobis vero standum esse a librorum optimorum auctoritate. Sed vide F. S. Feldbausch. Lat. Schulgramm. §. 488. p. 399. F. Hand. Lehrbuch d. Lat. Styls, p. 248. ed. 2. F. Haasium ad Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwiss. §. 357. annot. 533. p. 648. ibiq. laudd., G. T. A. Krüger. Gramm. d. Lat. Spr. T. II. §. 394, annot. p. 528. Mr.

quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest:] Cod. Ox. U. *quia* pro *quod.* Vox *possessionum* abest a Codd. Drsd. 1. 2. Verba *poss. minime* desunt in Crz. 2. Ox. N., in quorum priore post *noceri* additum est *non*, posterior habet *nocere non.* Ox. quoque η. habet *nocere;* cum Crz. 2. facit etiam Gud. A. In Suer. est *gravi* pro *generi* et *possit* pro *potest.* Mr.

minime quasi] „*Quasi* pro *fere.* Ut in Acad. [II, 27.] *Sol mihi quasi pedalis videtur*, et ibid. *Illa exponunt duo quae quasi contineant omnem hanc quaestionem.* In Oratore [13, 41.] *Est enim quasi in extrema pagina Phaedri his verbis loquens Socrates.* Ter. Heaut. [I, 1, 93.] *quasi talenta ad quindecim coëgi.* Sall. Iug. [50, 3.] *Praesidio quasi decem millium peditum.* Sueton. Calig. [58.] *Hora quasi septima.*“ Ald. Man. „Gulielmius coniiciebat: *casu noceri possit.* nescio an vere. *Quasi* enim notat etiam *fere*, ut multis ostendit Manutius nepos.“ Gruter. „*Quasi* quid hic sit, non video. Est, opinor, corruptum.“ Ern. Schellerus in Lex. mai. ad defendendum hoc *quasi* addit exemplis Aldi Cic. in Verr. Act. I, 8: *quasi decem fiscos* et Tacit. Ann. I, 68. *miles quasi ob metum defixus.* Iisdem exemplis fulcit *quasi* Gernhardus, additque, quasi in cumulum, Cic. Acad. II, 29, 95: *Id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum.* Alio modo defendit illud *quasi* Borgersius, dicens eleganter poni *quasi* pro *si qua.* „Sensus, inquit, est: Quod ei generi possessionum, si qua, certe minima ex parte, noceri potest.“ Conf. de Sen. 14.: *At non est voluptatum tanta quasi titillatio:* i. e.: At, si qua est titillatio voluptatum, certe non est tanta. — „*Quasi* videtur additum a librario, neque enim cum *nocendi* verbo potest coniungi, quia hic non locus est comparationi: et recte iam hoc notavit Ernestus.“ Wytt. Or. postquam apposuit coniecturam *casus nocere*, cuius auctorem se ait nescire, addit Ernestio illud *quasi* non sine causa

corruptum esse visum. Equidem, ut fatear quod est, admodum miror, illam exemplorum quasi congeriem probatam esse Gernhardo, cum nihil plane probet, et plane aliena sit a loco nostro, quando quidem vel *prope* s. *circiter* significat *quasi* rebus numeratis appositum, vel comparationi inservit, vel usum vocabuli minus proprii vel minus usitati excusat. Borgersii vero explicatio merum est commentum, neque ulla ratione probabili fultum: locus autem ex Laelio ad tertium vel secundum genus, quae modo exposuimus, pertinet. Quare, ut significarem mihi probari non posse illud *quasi* parum apte additum, uncinis inclusi: satis placet *casus nocere*, quamquam nec hoc a Cicerone profectum existimo. Mr.

noceri potest;] „Liber ad D. Trudonis et item alter hoc modo habent: *minime quasi noceri potest, neque naufragio, nec incendio amittitur; quanti est aestimanda virtus, quae neque eripi nec surripi potest, nec testamentum* etc." Car. Lang. Similiter noster Crz. 2. *quod ei generi q. noceri non potest. neque naufr. neque inc. amittitur: quanti est aestim. virtus, quae nec eripi potest, nec tempestatum* etc. Cod. Drsd. 4: *noceri potest non naufragio mutatur, quanti est aestim. virtus, quae nec eripi nec surripi potest.* Gud. A. *noceri potest neque naufr. neque incendio quanti est existimanda virtus quae nec eripi nec subripi potest nec tempestatum nec temp. perturb. mutatur.* Cod. Drsd. 2. *aestim. virtus est,* Drsd. 5. *aestim. est virtus.* Drsd. 5. omittit *virtus. Noceri possit* habent sex Aldi et Gruterus in lemmate annot. nec vero in contextu. Oxx. E. η. *existimanda* pro *aestimanda.* Sex Aldi ut nos; tres *virt. est,* duo *est virt.* duo om. *est,* unus habet *quanti pretii.* Mr.

nec eripi nec surripi] Borg. laudat Cic. Verr. IV, 60: *quam si quis clam surripiat, aut eripiat palam.* Verr. Act. II. Lib. I, 4: *cui reus — aut occulte surripi, aut impune eripi possit.* Plura dabit, accurate distincta, Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. T. IV. p. 123. Pro *nec — nec* Ox. E. habet *neque — neque;* alterum *nec* omittit Ox. ψ. Habent *surripi possit* Ex. Eyb. et var. Magn. ap. Orellium. Post *surripi potest* multi editi additum habent *unquam;* retinuit Gernh., uncinis inclusit Orellius, abesse volebat Bentleius: ego expunxi cum Ed. Tbn., cum absit ab omnibus (XVIII.) Aldi, Bern. Bas. Guelf. Duisb. Oxx. E. I. U. η. ψ. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. Gud. A. B. Edd. prc. Ed. ap. Meus. Hdlb. Ven. 1492. 1487. 1514. Asc. 1511. Lang. Par. 1507. 1512. 1543. cum Par. s. a. Arg. Lugd. Vict. Rob. Steph. — Pergit Drsd. 5. *quae nunquam naufragio, nunquam incendio,* qua anaphora corrector aliqui exornavit Ciceronem. *Nec incendio* abest ab Ox. ψ. Mr.

nec vi tempestatum] „Sic quattuor; *nec in tempestatum*, duo: [quod ex perperam lecta voce *vi* ortum est:] Reliqui omittunt *vi*.“ Ald. Man. „*Nec tempestatum:* haud secus olim editi et sic Pall. omnes. Gulielmio probabatur veteris editionis lectio *perturbatione movetur*. In Pal. pr. exstat *nec vi tempestatum*.“ Gruter. Est item *perturbatione* in Codd. Oxx. E. U. I. η. ψ. Suer. Ego cum Hub. Ern. Wetz. Schz. Gernh. Nobb. Or. Tbn., etiam ex Bern. Bas. Guelf. posterius, ex paucioribus *vi*, recepi. Mr.

perturbatione] Vid. annot. praeced. — „*Perturbatione*, decem septem mei. *Turbatione* unus.“ Ald. Man. „*Tempestas* dicitur de certa ratione et temperie coeli et aëris, humore, ardore, frigore cet. vel congruo rebus corporeis vel non item. *Tempora* dicuntur de hominibus vel pacifica vel bellicosa, vel turbulenta, vel tranquilla.“ Wytt. De lectione *perturbatione* vid. etiam Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. T. II. p. 208. — „Sic Edd. vett. pleraeque. Altera lectio, *permutatione*, quod Edd. Colon. Ven. habent, lenior est, quam pro re.“ Ern. — Erravit Ern.: habent Edd. vett., quas novimus, fere omnes *permutatione*, quod minus placet. Mr.

Qua praediti qui sunt, soli sunt divites.] Cod. Drsd. 5. *quia qua praed. sunt.* Drsd. 4. *qua qui praed. sint;* Edd. Crat. Magn. Man. Lamb. Ald. 1517. 1552. Colon. Aud. Tal. Sylb. *qua qui praed. sunt.* Gud. A. omittit *qui sunt.* Crz. 2. omittit verbum *sunt* post *soli.* Pro *fructuosas* Ox. ψ. habet *sumptuosas*, idem pergit *et sempiternales.* Ox. E. *soli* pro *solique.* Suerin. habet *soli etiam possident.* Tum Drsd. 2. *quod est divitiarum proprium.* A duobus Aldinis abest *et* ante *fructuosas.* Cod. Bas. omittit *et sempiternas.* Mr.

contenti sunt rebus suis. Satis esse putant,] „Rescripsi et interpunxi: *contenti rebus suis, satis esse putant*, secutus Pithoeanum MS.“ Graev. Fecerunt idem Facciol. (in Ed. Veneta, nec vero in Ed. prima, quae Patavii 1720. prodiit,) nihil monens, Hub. Gernh. Nobb. Et Gernh. quidem addit: haec arctius coniungi debuisse. Contra ea praestare ait Orellius plurimorum [imo reliquorum omnium] lectionem, quia quam plurimis membris disiunctis αὐτάρκεια horum hominum significanda fuerit. Quod mihi quidem videtur verissimum. Sed equidem maiorem, non minorem distinctionem ponendam existimavi. Ceterum est *suis rebus* in Codd. Crz. 3. et Drsd. 5.; in Drsd. 2. est *satis putant esse.* Ad v. *appetunt* Frc. Sylv. addit explicandi causa: „sine ratione.“ Tum Gud. A. Crz. 2. Ox. E. N. ψ. *indigent* pro *egent*, idem habent tres Aldi, Graevii Pithoeanus, Orellii Bern. et Guelf. Cod. autem Ox. ψ. ex-

hibet *nullam rem.* Pro *nihil* est *nil* in Drsd. 5.; in Drsd. 2. *sibi sentiunt deesse.* Verba *nihil* — *sentiunt* exciderunt in Ox. I. In Crz. 3. est *deesse censiunt*, tum punctis subscriptis ei voci additum *sentiunt.* Pergit Drsd. 4. *vel requirunt*, quod ortum est ex *nil requirunt.* Post hoc verbum Cod. Ox. E. additam habet glossam *amplius.* — Ad v. *Satis esse putant, quod est* conferri iubet Gernh. Cic. Cat. M. 9, 27. ubi est: *Quod est, eo decet uti.* Mr.

Improbi autem et avari,] Legitur *improbi homines autem* in Codd. Drsd. 1. et 3. Vocem *autem* omittunt Gud. A. et Ox. ψ. Scribitur *ut avari* in Cod. Suer., *vel avari* in Drsd. 4. Cod. Pith. *improbi vero.* Mr.

quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent,] „*Et casui suppositas possess. habent*, unus." Ald. Man. „Gulielmii Maur. *in usu positas*, quod ei non displicet: quia, inquit, utuntur, opus habent quaesito, ut sumptus reficiatur." Gruter. „Alii non sine ratione omittunt *possessiones*, et adiectivum *positas* referunt ad *res* periodi superioris." Facc. „Vulgati omittunt vocem *possessiones*, quam cum Victorio et Manutio servant regii codices." Lallem. Quos vulgatos dicit Lallemannus, ii sunt Ed. Lambiniana 1584. (non Lambini vera) nostrae Lambb. 1580. 1581. Goth. Grut. Graev. Gron. Verb. Schrev., quibus accedunt Olivet. Ern. Wetz. Schütz. Borg. Et hic quidem (Borg.) illius omissionis rationem reddit nullam, nisi quod se cum Ernesto et cum Schützio facere ait, et hanc verborum *incertas et in casu positas* sententiam esse dicit: „Quorum fortunae vel opes non fundatae, non optime sunt constitutae": coll. pro Rab. Post. 1. [Nimirum ibi est: *quod suae fortunae fundatas praesertim atque optime constitutas opes potestati regiae commiserit:* quod nihil ad rem facit.] Gernhardus autem recte monet: „Cum alius structurae enuntiationes interiectae sint, nullus equidem credo Ciceronem vocem *res* intellexisse." Et tuentur vocem *possessiones* Edd., praeter eas, quas enumeravimus, omnes, itemque, cum Aldinis et Lallemanni regiis, Orellii Bern. Bas. Guelf. cum Oxx. omnibus Gud. B. (in A. est *habent positas casu possident*) Duisb. Crz. 2. 3. Drsd. 1. 2. 3. 4. 5. — Pro *atque* est *et* in Codd. Ox. U. Pith. Crz. 2. Drsd. 3. In Crz. 2. et Drsd. 5. omittitur *in;* Cod. Ox. I. habet *supra* pro *in casu;* Crz. 3. omittit *habent.* Mr.

et plus semper appetunt,] In Cod. Drsd. 5. *semper* bis scriptum est. Legitur in Drsd. 4. *vel plus semper.* Idem habet cum Suer. *nec quisquam eorum*, Drsd. 5. *nec eorum inventus est adhuc quisquam.* Drsd. 4. et 5. *satis esset.* Mox Drsd. 1. et 3.

et divites. Cod. Gud. A: *aut div.* Verba *inopes ac* desunt in Crz. 2. Pro *ac* est *atque* in Codd. Oxx. E. I. U.; et uno Aldi. In η. ψ. Drsd. 3. et quatuor Codd. Aldi *et;* tres Aldi habent *etiam* pro *ac*, unus *aut*, in uno deest, in uno deleta est particula. In Gud. A. deest *etiam* ante *inopes.* Denique pro *existimandi* est *aestimandi* in Oxx. η. ψ. et novem Codd. Aldi Man., qui ad v. *pauperes* monet *improbos* pauperes esse intelligendos. Gernh. *aestimandi* se reperisse ait in Edd. Ven. 1487. et Ascens. Est haec Acensiana altera: nam nostra, prior, edita 1511., habet *existimandi.* Sed *aestimandi* nos quoque reperimus in Edd. Ven. 1492. 1514. Ed. ap. Meus. Hdlb. Par. 1507. 1512. Lugd. Crat. Mr.

EXCURSUS I.

AD PROOEMIUM.

Quae dicuntur in scholis θετικά.

In hac editione, quae quasi supplementum est editionis nostrae *Tusculanarum*, quam octo abhinc annis edidimus, cum nobis idem sit propositum, quod in illa, ut excussis libris et scriptis et editis, vel pridem ab aliis vel recens collatis atque inspectis, primum Ciceronis verba, quantum quidem fieri a nobis posset, integritati restituerentur, haberentque lectores vel qui post nos hunc libellum essent edituri, quo veluti fundamento iacto sua superstruerent: deinde ea sub conspectum et obtutum paullo commodiorem essent posita, quae a viris doctis plus minusve feliciter sive corrigendo sive explicando essent tentata; facere non potui, quin, ubi larga nimis materia disputandi succrevisset, aliquot Excursus adderem, ne annotationis contextis subiectae mole scriptoris verba obruerentur vel quasi loco suo deturbarentur. Et hunc quidem Excursum primum ita instituere visum est: ut singulos deinceps interpretes suis verbis loquentes inducam, ita tamen, ut a meris repetitionibus earundem sententiarum eorundemque locorum abstineam, tum meam qualemcunque sententiam reliquis supplendis addam. Et Erasmus quidem haec: „θέσεις positiones sunt et argumenta disputantium. In nonnullis codicibus falso scriptum erat κτητικά, et adiectum *possessiva*: quamquam et in ceteris *positiva* non a Tullio additum, sed a lectore reor adiectum fuisse."

Xystus Betuleius: „Quintil. lib. X. c. 5: *In hoc optime facient infinitae quaestiones, quas vocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in re publica exerceri solebat.* Sed quid opus est alienis testibus? Ipse hoc ad Atticum scribens lib. IX, [4.] non testatur modo, sed etiam exemplo, et eo Graeco, comprobat. Sic, inquam, ad Atticum scribit: *Sed tamen, ne me totum aegritudini dedam, sumpsi mihi tanquam θέσεις, quae et politicae sunt, et temporum horum, ut et abducam animum a querelis, et in eo ipso, de quo agitur, exercear.* Deinde subiicit exemplum de tyrannide.

Cum his itaque progymnasmatis haec quoque Paradoxa nominanda sunt."

B. Latomus: „θετικὰ i. e. proposita. Unde θέσις, quaestio infinita apud rhetores."

Audom. Talaeus: „θέσεις sunt quaestiones a singulis rebus ad universi generis disputationem traductae. Hae sunt appellatae θέσεις, quod in scholis ad disputandum *proponebantur*. — *Ut enim* (ita Cic. Tusc. 1, 4.) *antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit: sic haec mihi nunc senilis est declamatio. Ponere iubebam, de quo quis audire vellet: ad id aut sedens aut ambulans disputabam.*"

H. Wolfius: „θέσεις ἢ θέματα, περὶ ὧν διαλεκτέον. Loci huius interpres sit ipse Cicero in Laelio [c. 5, 17.]: *Doctorum est ista consuetudo, eaque Graecorum, ut iis ponatur de quo disputent, quamvis subito. Magnum opus est, egetque exercitatione non parva.*"

A. Turnebus (Adversar. XX, 12. p. 192. T. II. ed. Paris. 1580.): „Sed quo tandem modo θετικά, quae dicuntur in scholis, ad oratorium dicendi genus Cicero transfert? Nempe quod e consultatione et proposito, id est ex universa et perpetua quaestione, causam et controversiam tractando efficit, id est, eas quaestiones ad quaestionem generali subiectam revocat."

M. A. Muretus (Varr. Lectt. XVIII, 12. p. 460. Ed. Ruhnk. T. II.): „Saepe audivi quaeri, quae dicerentur a Cicerone θετικὰ in praefatione Paradoxorum. Et Turnebus quidem interpretatur ea, quae de toto aliquo genere disserantur, nullis circumscripta personis, locis, temporibus. Notum est enim θέσεων nomine quaestiones infinitas, ὑποθέσεων, definitas in scholis rhetorum intelligi. Mihi tamen hoc quidem loco semper probabilius visum est, thetica et paradoxa eadem esse; ut hoc Cicero dicat, se ea ipsa, quae, ut vix in scholis audiri solent, ita abhorrent ab opinione communi, tentasse, numquid dicendo posset efficere, ut in forenses et senatorias orationes includerentur, et illi etiam ineruditis hominibus probarentur. Thesis enim vocatur magni alicuius viri a communi hominum sententia discrepans opinio. Aristoteles primo Topicorum, c. 9: Θέσις ἐστὶν ὑπόληψις παράδοξος τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν, οἷον ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀντισθένης. ἢ ὅτι πάντα κινεῖται καθ' Ἡράκλειτον, ἢ ὅτι ἓν τὸ ὄν, καθάπερ Μέλισσός φησιν. Idem I. Physicorum: ὅμοιον δὴ τὸ σκοπεῖν εἰ οὕτως ἕν, καὶ πρὸς ἄλλην θέσιν ὁποιανοῦν διαλέγεσθαι τῶν λόγου ἕνεκα λεγομένων. Ita autem meam sententiam propono, ut eam Turnebi sententiae non anteponam."

I. Facciolatus, ut Ald. Manutius, nihil afferunt, nisi locos iam ab aliis laudatos: praeterquam quod ille θέσεις lingua sua patria reddidit: *Temi da scuola*, et in utraque sua editione, Patavina a. 1720, et Veneta, 1747. edidit θετηκά (etiam in lemmate annotationis): quod merito miratus est Gernhardus.

. D. Wyttenbach.: „θετικὸν proprie id, quod poni potest vel ponitur: unde θέσις, quae universas et infinitas quaestiones complectitur. Rhetores in scholis θέσιν et ὑπόθεσιν distinguunt. *Thesis, quaestio*, universe et abstracte, ut vulgo dicitur, rem spectat, nulla ratione habita personarum, loci, temporis, v. c. *pax anteponenda est bello:* at *hypothesis, causa*, rem spectat in personis certis, temporibus et locis, i. e. ut vulgo aiunt, in concreto: v. c. utrum Romani, quum Hannibal Saguntum, sociam urbem, expugnaverit, pacem bello anteponere debeant? Vid. Cic. de Inventione I, 6. de Hermagorae disciplina haec explicans; de Orat. I, 31; II, 19. De *hypothesi*, de *re*, docebant rhetores de *thesi* philosophi. Sed etiam rhetores solebant thesin attingere. Hinc intelligendus est locus Ciceronis ad Quintum fratrem III, 3: *Cicero tuus nosterque summo studio est Paeonii sui rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati et boni. Sed nostrum instituendi genus esse paullo eruditius et θετικώτερον non ignoras.* Cicero autem h. l. θετικώτερον dicit illud, quod universalius et magis cum philosophia coniunctum est. Ergo θετικὰ significat scholas philosophorum proprie quidem, sed h. l. rhetorum scholas illas, quae non hypotheses, sed philosophorum theses tractabant. De his luculentus est locus Theonis Sophistae, elegantissimi eloquentiae magistri, Progymnasm. c. 2, §. 20. [§. 14. ed. Finckh. p. 23 sq.]: παραδείγματα τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἔστι παρά τε Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου· πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα· ἤδη δέ τινα καὶ παρὰ ῥήτορσιν εἴρηται θετικὰ κεφάλαια, καὶ δὴ καὶ ὅλοι λόγοι νομίζοιντ' ἂν σχεδὸν εἶναι θέσεως ... [ad h. l. vid. annot. Finckhii.] Conf. Philostratus de Vitis Sophistarum L. II. c. 7. et cap. 29. Igitur Quinctilianus Inst. Oratt. II, 1, 9: *theses* vocat *locos communes*."

Iam, ut ad nostrum de his sententiis iudicium accedam, paucis defungi licet. Ac mihi quidem Wyttenbachii explicatio satisfacere videtur ita, ut ad verborum sententiarumque intellectum nihil magnopere desiderare possis: quamquam ob eam rem minime supervacaneam duxi operam in aliorum conatibus referendis positam, quorum quisque aliquid, quod ad rem faciat, attulit. Quid? quod nec mihi ita in Wyttenbachii expositione acquiescendum visum est, ut nihil addendum existimarem, quod ad rem facere posse videretur. Et primum quidem addo locum Ciceronis in Oratore c. 14.,

ubi, ut solet Cicero suarum sententiarum optimus esse interpres, hoc scripsit: *Haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις.* Quem autem supra ex epistolis ad Atticum laudavit locum Xystus Betuleius, L. IX, 4. addiditque subiici iam a Cicerone exempla *θέσεων* de tyrannide, ea Cicero suam ipsius, quae tunc erat, conditionem respiciens, ad amicum Graecae linguae peritissimum, Graece scripsit, eaque huic Excursui addere visum est: *Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ; Τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν; Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται; Εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ; Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν. ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης; Εἰ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι; Εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον ταύτην τυραννουμένην; Εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις; Εἰ τοῖς εὐεργέταις καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων; Εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος; Εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας;* Quae cum reputas scripta esse a Cicerone a. u. c. 705. cuius initio Caesar Rubiconem transierat, vides, quid animum eius quinto ante Caesarem interfectum anno potissimum commoverit. Sed ut ad propositum revertar et huic de uno vocabulo disputationi clausulam addam, laudo duos libros bonae frugis plenos, qui hodie minus, quam merentur, virorum doctorum manibus teri videntur: sunt autem I. C. Th. Ernesti Lexicon Technologiae Graecorum Rhetoricae, v. Θέσις p. 155—157. et eiusdem viri Lexicon Technologiae Latinorum Rhetoricae, v. *Quaestio*, p. 316—318, quibus lectis habebis quod sufficiat. Mr.

EXCURSUS II.

AD PARADOXON I, 1:

— qui haec imbecilla — verbo bona putaverunt appellanda.

„*Bonorum* nomen pro *facultatibus* ita usitatum est, ut in Iure Civili vix quicquam invenias tritius. Id comprobant tituli *de Bonorum possessione*: et usque adeo tu quoque Cicero cum alibi

saepe, tum vero maxime, quando personam iureconsulti sustines. Unde illud, quaeso, in Topicis exemplum: *Mulier, cui vir bonorum possessionem legavit*, etc.? Usurpant hoc nomen sacrae etiam litterae. Sic enim dives apud Lucam 12, 19. dicit: *ψυχή, ἔχεις παλλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά.* nisi pro decoro personae hoc dictum putaveris: Est tamen rursus apud eundem 16, 25: *μνήσθητι, οτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου.* Sed quid misceo sacra profanis? Alcinous testatur, ipsum Platonem haec *bona* nominasse, sed *bona mortalia*. Invaluit itaque in rebus mortalibus Peripateticorum loquendi ratio, ex vulgi nimirum errore: quem postquam semel obtinuit, philosophi deinceps emendare nequicquam fuerunt conati, tot videlicet opinionibus inter se dissentientes nec sibi ipsis per omnia constantes. Suggillat autem personatus Stoicus Peripateticorum divisionem, qui *bona* in tria genera dividunt, ut alia *bona* sint *animi*, alia *corporis*, alia *fortunae*, quae divisio apud Peripateticorum principem exstat libro Ethicorum primo:

ἀγαθὰ τριχῇ νενεμημένα, λεγόμενα δὲ τὰ
- *ἐκτός, οἷον οἱ φίλοι, καὶ ἡ τῆς πατρίδος εὐδαιμονία, καὶ ὁ πλοῦτος.*
- *περὶ*
  - *ψυχὴν, τὰ μὲν κυριώτατα καὶ μάλιστα ἀγαθά, οἷον ἡ μὲν δικαιοσύνη, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα.*
  - *σῶμα, οἷον τὸ κάλλος, καὶ ἡ εὐεξία, καὶ ἡ ὑγεία, καὶ ἡ ἰσχύς.*

Et *Aristoteles* quidem hanc diaeresin ad Platonem auctorem, si Laërtio credimus, refert. Alia bonorum divisio est apud Stoicos. Appingam et ipsam ex melioris notae auctoribus, Cicerone nimirum, A. Gellio et Diogene Laërtio: missam interea faciens eam, quae a Stoicis ex Diametro Peripateticis opponitur, qua dividunt *τὰ ἀγαθὰ εἰς τὰ κατὰ ψυχὴν, καὶ εἰς τὰ ἐκτὸς, καὶ εἰς τὰ οὔτε περὶ ψυχὴν, οὔτε ἐκτός*: sed generaliorem, qua res universae in *bona, mala* et *indifferentia* dividuntur:

τῶν ὄντων
- τὰ μὲν ἀγαθά, αἱ ἀρεταί,
  - φρόνησις,
  - δικαιοσύνη,
  - ἀνδρεία,
  - σωφροσύνη.
- τὰ δὲ ἀδιάφορα, in mediis relicta, οὐδέτερα, ὅσα μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει, τούτων
  - τὰ μὲν ἔχοντα ἀξίαν, προηγμένα, ἢ προηγούμενα. Latinis *Productiones, producta, promota, praeposita, praecipua, sumenda, eligenda*, cuius generis sunt: haec:
    - πλοῦτος,
    - ὑγιεία,
    - ἡδονή.
  - τὰ δ' ἀναξίαν ἔχοντα, ἀπροηγμένα, ἢ ἀποπροηγούμενα. Latinis *Relationes, reducta, remota, reiecta*, huius generis sunt autem haec:
    - πενία,
    - νόσοι,
    - λύπη
- καὶ τὰ κακά, ἀρετῶν ἐναντία τὰ τῶν
  - ἀφροσύνη,
  - ἀδικία,
  - δειλία,
  - ἀκρασία.

Hancce curiosam nominum excogitationem ac litem Carneades, honorarius, ut eum Cicero nominat, arbiter, componere inter Peripateticos et Stoicos conatus, nominibus, quam re, magis inter ipsos discordiam esse dixit: quam contentionem in hoc Paradoxo Tullius noster instaurat." Xyst. Betuleius. Addimus his Ciceronis hos locos, qui huc faciunt, ut uno quasi obtutu eius de hac re sententia appareat. Et primum quidem Tuscc. V, 15, 44.: *Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum. An dubitas, quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrimisque sensibus, adde etiam, si lubet, pernicitatem et velocitatem; da divitias, honores, imperia, opes, gloriam; si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo, dubitabisne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt, quae qui habeat, miserrimus esse possit?* De Rep. I, 17: *Quid praeclarum putet in rebus humanis —, qui viderit, quam parva sit terra —, qui agros et aedificia et pecudes et immensum argenti pondus atque auri bona nec putare nec appellare soleat, quod earum rerum videatur ei levis fructus, exiguus usus, incertus dominatus, saepe etiam teterrimorum hominum immensa possessio?* Senec. de Vita beata 24 extr. *Divitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent. Nunc quoniam, quod apud malos deprehenditur, dici bonum non potest, hoc illis nomen nego:*

ceterum et habendas esse et utiles et magna commoda vitae adferentes, fateor. Sen. Epist. 117: *Id nos medium atque indifferens vocamus, quod tam malo contingere, quam bono, potest, tanquam pecunia, forma, nobilitas: — ne malum quidem est, quod contingere malo non potest: — quod, nisi bonus, nemo habet, bonum est.* Mr.

EXCURSUS III.

AD PARADOXON I, 1:

Ego vero, inquit, facio —.

Henr. Stephanus in libro, qui inscribitur: *Schediasmatum Variorum*, i. e. Observationum, Emendationum, Expositionum, Disquisitionum libri tres, qui sunt pensa succisivarum horarum Ianuarii, Februarii, Martii. Excud. H. Steph. a. 1578. 8. (Exstant etiam alii libri tres, qui sunt Aprilis, Maii, Iunii. 1579.) Lib. II. Sched. XXIII, p. 60—62:

„*O imitatores, servum pecus*, de quibusdam imitatoribus a Flacco dictum, in nonnullos Ciceronianos, ut quidem ipsi salutari gaudent, merito iactaretur: qui cum alia pleraque imitari volunt, quae non intelligunt, tum vero usum vocum *Ego vero* vel *Mihi vero.* Quia enim apud Ciceronem ab illis inchoari quasdam Epistolas vident, idem suarum plerisque dant initium: perinde ac si ornatus tantum gratia Cicero principiis illa vocabula adhiberet. Ut igitur posthac illis non abutantur, sed utantur, sciant hoc apud Ciceronem esse eorum officium, ut ostendant ad id, de quo aliquis scripserit vel de quo per quempiam a se missum interrogarit, responderi. Sic libro XVI. Epistolarum ad Famm. *Ego vero cupio te ad me venire: sed viam timeo.* Respondet Tironi, qui scripserat se mirari, cur Cicero nondum velit eum ad se venire: qui, inquam, vel hoc vel aliquid tale scripserat.

Sic libri VII. Ep. 30: *Ego vero iam te nec hortor nec rogo, ut domum redeas.*

Sic sexta libri IV: *Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses.* Quae epistola aperte ostendit rem ita se habere, ut dico, quum Servii epistola, ad quam haec respondet, proxime praecedat.

Sic in principio primae ad Atticum epistolae libri V: *Ego vero et tuum in discessu vidi animum et meo sum ipse testis.*

Eodem autem modo *Mihi vero*, item *Tu vero* alibi respon-

sioni adhibita leguntur, ut in quinta libri IX: *Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore.* Et libro XVI. Tironi, *Tu vero confice professionem, si potes: etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat.*

Minime autem principiis tantum illa pronomina adhibentur sequente particula *vero:* id est, ut sint prima epistolae alicuius verba. Legimus enim in ea, quae est septima libri IX: *Coenabam apud Seium, quum utrique nostrûm redditae sunt a te literae. Mihi vero iam maturum videtur.* Qui etiam locus confirmat, quod de harum vocum usu dixi. Manifestum enim est perinde esse, ac si diceret: Redditae sunt a te literae, quibus rogas, an maturum mihi videatur. *Mihi vero* iam maturum videtur.

Alicubi autem ita respondetur hac particula *vero,* ut simul negetur, quod dictum fuerit: ut ad Atticum Ep. 13 (sive 14, ut in aliis Edd.) libri III: *Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est.*

Quemadmodum autem illae epistolae, quae in primo limine habent particulam *vero*, praecedente pronomine, respondentis sunt, ita etiam quae habent *Ain' tu?* vel *Ain' tandem?* Ut vigesima prima libri IX: *Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina?* Ab illis autem vocibus *Ain' tu?* orditur quandam ad Atticum, quae est quinta libri quarti.“ Verbo monere debebat Stephanus, distinguendam esse a formula asseverandi *Ego vero* alteram *Ego autem*, quae est vel adversativa vel, quam dicunt, continuativa: Fieri inde, docere poterat, ut tum asseverando tum negando inserviat. Mr.

EXCURSUS IV.

AD PARADOXON I, 3:

— *Atque haec quidem — facile adduci solent ut in rebus bonis esse negent: illud tamen arcte tenent accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum.*

Hunc ego locum cum (a. 1810.) Lugduni Batavorum legerem cum Wyttenbachio inter complures eius discipulos, sanum plane et ab omni labe immunem existimabam, eumque a nemine adhuc tactum esse probe sciebam cum ceteris. At ille, „Habet, inquit, vox *accurate* aliquam dubitationem, ut Cicero fortasse aliter scripsisse videatur. Vos quid de ea re sentiatis, proxima mihi lectione

exponatis velim.“ Iam, ut sunt iuvenes, omnes fere emendandi corrigendiquė cupiditate ardere, paucissimi de loco defendendo cogitare. Ego vero in causas dubitationis illius inquirendo illud mihi reperisse videbar, vocem *accurate* aliquid laudis habere, ab Epicureorum (hi enim tanguntur) reprehensione alienum. Quare cum postridie eius diei convenissemus, vix audiebamus eos, qui vulgatam defenderent allatis locis, quales hi sunt de Clar. Orat. 80, 277: *deque eo crimine a c c u r a t e et exquisite disputavisset;* ib. 22, 86: *se, quae fecisset, honoris eorum causa, studiose a c c u r a t e que fecisse;* de Nat. Deor. I, 6, 15: *cum a c c u r a t e sane et diligenter de diis immortalibus disputatum est.* His, et quos complures afferebant, locis omnibus laudem contineri contendentes ad emendandum nos componebamus. Atque qui primum, nulla plane librorum scriptionis ductusque literarum ratione habita, *copioseque*, quique *e l a b o r a t e que* proponebant, statim valere iussi, iis loco decedebant, qui *anxieque* quique *acute* proferrent. Ac priores quidem neminem praeter Macrobium in subsidium vocabant, qui Saturnal. VI, 7: *quum Virgilius*, scripsit, *a n x i e semper diligens fuerit in verbis — ponendis;* hi vero ipsum Ciceronem patronum auctoremque habere se clamitabant, qui de Stoicorum disputationibus loquens saepe *acutas* eas appellaverit, v. c. de Nat. Deor. III, 7, 18: *Zenonisque breves et a c u t u l a s conclusiones;* — Antiochum vero philosophum, quem Acadd. II, 21. *Stoicorum adstipulatorem* dixit, de Nat. Deor. I, 7, 16. *hominem in primis a c u t u m* fuisse contenderit. Ego vero, Ita est, inquam: Stoicos *acutos* dixit Cicero: sed Epicureos, quos nostro quidem tangit loco, idem de Offic. III, 9, 39. admodum ambigue laudat: dicens: *philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis a c u t i.* Quo audito illi quoque „sine sudore ac sanguine“ arma deponebant, qui, cum de Or. II, 4, 18. legissent: *de rebus aut difficillimis aut non necessariis a r g u t i s s i m e disputare*, propositurí erant *a r g u t e que defendunt:* recte enim reputabant *argutos* dici Epicureos nunquam, neque, nisi cum acerba quadam irrisione *argutos* dici potuisse a Cicerone. Tum unus e reliquis, fidenter sane et victoriam praecipiens animo, quid, inquit, vos alia circumspicitis vocabula, cum ipsam Ciceronis manum in libris habeatis omnibus? legite una syllaba abiecta: *arcte tenent a c c u r a t e defendunt*, sive, si placet, (nam liberaliter vobiscum agam) *arcte tenent c u r a t e que defendunt.* Mox vero, cum nunquam Ciceronem ita locutum esse praeceptor eum edocuisset, conticuit. Quare ego denique cum paucis exorsus meam qualemcunque suspicionem protuli, suasique, ut, dum melius quid proferretur, legeremus: *arcte tenent a c r i t e r-*

que defendunt: ita enim (sic ego) Cicero de accusatore quodam Or. pro Flacco 10, 21: *dixerat acriter et vehementer;* quidni etiam *acriter defendere* dixerit. Imo dixit in Bruto 80, 278: *defendere acerrime;* ad Famm. I, 1: *te acerrimum — defensorem fore ostendit;* et quod est in Bruto 22, 86: *quod is in dicendo gravior acriorque esset, gravius et vehementius posse defendi*, variasse ibi putandus est Cicero orationem, ut cum voci *gravior* consulto opposuisset *gravius* alteri *(acrior)* alium (vehementius) substitueret, quam ipsam cum priore in oratione pro Flacco l. l. iunxerat. Quae cum dixissem, Si quid mutandum, Wyttenbachius inquit, huic ego coniecturae prae ceteris palmam detulerim.

Haec ego in illa, quam dixi, prolusione ante hos sedecim annos scripta, nihil addens suum cuique iudicium liberum reliqui, ita tamen, ut facile appareret, nec nunc me illius suspicionis poenitere. Neque hodie, ut fatear quod est, me eius poenitet, quamquam mutare quicquam in contextis nolui. Et primum quidem me advertit consensus librorum omnium, et magis etiam illud, quod vocabulum tam usitatum, quale est *acriter*, non facile ita obliterari potuisse credas, ut vocabulum non valde simile in eius locum succedere potuerit nullo plane pristinae scriptionis vestigio relicto. Deinde cum verbum *accurandi*, quamquam raro, aliquando tamen Ciceroni usurpatum sit, veluti de Inv. I, 34, 58: *melius accurantur, quae consilio geruntur, quam quae sine consilio administrantur;* et ea quidem sententia, ut, quod fieri dicitur, cum cura et studio fieri dicatur; fieri posse credas, aliquando etiam dictum esse a Cicerone *accurate* ita, ut non de effectu, sed de voluntate atque nisu, intelligendum esse videatur. Denique, si hoc non suadent loci Ciceronis omnes, quibus *accuratus* et *accurate* legitur, quique satis sunt multi, patrocinium nostro loco huic voci inde fortasse petas, ut, cum praecesserit *arcte tenent*, quasi fere mordicus retinent, ad illud *accurate*, ex totius quasi orationis habitu εἰρωνικῶ, intelligas: „ut sibi videntur." Qua in re si cui ad sermonis comici rationem accessisse videatur sententia, nihil erit, quo minus id fiat, impedimenti. Et sic re vera locutus est non Plautus solum Truc. II, 5, 20: *Eam nunc malitiam accuratam miles inveniat volo;* sed etiam Terentius Andr. III, 2, 12: *itane — idoneus Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis? Saltem accurate.* Iam causa dicta est, iudices: fiat iudicium. Mr.

EXCURSUS V.

AD PARADOXON III, 1.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ κατορθώματα.

„Hoc Paradoxum est Stoicorum. Ii enim peccata paria existimant, ut Chrysippus ait in quarto Naturalium Quaestionum, et Persaeus, et Zeno. Nam si verum vero maius non est, nec falsum falso maius erit: ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. Nam et qui centum stadia abest a Canopo, et qui unum, aeque in Canopo non sunt. Itaque et qui minus peccat, et qui amplius, aeque in recto opere non sunt. Auctore Cicerone libro de Finibus quarto [27] *Stoici peccata paria probantes, negant honesto quicquam honestius, atque turpi turpius. Ut, inquiunt, in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint; sic peccata, quia discrepant, aeque discrepant, paria sunt igitur.* Itemque, [c. 28:] *Quoniam, inquiunt, omne peccatum imbecillitatis et inconstantiae est, haec autem vitia in omnibus stultis aeque magna sunt, necesse est esse peccata paria.* Eodem auctore eodem libro [c. 9.] *Stoici eos, qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam plane consecuti essent, summe esse miseros dicunt, nec inter eorum vitam atque improbissimorum quicquam omnino interesse: ut Plato, tantus ille vir, si sapiens non fuerit, nihilo melius, quam quivis improbissimus, nec beatius vixerit.* Idem Stoici dicunt, ut est apud eundem pro L. Murena: [c. 29.] *non minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit.* Item pro Milone, ut ad iudicia quoque hoc Paradoxum pervenire cognoscas: [cap. 7, 17.] *Non alio,* inquit, *facinore clari homines, alio obscuri necantur. Intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum: mors quidem illata per scelus iisdem poenis teneatur. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit.* Platonis quoque (ante quam secta Stoicorum esset) haec fuit sententia, ut hoc Paradoxum Socraticum videatur. Is enim libro XII. de Legibus [Frc. S. Latine eius sententiam scripsit, nos ipsa Platonis verba exhibere maluimus, quae sunt p. 941. Steph. p. 281. T. III, 3. Bekk.]: *Ἐάν τις τι κλέπτῃ δημόσιον μέγα ἢ καὶ σμικρόν, τῆς αὐτῆς δίκης δεῖ. Σμικρόν τι γὰρ ὁ κλέπτων ἔρωτι μὲν ταὐτῷ, δυνάμει δὲ ἐλάττονι κέκλοφεν.* Aristippus Cyrenaicus, qui Platonis aequalis fuit, quique summum bonum in voluptate posuit,

voluptates pares dixit, nec differre a voluptate voluptatem, nec plus altera mulcere alteram, ut in vita eius Diogenes Laërtius scripsit.“ [Locus est L. II. segm. 87: *μὴ διαφέρειν ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἥδιόν τι εἶναι.*] Frc. Sylvius. „*Ἁμαρτήματα* Graecis sicut Latinis peccata, errores sunt, non scelera et flagitia, quae ex nefario pectore proficiscuntur, sed quae committuntur ex incogitantia et temeritate aliqua, negligentius atque incautius. Quod propterea moneo, ut discentes doceantur, hoc nomine aliud fere gentiliciis, quam sacris litteris significari. — — Quamquam enim omne scelus peccatum est, non omne tamen peccatum scelus. Nam navem impingere ut scelus non est, ita peccatum est maximum. Aristoteles in Moralibus V, 8. inter infortunium seu casum et peccatum hanc ponit differentiam: *ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα, ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα. ἁμαρτάνει μὲν γὰρ, ὅταν ἐν ἑαυτῷ ἡ ἀρχὴ τῆς αἰτίας. ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἔξωθεν.* — Laertius hoc *παράδοξον* Chrysippo, Persaeo et Zenoni tribuit: Verba Laërtii subiiciam: *ἀρέσκει τε αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, καὶ Περσαῖος καὶ Ζήνων. εἰ γὰρ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστι, οὐδὲ ψεῦδος ψεύδους, οὕτως οὐδὲ ἀπάτη ἀπάτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος. καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπ᾽ ἴσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ· οὕτω καὶ ὁ πλησίον καὶ ὁ ἔλαττον ἁμαρτάνων ἐπ᾽ ἴσης οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ κατορθοῦν. Ἡρακλείδης μέντοι ὁ Ταρσεὺς Ἀντιπάτρου τοῦ Περσέως γνώριμος, καὶ Ἀθηνόδωρος ἄνισα φασὶ τὰ ἁμαρτήματα.*“ Xyst. Betuleius.

„Quoniam Stoici virtutem volunt esse bonum quoddam natura perfectum, et sapientem definiunt eum, qui sit omnibus absolutarum virtutum numeris absolutus nec sapiente quemquam sapientiorem inveniri posse existimant, ut eorum iudicio sapiens omnis sit sapientissimus et omnes sapientes aeque sapientes, et omnes, qui sapientes non sunt, miseri sint: hoc constituto consentaneum fuit, ut ipsi dicerent, virtutes omnes sapientium hominum, quandoquidem in summo gradu perfectionis existerent, non tantum inter se pares esse, sed ne in singulis quidem generibus ullam crescendi accessionem habere: itemque vitia, quia summa essent, inter se paria et aequalia esse omnia. Quod quidem Paradoxon plus habet subtilitatis, quem veritatis: non enim si omnia peccata aeque peccata esse dixerimus: (quia species communem naturam generis ex aequo sibi vindicant, ut homo non est magis animal, quam bestia;) sequitur etiam, ut omnia aequalia dicamus. Quantitas enim et potestas sceleris res quaedam adventitia est, quae per omnes comparationis gradus parium, maiorum, minorum duci potest: et cir-

cumstantiis rerum, in quibus peccatur, alia paria, alia maiora alia minora diiudicantur: velut socium fraudare et pupillum, paria sunt: et patrem occidere gravius, quam servum: et quempiam verberare levius, quam interficere. Hoc quoque paradoxon, sicut reliqua alia, Stoici ex Socraticis sermonibus videntur arripuisse: Socrates enim, tametsi multis in locis vitia gradibus distinguit, ultimo tamen libro de Legibus, *Si quis*, ait, *publicum furatus fuerit, sive parvum sive magnum, pari poena puniatur: qui namque rem parvam sustulit, quamvis minore vi, quam qui magnam, rapuerit, aequa tamen cupiditate furatus est.* Et Horatius in Epistolis ad hanc Socraticam et Stoicam sententiam allusit: [Lib. I. Ep. 16. v. 54—56:]

Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis:
Nam de mille fabae modiis cum surripis unum,
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto."

Audom. Talaeus.

„— Ceterum et huius et aliorum παραδόξων confutationem vide quarto extremo de Finibus [cap. 27, 74. 75. 76.] cuius loci haec verba in primis sunt memorabilia: *Ex iisdem verborum praestigiis et regna vobis nata sunt et imperia et divitiae, et tantae quidem, ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis: solum praeterea formosum, solum liberum, solum civem: stultorum omnia contraria, quos etiam insanos esse vultis.* Et paullo post: *Omnia peccata paria esse dicitis* etc. *Hic ambiguo ludimur.* Locum ipsum videant studiosi." H. Wolf. „Habet hoc Paradoxon plus subtilitatis, quam veritatis, ideoque a compluribus reprehensum est: in primis vero ab Horatio Sat. I, 3, 95:

Queis paria esse fere placuit peccata, laborant,
Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant,
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi.

Conf. item Cic. de Finn. III, 14. hoc paradoxon ex Catonis persona affirmans." Wyttenbach. Laudat Gernhardus librum C. Garvii (seculi superioris philosophi, quem eclecticum alii, alii popularem dicunt,) qui inscribitur: *Philosophische Anmerkungen u. Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten*, T. I. p. 17—30. (Ed. 4. Vratisl. 1792. 8.) additque: „Garvius illud praeceptum, quod hominum facta non eventu, sed voluntate vult iudicari, probandum aptumque esse docet ad morum disciplinam et ad hominum dignitatem, ipsorum consiliis potius, quam conditionibus metiendam. Idem alienum V. D. arguit esse a legislatione, propter nimiam quandam subtilitatem, a vitae communis usu, cum gradus sint et officiorum et contentionis in virtute exercenda et perfectio-

nis, quae in nullo homine summa deprehenditur, abhorrentem."— Qui supra a Betuleio laudatur locus Diogenis Laërtii, est lib. VII. Sect. 120 sq. p. 440. Ed. Meibom. ad quem locum vid. Aeg. Menagium. Mr.

EXCURSUS VI.

AD PARADOXON IV, 1.

— — — *rebus vincam necessariis.*

„*Rebus addicam necessariis. Rebus* pro *causis* posuit. *Addicam* autem, quia parum usitatum verbum est, in qua significatione hic a Cicerone usurpatur, propterea multos errores magnamque opinionum varietatem inscitia peperit. Quodsi *addicam* dictum esse patuisset pro *probabo*, profecto sibi a veteribus libris, qui plerique (octo) habent *addictam*, discedendum non putassent. Huius autem verbi vim Festus ostendit, his verbis: *Addicere est proprie idem dicere et approbare dicendo. alias addicere damnare est.* [Mireris non vidisse virum doctum, inde non probari, *addicendi* verbum pro *demonstrandi* verbo usurpari posse.] Alii *evincam*, quod non reiicio: sed veteres libri dissentiunt. Alii habent *vincam:* alii *advincam.* Mei, unus *adducam. Dicam*, duo. *Ad victum*, unus. *Additiam*, tres. *Compellam, addicam*, unus." Ald. Manut. „Veneti et alii fere libri *addicam*, idque saltem verbo *abdicam* verius videtur. *Adduci* autem *rebus necessariis* fortasse eum sentit, cui dati curatores suppeditarent necessaria ad vitam degendam, cuique ademta esset bonorum administratio." Camerar.

„Inquinatus adeo est hic locus, ut quemadmodum corrigi possit, non viderim. Optimus omnium, quos tractavi, codicum, ita habet, sed mendose, ut opinor, et ipse: *Ego vero te non stultum, ut saepe: non improbum, ut semper: sed dementem rebus ad victum necessariis. esse invictus potest sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunae* etc. Quare receptam lectionem *(addicam)* sua sede non movi, et tamen veterem scripturam, qualisqualis est, testatam relinquere volui." Victorius.

„Libri MSS. hic admodum variant. Quidam *Dementem iudico, siquidem in rebus ad victum necessariis invictum potest;* alii: *sed dementem insanire rebus addictum necessariis, esse invictum potest;* alii, proxime ad germanam scripturam: *sed dementem et insanum, rebus addicam necessariis.* Unde aliquando existimavi legi

debere: *sed dementem et insanum addicam necessariis:* quia insanorum cura ad agnatos pertineret XII. Tabb. idque videbatur a praetore, teste in Epistolis Horatio [I, 1, 102 sq.]. Sed cum haec dictio, *rebus*, in omnibus legatur exemplaribus, vero similius est, ex *rnibus*, vel *ribus*, quod est *rationibus*, factum esse *rebus*, ut alibi ex *spē*, id est *specie*, *spe*, ex *sntia*, id est *sententia*, *scientia*. Verbum autem *addicam* nescio quomodo mihi adhuc suspectum est. Scio esse Praetorium. Sed quid est ad hunc locum? Sex. Pompeius scribit: *Addicere* esse *alterius sententiam sequi et approbare*, ea figura, qua *acquirere*, *allaborare*. Sed ne hac quidem sententia adiuvamur. Videndum, an *adducam* scribi possit, i. e. probabo, ostendam adductis argumentis. Placeret *vincam*, si quo in libro reperissem: quanquam non nimis longe abest, quod quidam libri habent *ad victum*." C. Lang.

„Sunt, qui hoc ita exponant: *argumentis veris et certis convincam:* quod argumenta, quibus dubia et incerta probamus, certa et confessa esse debeant. Incertis enim dubia probari non possunt. Fortasse possit intelligi, ut Cicero dicat: *Curatorem Clodio dandum, tanquam furioso.* Furiosum enim dominum esse suarum rerum vetant XII. tabulae [vid. Dirksen. Krit. d. XII. Tafel-Fragmm. p. 369—380.]. Furiosus igitur, quum ei curator datus est, *necessariis rebus addictus est*, nec suis rebus uti potest sine curatoris auctoritate. Hic sensus si placeret, legendum esset: *Ego vero te non modo stultum*, ut in aliquo uno codice inveni scriptum." Frc. Sylvius.

„*Sed dementem et insanum rationibus vincam necessariis.* Si quis locus est in Paradoxis corruptus, hic est: quem Langius, (nam ceteros, qui huic ulceri manus admoverunt, omitto) sic emendare conatus est: *sed dementem et insanum, addicam necessariis.* Addicam necessariis, autem, i. e. mittam ad agnatos, inquit ille, ad quos mente captorum tutela pertinet. Sed ego hanc emendationem probare nullo modo possum. Nam primum in omnibus libris reperitur vox *rebus*, quam Langius delet. Deinde quorsum hoc: Ego te ad agnatos, ut dementem, mittam? Deinde, si certum est, mente captum esse, non dubium, quin ad agnatos mittendus sit: sin incertum, id demonstrandum est. Postremo in omnibus fere libris scriptis reperitur vox *invictum*, partim in locum verbi *addicam*, partim una cum eo ipso verbo. Pauci habent *ad victum* pro *addicam:* nonnulli *addictum*, unde intelligere licet, mendum esse in verbo *addicam*. Adde, quod nonnulli libri habent infinitivum *esse* cum verbo *invictum*. Ego igitur, coniectura ductus sententiamque Ciceronis secutus, sic emendandum hunc locum puto:

Insanum esse rationibus evincam, (seu *advincam*, seu *vincam) necessariis*. Coniecturam meam adiuvant verba eius, quod proxime sequitur, paradoxi extrema: *cum eum ne liberum quidem esse ratio et veritas ipsa convincat*. Iam quod *rationibus* pro *rebus* edi iussi, non videor nimis longe discedere a scriptura recepta. Nam *rebus* factum fortasse est ex *rōibus*: *rōibus* autem ex *rationibus*. Si quis tamen *rebus* retinere volet, non repugnabo.“ Lambinus.

„In MS. est *advincam*, pro quo amicus meus reponebat *convincam*.“ Fulv. Ursinus.

„Non displicet eius coniectura, qui *rationibus* legendum censet, pro *rebus*. Pro *addicam* item alii legunt *adducam* i. e. convincam, vel efficiam, ut ipse fatearis te insanire. Sed placet Lambini editio: *Rationibus vincam necessariis*.“ H. Wolfius.

„*Rebus adducam necessariis*. Sic Palatini, Gifanius prodidit in MS. suo fuisse *advincam*. Videantur Victorii, Lambini, Suffridi Aldique Nepotis notae, lectionum diversitatibus mire scatentes.“ Gruterus.

„Quum quicquid notum est Codicum MSStorum particulam *ad* sancte servent, certe suspectos merito habeas, qui in quibusdam non esse eam scribunt, quae tam perpetue apparet in libris, qui ab dignis fide fuerunt nuper et olim inspecti: utique non temere eam deleverim. Opinor igitur dedisse Tullium *rebus adigam necessariis*. Quod ad lemma et titulum attinet, vix dixerim attenderitne id Gruterus, quum Victorio, Iunta, Langio, qui habent id ipsum, quod nunc praefixi [*ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται*] (et est quoque in membranis patri visis) relictis maluerit uti altero: *ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται*.“ Gronovius.

„Merito Langius respuit priorem suam sententiam. Nam verbo *addicam* nullus hic locus est, ut ipse postea vidit. Cum vero *vincam* repererit in quibusdam libris Manutius, in aliis cum ipse, tum Gifanius, Lambinus, Ursinus, *advincam*, cur non amplectimur certissimam et verissimam scripturam *rebus vincam necessariis*, hoc est evincam invictis argumentis. Nam *res* saepe sunt rationes, argumenta. Iulianus I. C.: *Multa iure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest*. Cael. Aurel. *Sed horum deliratio manifestis rebus probatur*. Apul. Met. 10.: *Quibus autem verbis accusator egerit, quibus rebus diluerit rem*. Hinc *res* et *ratio* tanquam synonyma iunguntur Ciceroni, ut dudum observavit Gifanius, Orat. pro lege Manil. *Sed in hac causa tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum et clarissimorum virorum, tametsi omissis aucto-*

ritatibus ipsa r e e t r a t i o n e *exquirere possumus veritatem.* [locus est c. 17, 51.] *Vincere* autem pro *evincere* tritissimum Ciceroni. Matius in Lib. XI. ad Famm. ep. 28: *At debeo pro civili parte rem publicam velle salvam. Id quidem me cupere, nisi et ante acta vita et reliqua mea spes, tacente me, probat, dicendo* v i n c e r e *me non postulo.* Superius in ead. Epistola: *perinde ac si iam* v i c e r i n t *obitum eius rei publicae fuisse utilem.* Cicero pro Cluentio [Cap. 44, 124.]: V i n c e *deinde virum bonum fuisse Oppianicum.*" G r a e v i u s.

„Hic locus valde vexatus est et librariorum in scribendo varietate et virorum doctorum in emendando et explicando. Optimum putavi cum Graevio corrigere *rebus vincam necessariis*, i. e. demonstrabo perspicuis et necessario veris argumentis." E r n.

„*Rebus* a d v i n c a m *necessariis*, i. e. invictis argumentis probabo. Alii aliter legunt. Manutium et Graevium sequimur. [Non sequitur eos viros quod ad lectionem: legunt enim aliter; sed sententiam loci eandem esse vult, quam illi.] Porro quarti huius Paradoxi solum hoc exstare principium censet Scioppius. Reliqua, quae sequuntur, aliud probare intendunt, *solum* scilicet *sapientem civem esse, omnes autem stultos esse exules.*" L a l l e m a n d.

„Vir doctus, nescio quis, coniecit: *rebus* a d v i t a m *necessariis* i n d i g u m." O u d e n d o r p. ad Appul. Met. IX. p. 615.

„*Rebus addicam* —. *Addicere* secundum Festum est approbare dicendo: *res* autem pro ratione et argumento passim reperitur." F a c c i o l a t. [Facc. in eundem errorem incidit, in quo erat Ald. Manutius.] W i t h o f i u s in Coniecturis ab A. H. Grimmio editis a. 1798. I. p. 134. proposuit: *rebus ad vitam necessariis esse* i n d i g n u m q u o q u e, t e s t o r: pro quo Grimmius e Cod. Duisb. suadet *putem.* Quam Withofii coniecturam Schützius merito mirum dixit esse commentum. M r.

„Magna est diversitas scripturae huius loci in Codd. Interpretes plerique hoc ita acceperunt, quasi diceretur pro demonstrabo necessariis argumentis. Sed sequentia satis produnt magnam hic esse lacunam, et nonnisi initium adesse huius Paradoxi *omnem stultum insanire*, usque ad haec verba *sed dementem et insanum:* reliqua autem *rebus — necessariis*, et seqq. usque ad finem, esse progressum alterius Paradoxi *omnem improbum esse exulem*, de quo tradit Stobaeus in Eclogis Eth. p. 208. et Lipsius in Manuduct. ad Philos. Stoicam L. III. c. 17. Atque *rebus vincam necessariis* in vett. Codd. etiam ita legitur *rebus ad vitam necessariis;* ut appareat antecedentia huius sententiae fuisse huiuscemodi: Sapientem nusquam etiam patria pulsum *rebus ad vitam necessariis* carere.

Est igitur insignis haec lacuna: quidam librarius ex suo codice, quem habebat, vel non animadvertit excidisse aliquot folia, vel quum animadvertisset, ea quae supererant tanquam continua et cohaerentia perscripsit. Vidit hoc etiam Caspar Scioppius in Elem. Philosophiae Moralis p. 77. laudatus etiam Fabricio in B. L. T. I. p. 199." Wyttenbach. [Est in Ed. Fabricii B. L. Hamburgensi (A. 1721.) p. 126. T. I.]

Nihil neque deesse neque perturbatum esse in hoc Paradoxo cum Gernhardo vere nobis contendere videtur Orellius. Quorum ille recte monet hoc Paradoxo quarto non tam ex ipsa stultitiae notione demonstrari *omnem stultum insanire*, quam aliquem Clodii similem adversarium insanum esse argui, quippe qui Ciceronem ne civitate quidem pellere potuerit, quoniam tum non civitas fuerit, cum leges in ea nihil valebant. Ciceronem igitur in stultitiae et insaniae definitione noluisse haerere, sed cum in Clodii libidine furorem et insaniam inesse facillime posse intelligi videretur, exemplis id et rebus maluisse persuadere. Acceptae vero a Clodio iniuriae memoriam et iram id effecisse, ut tumultuaria oratio in aliud paradoxon deflecteret huic iunctissimum: *stultos omnes esse exules:* nisi velimus pro eodem haberi, quod plenum exstet pro Murena c. 29: *nos qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt.* „Nec mirum (pergit G.) Ciceronem in hac Clodii describenda stultitia seu insania opportunitate usum esse opponendae suae sapientiae, qui istas iniurias contemserit. Ita thesis illa *omnem stultum insanire*, in qua interpretes haeserunt, ferri potest, si verbum hoc latissimo sensu intelligitur omnia vitia continere." Contra Graevii et Ernesti explicationes idem monet, *res* esse non tam argumenta quam rationes in factis positas: quamquam apud Ciceronem singularis *re* et *facto* reperiatur, *rebus* autem pro factis desideres. Ceterum conferas velim etiam Herzogium ad Caes. de B. C. I, 8. qui ad verba: *Eadem fere atque eisdem rebus praetor agit cum Caesare*, vocem *rebus* vertit *factische Gründe*, coll. Tuscc. I, 48, 116: *His auctoribus usi confirmant, causam rebus* (durch Thatsachen) *a diis immortalibus iudicatam:* ubi vid. annot. nostr. T. I. p. 397. ubi de nostro quoque loco monuimus. In Addendis refert Gernhardus suspicari Bentleium verba Cod. Lang. *rebus ad victum necessariis* fuisse ultima alicuius sententiae. Iam quod ad Orellii de nostro loco sententiam attinet, nihil mihi certius videtur, quam locum esse corruptum, necdum ita restitutum, ut nihil dubii relinquatur. Servavit quidem lectionem dudum vulgatam *rebus vincam necessariis*, quod nobis etiam faciendum visum est: contra Langii coniecturam,

qui, deleto *rebus*, coniecit *(te) addicam necessariis*, ut referatur ad Legem XII. Tabb. V, 7: recte monet collato I. Tusc. 3, 5. voce *insanum* nunquam usurum fuisse Tullium, sed potius v. *furiosum*; neque etiam *necessariorum* vocabulum satis aptum esse pro *agnatis gentilibusque*: sed nec *rebus* nec *rationibus* posse probari. Affert tamen dubitanter amici alicuius coniecturam: *sed dementem et insanum dicam: addicam agnatis.* „Ut praetor, addicam te, furiosum, agnatis tuis." „Parum (addit) probabiliter, dices: et obstat Tusc. 3, 5: (ubi est: *non est scriptum in XII. tabulis si insanus, sed, si furiosus escit:).* Alius simpliciter volebat: *et insanum: re vincam;* tertius denique: *rationibus vincam necessario.* Sed haec omnia incerta." Imo vero merae sunt hariolationes: cui novam addere, quam iam excogitaveram, non libuit.

Sed restat, ut librorum nostrorum lectiones apponamus, ut habeant lectores, unde fortasse acutior aliquis veram Ciceronis manum eruat. Habet Duisb. *Sed dementem insanire rebus ad victum necessariis esse invictum putem;* Suerin. *rebus adducam necessariis.* Oxx. E. U. η. ψ. *insanum iudico. Si quid in rebus ad victum necessariis esse invictum potest.* Ox. I. post *insanum* statim pergit *Sapientis*, omissis mediis; Crz. 1. Drsd. 5. *rebus abdicam necessariis;* Crz. 2. 3. Drsd. 3. Bas. *rebus addicam necessariis;* Cod. Bern. *rebus abdicavi necessariis;* Drsd. 5. omittit *et insanum;* Gud. A. habet *sed insanum rebus indicam necessariis;* Drsd. 1. *rebus ad sciam necess.;* Drsd. 2. *rebus addi necess.;* Drsd. 4. *adiiciam rebus necess.;* Gud. B. *addicam rebus necess.;* Cod. Bern. *rebus abdicavi necessariis;* Ox. N. σ. *rebus vincam necessariis.* Guelf. *rebus indicam necessariis;* vetus Caroli Steph. *rationibus advincam vel convincam necessariis.* Est etiam *rationibus* in var. lect. Ed. Magn.; *advincam* habet Cod. Ursini. Ad Edd. quod attinet, earum lectio partim ex ipso hoc excursu patet, partim paucis sic a nobis significatur: Edd. Hdlb. Ven. 1492. 1514. Par. 1507. 1512. Dav. Arg. Par. s. a. habent *rebus ad victum necessariis;* Edd. Rob. Steph. Car. Steph. Aldinae tres, Grut. Gron. Sylb. Sturm. Par. 1543. Lambb. Goth. Asc. 1511. Crat. Boul. (sed haec in marg.: vide num *rationibus* sit legendum), Aud. Tal. (in marg.: al. *rationibus ad vitam necessariis)* exhibent *rebus addicam necessariis;* in Lamb. H. Wolf. et Col. est: *rationibus vincam necessariis;* recentiores inde a Graevio consentiunt in: *rebus vincam necessariis;* solae Herw. et Cam. *abdicam rebus necessariis.* Unum addo, nimirum Borgersium, ut probaret, a Ciceronis usu non abhorrere hunc verbi *vincendi* usum, quo vult i. q. *docere* vel *convincere*, hos addidisse Ciceronis locos in Verr. III, 16:

Docebo cepisse maximas, omnesque eas iniquitates, de quibus antea dixi, sui quaestus causa constituisse v i n c a m*;* ad Herenn. IV, 5: *Si concederem, aliena oportere assumere exempla,* v i n c e r e m, *unius oportere.* Ego, ut fatear quod est, ita servo lectionem vulgatam, ut non quidem haeream in *rebus*, quod cum Gernhardo recte explicari existimo rationibus in factis positis: neque de verbo *vincendi* dubito, quod pro docere, probare, convincere dici posse apparet. Unum me turbat et impedit illud *necessariis*, quod Ciceronis esse mihi nemo unquam persuadebit. Quid enim? Quis unquam *res necessarias* credat eum virum dixisse pro factis, quibus ita probatur aliquid, ut confiteri cogatur adversarius se victum esse *veritatis viribus*, ut dixit Phaedrus I, 1, 9. Mr. *)

EXCURSUS VII.

AD PARADOXON IV, 1:

— *quum, ferro pulsis magistratibus, senatus nomen in re publica* n o n *erat.*

„Hunc locum foedissima labe deturpatum esse mecum fatebuntur, qui accuratius eum examinabunt et non hospites sunt in antiquorum litteris, ut de his possint ferre sententiam. *Nomen senatus* pro auctoritate senatus, ut viri docti exponunt, accipi nullo modo potest. Quin *nomen senatus* aut *magistratuum* opponitur semper illorum potestati et auctoritati. Liv. lib. III. c. 65: *Dein ne ipsi quidem* (tribuni) *inviolati erant, utique postremis mensibus cum et per coitiones potentiorum iniuria fieret, et vis potestatis*

---

*) Ne quid huic disputationi deesse videatur, addo *Oberti Gifanii* de nostro loco sententiam, de qua loquitur Graevius in sua ad h. l. anotatione. Deprehendi eam in Conlectaneis in Lucretium, ad calcem Editionis Lucretii Gifanianae rarissimae, (Lugd. Bat. 1595. 8.) p. 476 sq. ubi est: „*Vincere:* argumentis docere, obtinere, confirmare, evincere. Sic M. Tullius cum alibi saepe, tum in Paradoxo IV. *Sed* (inquit) *dementem et insanum rebus te vincam necessariis.* Ita enim locum eum quidam legunt, contra omnes veteres libros. Nos ita ex veteri libro: *Sed dementem et insanum* (vel *te insanire) rebus advincam necessariis*, venuste pro: rationibus efficacissimis. De *Advincere* vide supra [p. 302.] *adopinari* (Lucr. IV, 814.) [ubi confertur verbum *accredere*]. Posset tamen retineri vulgatum *addicam*, nam in quodam vetere vidi *addictam*, si modo ita etiam accipiatur.“ Mr.

omnis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset: iamque plebs ita in tribunatu aliquid ponere spei, si similes Icilio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse. Sic enim recte veteres Edd. et nonnulli bonae notae MSS. Vulgati: *nomine tantum se biennio habuisse.* Idem lib. VII, 29: *Campani magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires cum attulissent.* Vides *nomen* opponi *viribus* in hoc loco: in superiore vero cum dicit Livius, biennio tribunos fuisse tantum *nomina*, ut clarissime patet, significat nulla eos potestate et auctoritate fuisse, qualis fuerit in Icilio, sed fuisse tantum inania nomina. Cicero V. ad Att. 15: *cum exercitum noster amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum exilium?* Idem de Claris Oratoribus: *Hic nomen honoris adeptus est, non honorem.* Tacitus [Hist. IV, 15:] *nomen magis exercitus, quam robur.* Idem Hist. IV, 75: *Muciani et Domitiani vana et sine viribus nomina.* Ovid. [Metam. XV, 430:] *Quid Pandioniae restant, nisi nomen, Athenae?* Infinita possem congerere exempla, ubi *nomen* opponitur *rei.* Persuasissimum itaque habeo Tullium scripsisse, licet libri veteres omnes repugnent: *Cum ferro pulsis magistratibus senatus nomen in re publica erat*, hoc est, senatus quidem erat, sed nullae vires, nulla potestas, nulla auctoritas. Si scripsisset Cicero, uti scribitur in editis: *senatus nomen in re publica non erat*, significasset, senatum plane fuisse deletum et exstinctum atque e medio sublatum: nullum senatum fuisse in re publica. Iustin. V, 6: *Atheniensium deletum non imperium tantum, sed etiam nomen videretur.* Sed Cicero ait senatum quidem fuisse, sed nomine tantum, ut vulgo loquuntur, sine vi, sine auctoritate. *Non* insertum est a sciolo, qui non intelligebat, quid esset *senatus nomen erat.* Si quis tamen vulgatam tuendam existimet, et Ciceronem sic locutum esse contendat, ut exaggeret temporis illius iniquitatem, sicuti paullo post dixerit: *senatus occiderat, civitas non erat, consul non erat*, per me licet fruatur sententia sua.“ Graevius.

„Graevius *non* deleri volebat: nam nomen senatus in re publica fuisse, sed *nomen*, non *rem*, exstitisse. Verum Cicero non solet id, quod Graevius volebat, sic exprimere, dixissetque, ut ego olim conieceram, *nomen modo erat*, aut *nomen in re publica, non res, erat.*“ Ern.

„Quod insidebat olim mendum Ciceroni Parad. IV, 1: *cum, ferro pulsis magistratibus, senatus nomen in rep. non erat*, Graevius sustulit, sublato *non*, eoque vim et elegantiam illi loco reddidit.“ Ruhnken. ad Vellej. II, 69.

„Vere Ernestus. Et dicit ipse Cicero paullo post: *senatus oc-*

ciderat: plane ut Off. III, 1. Antonii armis *senatum exstinctum et iudicia deleta fuisse*, queritur.“ Wetzel.

„Controversa est lectio dissensu veterum librorum [?]. Cicero scripsisse videtur: *quum — senatus tantummodo* nomen (v. *nonnisi nomen) in re publica erat.* Nam senatus quidem erat, sed a Clodio corruptus, quem Cicero non pro vero Senatu habet.“ Wyttenbach.

„*Senatus nomen in rep. non erat:* i. e., ut loquitur Velleius Pat. II, 30., *Pompeius tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem, sine re, reliquerat.* Nobis legendum videtur: *Senatus nomine in re publica, non re erat.* Conf. pro Sest. 12. 15. 19. Vocula *re* excidisse potuit ob sequens *e* in *erat. Nomen* et *res* sibi invicem opponuntur Verr. V. 25. 34. de Div. I, 16. Parad. V, 1: *nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum.* Vid. Ruhnk. ad Vellei. l. l.“ Borgers.

„Est haec Borgersii suspicio exemplum elegantis coniecturae. Nobis autem aliquando in mentem venit an Cicero scripsisset *Senatus nomen in republica inane erat.* Formulam *senatus est inane nomen* et *est nomen* sine exemplis similibus intelligimus quidem, non iniucundum tamen erit videre, quae notaverint in primis Iuretus ad Symmachum Epist. II, 52. et interpretes ad Sil. Italic. I, 293.“ *Hofman-Peerlkamp.* in censura Ed. Borgers. in Bibl. Crit. Nova III. p. 411. — Iam addamus nostram de h. l. sententiam:

Offensus voce *non* Graevius deletam eam volebat: nomen enim senatus in re publica fuisse dicens, sed nomen, non rem, exstitisse. Ad quae recte Ernestus, Verum, inquit, Cicero non solet id, quod Graevius volebat, sic exprimere: dixisseťque, ut ego olim conieceram, *nomen modo erat*, aut *nomen in re publica, non res, erat.* Gernhardus vero, librorum lectionem servans, „Graevius, inquit, si verbis *senatus occiderat, civitas non erat, consul non erat*, quibus Cicero (ut Offic. III, 1, 2: *exstincto senatu, deletisque iudiciis)* temporis illius iniquitatem exaggerat, moveri non potuit, ut vulgatam tueretur; non tam particula *non* eiicienda, quam in *nullum* mutanda erat. Sic certe ordo verborum servaretur idoneus, qui, expuncto *non*, mutari deberet: *senatus in re publica nomen* (tantum) *erat.* Adiectivum *nullus* videbis §. 28. *(consul, qui tum nullus fuerat)* et Liv. XXVI, 41: *nullum iam nomen esset populi Romani.*“ Add. Cic. de Legg. II, 6, 14: *igitur tu Titios et Appuleias leges nullas* (i. e. nullo loco habendas, leges non censendas) *putas?* de Or. I, 9, 38: *rem publicam, quam nunc vix tenemus, iam diu nullam haberemus.*“ Et Gernhardus probabiliter quidem. Est tamen locus suspicioni, vulgatam non esse veram

Ciceronis manum, qui post *ferro pulsis magistratibus* additurus fortasse fuisset: *senatus ne nomen quidem in re publica erat*, vel *senatus vix nomen in re publica erat.* Quare, si coniicere licet, coniecturam faciamus quam minimum a librorum lectione recedentem, cui quidem non admodum pepercerunt, qui locum emendare aggressi sunt. Quid vero facilius fieri potuit, quam ut ante NO excideret NĪ? Quare coniecerim: *senatus nisi nomen in re publica non erat:* [non dico, *nonnisi nomen*, quae erat Wyttenbachii altera coniectura: nam ita non locutus est Cicero:] Et ita aliquoties: de Amic. V, 18: *sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse;* VIII, 28: *quae* (caritas) *dirimi nisi detestabili scelere non* potest; ad Q. Fratr. III, 4, 3: *quae — confici nisi per hominem — peritum — non possunt.*" Vid. Symbol. nostr. Crit. II, 2. p. 5. (Ulmae, 1828. 4.) Qui eodem anno in Ed. Opp. Cic. haec Paradoxa edidit Or., nihil ipse tentavit, aliorum modo, Graevii, Borgersii, Peerlkampii, et in Analectis p. 596. nostram enumeravit, nullo fere addito iudicio, nisi quod bonam appellavit Borgersii suspicionem, nimirum si ita colloces verba *re non erat* (pro *non re erat*)*:* ita tamen, ut in librorum scriptione videatur acquiescere. Qui novissime locum nostrum tractavit R. Klotzius, (in Quaestionum Tullianarum libro primo, Lipsiae a. 1830. edito: p. 132 sq.) ita disputavit, ut primum diceret, si Borgersii coniecturam probes, cum Orellio necessarium esse scribere *re non erat:* mirum tamen sibi videri, ea verba habita esse pro corruptis, quae ne speciem quidem prae se ferant corruptionis. „Cicero, (sic pergit,) uti hoc loco satis ea, quae dicit, exaggerat, ita istis quoque verbis videtur idem fecisse: quare quo gravius diceret, civitatem eo tempore exiguam ac paene nullam fuisse, haec scripsit *quum — senatus nomen in re publica non erat*, ut hoc diceret: *quum — senatus nomen in re publica non erat*, *nedum auctoritas:* quod eo facilius erit ad intelligendum, si verbum *nomen* pronunciando iuvabimus, unde appareat cogitando quiddam opponi. Si scripsisset Cicero: *quum — senatus ne nomen quidem in re publica erat*, vel *quum — senatus etiam nomen in re publica non erat*, nemo facile de hoc loco dubitasset: verum ne ista quidem ratione quum est Cicero locutus, quisquam debebit haesitare, quum constet inter omnes *nomen* saepe ita dici, ut *res*, *auctoritas*, cetera opponantur. Nos dicamus: *Also war dies damals kein Staat*, *als die Gesetze in demselben nichts galten*, — *nach gewaltsamer Vertreibung der Magistratspersonen*, *des Senates Name* (sogar) [sed hoc ipsum *sogar* deest] *aus dem Staate verschwunden war.*" Haec ille. Iam ut meam qualemcunque sen-

tentiam de omnibus, quorum, ipsorum plerumque verbis, iudicia exposui, addam, primum moneo Graevii rationem placere non posse, cum quia verborum ordo sententiam, quam vult loco inesse, non adiuvat, sed obscurat: tum quia violentius agit expuncta voce, quam (si unum excipias, qui *num* exhibet) tuentur libri omnes: neque quemquam vel Ruhnkenii movit auctoritas, Graevio suffragantis. Quodsi abiici placeret illud *non*, equidem sequendam existimarem eam editionem, quae sola ex omnibus, quod equidem sciam, omisit negationem, Teubnerianam: quam qui curaverit vel correxerit nescio. Quamquam suspicari licet Carolum esse Reisigium, cui sunt qui dicant deberi etiam unam illam annotationem ad Tusculanas (I, 37. p. 307. ed. nostr.) in Ed. Teubn. eodem, quo Paradoxa, anno (1830) edita. Ita autem editio illa transpositione vocabulorum facta: *Senatus in re publica nomen erat.* Et hoc quidem loco positum *nomen* sententiam, quam vult Gr., habere potest. Ernesti coniecturae, Wyttenbachii, Borgersii, Peerlkampi, Gernhardi etiam (quamquam is vir non tam emendatam, quam servatam, vult vulgatam) partim paullo audaciores sunt, partim ab usu Ciceronis paullo remotiores: mea autem (ut fatear, quod est) non tam ad sententiam, quam ad sermonem, non, ut prius, arridet. Quos enim laudavi tres locos Ciceronis ad eam commendandam, etiamsi primo adspectu videantur simillimi, tamen admodum differunt. Nondum enim mihi contigit reperire apud Ciceronem vel unum locum, quo illud *nisi* — *non* cum alio verbo iunctum appareat, quam cum verbo *posse.* Quod autem ad Klotzii defensionem vulgatae attinet, in ea, si vel maxime verbum *nomen* pronunciando iuvare velis, tamen id ipsum, quod supra significavi, desiderabis. Cum enim in conversione Germanica *παρενθέτως* addiderit *sogar*, id ipsum desideratur ita, ut, hoc certe modo dicta sententia, vix ac ne vix quidem intelligi possit. Quare tentare liceat, num aliâ fortasse medicinâ leviore subveniri possit sententiae, nimirum, ut excidisse suspicemur unam litteram *l*, quae in Codicibus medii aevi saepissime est compendium vocis *vel*, scribamusque: *quum — senatus vel nomen in re publica non erat* (i. e. *nomen adeo*, *etiam nomen)*, ut est de Legibus III, 10, 23: *nam isto modo vel consulatus vituperatio 'st*, ut scribere nos vult C. Beierus ad Laelium 12, 43. Illud compendium vid. in Baringii Clave Diplomat. (Compendia scribendi medii aevi: Tab. 14. b.) Ad sententiam cf. Or. pro Sest. XIX, 42: *Haec ego quum viderem, (nec enim erant occulta) senatum, sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum — haec quum viderem, quid agerem, iudices?* ad verba Or. in Pison. X, 23: *Ego consulem*

esse putem, qui s e n a t u m e s s e *in re* p u b l i c a *non putavit?* Mr.

EXCURSUS VIII.

AD PARADOXON IV, 1:

— Ac vide, quam ista tui latrocinii tela contemserim. I a c t a m et i m m i s s a m a te nefariam in me iniuriam semper duxi: p e r v e n i s s e ad me nunquam putavi.

„Nemo, quod sciam, eorum, qui adhuc Ciceronis Paradoxa tractaverunt, in hoc loco sive legendo sive explicando haesit. Nam quod pro *iactam*, cum liber quidam Mediolanensis [intelligit sine dubio editionem aliquam Mediolanensem, seculi XV., quales aliquot cum Officiis etc. exierunt,] haberet *latam*, Xystus Betuleius coniecit legendum esse *illatam*, nihil moramur: neque magis audimus duos Aldi nepotis libros, eiusdem vocis loco *factam* exhibentes, Oxoniensemque unum *iactatamque*. Illud moneo: posteriora prioribus parum convenire, ne dicam contradicere. Explicat quidem Gernhardus verba *iactam* et *immissam*: *Iacitur*, dicens, iniuria, quae subito, tanquam uno ictu, infertur; lentius *immittitur*. Equidem non repugno: sed quomodo, quaeso, *immissam* in se potest dicere iniuriam, quae si *immissa* fuit in Ciceronem, eum necessario *tetigit:* et statim tamen subiicere, nunquam illam ad se iniuriam *pervenisse?* Quid multa? *Emissam* profectum esse a Cicerone existimo cum Wyttenbachio, cui ego Leidae hunc ipsum libellum iuvenibus litterarum studiosis explicanti operam dedi. Ego vero, quod ille, utpote in scholis, omisit, locos addam Ciceronianos, quo maior accedat isti coniecturae auctoritas. Et primum quidem est in Or. pro Caelio 12, 29. *aculeos — e m i t t e r e in hominem et in reum.* Tum Or. de Harusp. Respons. 1, 2: *Tela, quae* c o n i e c e r i t *inimicus — quae collega —* e m i s i t*:* ubi item fere, ut nostro loco, iuncta habes *iaciendi* et *emittendi* verba. Deinde usu, quem dicunt, tralato posteriore verbo ita utitur noster, ut alterum addat, quo demum *tactum* esse eum significatur, in quem telum *emissum* est. Sic de Or. II, 53, 214: *Argumentum ratio ipsa confirmat, quae simul atque* e m i s s a *est,* a d h a e r e s c i t*:* ad quem locum vid. Orellium, Opp. Cic. T. I. p. 298. De Or. II, 54, 219: *cum — illud — dictum* e m i s s u m h a e r e r e *debeat.* Denique ipso

immittendi verbo et alibi usus est Cicero, quibus locis, quod *immissum* est, ad finem pervenisse existimandum, et posuit scriptor Orationis pro Domo, qui probe tenebat Ciceronis usum, [nisi potius, quod Savelius probatum ivit, ipse fuit Cicero *):] 15, 39: *Neque enim mea iam quidquam interest, exceptis his telis, quae ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt.* Recte nimirum Franciscus Hotomannus ita explicat verba *exceptis his telis:* „i. e. cum iam exceperim, cum iam mihi imposita sint vulnera." Adde Paulli Manutii Commentarium in Ciceron. Oratt. p. 573. ed. Richter."

Haec ego scripsi in Symbb. Critt. in Cic. Spec. II. c. 1. Nunc addo, quam Wyttenbachius in scholis dedit, rationem accuratius, quam supra significavi potius quam exposui: „Si *immissa* fuisset, „inquit, haec iniuria in Ciceronem, certe ad eum *pervenisset* et „eum tetigisset, quod in proximis continuo negatur, cum dicit: „*pervenisse ad me nunquam putavi.*" — Quod autem ipsum *immittendi* verbum ita intellexit Frc. Sylvius, dicens: „Sumpta trans- „latio est ab iis, qui in inimicum aliquid *iaculantur*, quod inimi- „cum *non laedat*, quod ad eum *non perveniat*": id recte quidem loci sententiam exponit, scriptionem probare non potest. Erunt autem fortasse, nimirum ex eorum numero, qui ex Lexicis sapere consueverunt, qui eandem verbo *immissam* significationem vindicent, quam ego volo inesse in *emissam.* In illis enim libris invenient locum Alfeni, iuris consulti, Digest. lib. IX. Tit. 2. Leg. 52. med.: *telum ex manu immittere* (non *emittere).* Sed, ut taceam, Alfeni usum, etiamsi vel maxime contradiceret sententiae nostrae, Ciceronis, quae supra exposuimus, exemplis non posse officere: si ipsum Alfeni locum spectes, id ipsum probat, quod nos proposuimus. Ita enim habet: *Aeque, si quis ex manu telum aut aliud quid immisisset, damnum iniuria daret.* Huius vero loci, si eum cum toto orationis nexu comparaveris, hanc esse sententiam apparebit: si cui ex manu ita casu excidisset telum, ut eo alter percussus vulneraretur, immerito ita cum eo actum iri, quasi volens damnum dederit, i. e. nocuerit. Locis autem supra laudatis adde Cic. pro Plancio 23: *maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur*, denique Horatianum illud Epist. I, 18, 71: *Et semel emissum volat irrevocabile verbum.* Mr.

---

*) Iam vid. Baehr Gesch. d. Röm. Litt. 3. A. II. Bd. §. 284, 17. p. 274 — 278.

EXCURSUS IX.

AD PARADOXON IV, 2.

Nescis, exsilium scelerum esse poenam, cet.

„Cicero pro suo arbitrio *exsilii* nomine utitur abutiturque. *Triplicem* huius nominis significationem apud Romanum hunc oratorem invenio. Quoties ad ipsum attinet hoc vocabulum, innocentiam quandam prae se fert. Ita supra in Paradoxo II. [p. 89.] adversus Antonium dixit, *Exsilium iis esse terribile, quibus quasi circumscriptus sit habitandi locus, non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducant.* Quo loco Cicero, ut hoc obiter moneam, ad differentiam exsiliorum respexisse videri possit. Nam Martianus Iureconsultus in l. 5. ff. de interdict. et releg. [Digest. L. XLVIII. Tit. 22, 5.] *Exsilium triplex esse* dicit, *aut cum est certorum locorum interdictio, aut lata fuga*, (quale Ciceronis exsilium, excepta culpa, fuit:) *ut omnium locorum interdicatur, praeter certum locum, aut insulae vinculum, id est, relegatio in insulam.* In illo Ciceronis loco res ipsa non nomine quidem, sed ignominia et miseria exuitur. In hoc vero loco res et nomine privatur et ignominia. Nam *iter* nominat, sicut in V. Tusculanarum [37, 106. Ed. nostr. T. III. p. 231. ibiq. annot. nostr.] *peregrinationem*, μειώσει seu extenuatione pulchre verecunda, ubi multa multorum philosophorum sua sponte solum vertentium exempla enumerat. Verum pro Domo sua [27, 72.] *exsulis nomen per se calamitatis quidem esse* dicit, *turpitudinis non item.* E diverso pro Aulo Caecina [34, 100.] *exsilium non supplicium, sed profugium portumque supplicii* nominat. Hic et nomen remanet, nec ignominia caret exsilium, in quod causae suae diffidentes se coniiciunt: nec miseria prorsus abest, ubi inter duo mala, quod minus incommodum est, eligitur. Ceterum de voluntario exilio lege Budaeum in annotationibus posterioribus, super eo loco, quem paullo superius ex Martiano adduximus. — Quod autem mox dicit *solum mutare*, Graecis est μετανάστεύειν, μετοικίζεσθαι. Matthaeus [Evang. I, 11. 12. et 17.] Babylonicum exsilium μετοικεσίαν appellavit, quod mitius est, quam αἰχμαλωσία." Xystus Betuleius. Adde his H. E. Dirksen. Manuale Latinitatis Fontium Iuris Civilis Romanorum v. *Exsilium* et *Exsulare.* Barnab. Brison. de Verborum, quae ad Ius pertinent, significatione v. *Exilium*, p. 314. Ed. Itter. et Lexic. Iuridicum ex Briss. Hotom. Pratei. et Cuiac. (Genev. 1615. 8.) v. *Exilium* p. 446 sq. Exstat Plutarchi de Exilio liber, quem e Crantore philosopho sive

excerptum sive compilatum dicit Petr. Alcyonius de Exilio p. 147. ed. Mencken. Lips. 1707. Mr.

EXCURSUS X.

AD PARADOXON V, 2.

Atque ut in magna familia sunt alii lautiores ut sibi videntur, servi, sed tamen servi: sic ii pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae, quos — aedificia magnifica nimio opere delectant.

Sic edidi, quamquam hanc esse Ciceronis manum praestare non ausim. Sed in tanta cum librorum tum iudiciorum discrepantia id fuit eligendum, quod non sententiae tantum, sed etiam sermoni Ciceronis satis convenire videretur. Age vero, audiamus viros criticos et interpretes ipsos, cum in hac editione idem nobis sit propositum, quod in editione Tusculanarum. Quae si quis contractiora velit esse, sciat me noluisse viris criticis mea verba subiicere, ne forte cui aliud dixisse videantur, quam re vera dixerunt. Primus igitur prodeat.

Victorius, qui cum in editis reperisset: *Servi atrienses ac tu pari stultitia*, haec adnotavit: „Vetus lectio: *Atrienses ac topiarii stultitiae tuae*, quam et recepi et sinceram iudico. Nihil autem vulgata dici potest depravatius. Multitudo servorum, quam antiqui possidebant, facultatem illis dabat, ut unicuique officio et ministerio suos et peculiares servos imponerent, eosque appellarent a negotio illo, quod eorum curae commissum et traditum erat. Quare opulenti illi et beati, quibus viridaria erant, servos, qui opera topiaria facerent, habebant. In Pandectis de Instrum. vel instrum. leg. L. instrumento fundi §. *Conservandi: Qualia sunt dolia, licet defossa non sint, et cupae quibusdam in regionibus accedunt instrumento: si villa cultior est, etiam atrienses, scoparii: si etiam viridaria, topiarii: si fundus, saltus pastionesque habet, greges pecorum, pastores, saltuarii.* [Locus est Digest. L. XXXIII, Tit. VII, 8.] Cicero etiam Lib. III. ad Q. Fratrem eandem hanc rem significavit, quamvis non tam aperte; inquit enim: *ut denique illi palliati topiariam facere videantur, et ederam vendere.* [Est Ep. 1.] Nisi fallor, huic loco reddita sua integritas est: quae autem prius erat lectio, et falsa et rudis admodum erat, sententia nunc et plana et elegans.“ [Est autem in Ed. Rob. Steph., quae in plerisque exhibet textum Victorianum, ita editum et distinctum:

sunt alii lautiores — servi, sed tamen servi, atrienses ac topiarii: stultitiae suae quos signa, quos tabulae — delectant.] — „*Actu pari stult.*] In Venet. emendatus (nihil enim dubito) locus est: *Topiarii stultitiae suae.* Dicit enim non infimae sortis istos, qui vulgo beati putentur, esse servos, sed quasi primarios quosdam servos, servos tamen stultitiae suae, ut atrienses, qui negotia tractabant dominorum, quem ad modum dicit Pseudolus, *condus promus, procurator peni* [II, 2, 14.] et mox: [ib. 31:] *Qui res rationesque heri — curo, argentum accepto, et cui debet dato.* Topiarios autem qui topia curarent, delicias quasdam et amoenitates locorum, de quibus plura Victorius." Camerarius.

C. Langius: „Putavi aliquando ita scribi posse: *atrienses ac topiarii stultitiae suae, quos signa —.* Nam cum in atriis ponerentur longa serie imagines gentiliciae, statuae, picturae et alia id genus, ut Philipp. II. et apud Iuvenalem; spectabat ea cura ad *atriensem servum*, cuius in familia primus locus erat, ut ex Plauto apparet, ut hortorum poliendorum et varie exornandorum ad *topiarios.* Fortassis autem sic rectius: *Atque ut in magna familia sunt aliis alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi: atrienses ac tu, pari stultitia sunt, quos signa* etc. sed, ut semel dicam, non me extrico."

I. Morisotus: „ Locus mire depravatus est. In vetustis quibusdam exemplaribus sic exstat: *Atque ut in magna familia stultorum sunt alii lautiores (ut sibi videntur) servi atrienses, actu pari stultitiae sunt.* In recentioribus autem hoc modo correctum est: *Atque ut in magna familia stultorum sunt alii lautiores (ut sibi videntur) servi, sed tamen servi, atrienses ac tu: pari stultitia sunt.* — Nec defuerunt, qui hanc scripturam emendare vellent: quorum unus margini adnotavit *servi atrienses, sed tamen servi aeque ac tu.* Alter: *pari ac tu stultitia sunt.* Qui ut alios iudicio vicerunt, sic locum non omnino restituerunt. Nos legendum censemus: *Atque ut in magna familia stultorum sunt aliis lautiores (ut sibi videntur) servi atrienses, sed tamen aeque servi, ac tu: sic pari stultitia sunt —.* Ad hunc enim modum intelligi debet: Quemadmodum licet servi atrienses aliis sibi videantur lautiores, aeque tamen sunt servi ac tu: sic ii, quos signa, tabulae, signatum argentum, Corinthia opera, aedificia magnifica delectant, pari sunt stultitia."

Franc. Sylvius: „*In magna familia stultorum*] Fortasse *servorum*, non *stultorum* legendum. Nam Oscorum lingua *famel* servus dicitur, unde familia vocata est: ut auctor est Sex. Pompeius, quamvis idem paullo ante scribat, *familiam* antea in liberis

hominibus dici solitam: inde patrem et matrem familiae postea hoc nomine *famulos* appellatos. *Romani veteres,* ut ait Macrobius libro Saturnalium primo; *omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detrahentes, dominum patrem familias, servos familiares appellaverunt.* In servorum autem familia aliud aliorum officium est, sed qui fideliores, honoratiores, lautiores erant, hi *atrienses* appellabantur, quod in atrio dominorum divitias, signa, tabulas, imagines maiorum custodirent. Quemadmodum qui erant viliores et abiectiores *mediastini* dicebantur, quod, in medio stantes, parati essent ad omnium imperia. Veluti in domibus nobilium sunt ministri, qui vulgo appellantur famuli per cortem. Nonnullis autem civibus romanis tam magnae servorum familiae erant, ut M. Crassus, auctore Plutarcho in eius vita, ad quingentos servos fabrilis artis et architecturae peritos emerit. — *Ac tu pari stultitia*] Si emendata lectio est, sententia est: Tu es simili stultitia, atque sunt servi atrienses, quos signa aliaque, quae ipsi in atrio custodiunt, delectant."

Xystus Betuleius: „Atriensium summa erat auctoritas, quod domini negotia procurarent, res venales distraherent, debita exigerent, et in alios servos non parum iuris usurparent: quod ex Plauti Asinaria cognosci potest. Arbitror et alimenta ceteris servis dividere solitos, et inde ab atrio nomen sumpsisse. Constat enim in atrio sportulas cibariaque distribuisse. Haec Alciat. in l. 203 ff. de Verborum signif. Nos enim dicimus *Hofmeister:* nisi quod nostri liberae conditionis sunt. — *Aeque servi:* Nam Martianus quoque iureconsultus dicit, servorum unam conditionem esse, liberorum multas."

D. Lambinus: Locus est admodum corruptus, etiam in exemplaribus antiquis, quorum alia habent: *atrienses, actu pari stultitiae suae;* alia: *actui pari stult.* etc.; alia: *atrienses acto pari* etc.; quibus scripturis tam dissimilibus inter se quidam ita mederi conati sunt, ut existimarent partim legendum *atrienses ac topiarii:* partim: *atrienses actuarii* etc., sed frustra. Omnino quaedam deesse videntur. Putabam hanc esse sententiam Ciceronis eamque his verbis exprimi posse: *Atque ut in magna familia sunt alii honestiores ac lautiores, ut sibi videntur, servi; sed tamen servi, ut atrienses: sic stulti omnes, ut tu, pares inter se stultitia sunt: sed tamen insignior eorum stultitia est, quos signa* etc. Quid? si hoc modo legamus: *Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi: sed tamen servi, ut medici, anagnostae, atrienses: alii inferiore loco, ut mediastini: ita copiosiores illi quidem et abundantiores, sed pari stultitia sunt, quos* etc."

Ob. Gifanius (in Conlectaneis ad T. Lucretium [Lugd. Bat. 1595. 8.] p. 477: Restituamus Paradoxorum locum perdifficilem, quique multos exercuit viros eruditos. Ait Cicero: *Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi; paris stultitiae sunt, quos* etc. ita vet. lib., nisi quod pro *pari* fecerim *paris*, adsumpto *s*, quod sine dubio perierat (ut saepe alias), quod statim eadem exceperat id verbum littera. Deinde illa, quae in vulgatis et veteribus libris varie exstant: *Atrienses, actu, ac tu, acto*, abieci, ut e glossa profecta. Quo enim *atrienses* hic, qui haud scio an fuerint honestiores, cum Ulpianus I. C. eos in mediastinis numeret. Et ut fuerint ex honestiorum numero (ex quo certe erant columellae, cancellarii seu tabelliones, actores, dispensatores etc.) hinc tamen, ut canes e balneo, pellendi sunt. Sententia autem planissima nunc est: Ut tales, inquam, servi sunt stulti: paris stultitiae sunt, id est, item, seu itidem, seu consimiliter stulti sunt, quos tabulae pictae etc. nimium delectant. nam quia supellectilem habent lautiorem, quidam se efferunt in re publica viri, uti servi in familia opera fungentes honestiore superbiunt."

I. Gruterus: „Locus vexatissimus, si quisquam, in Cicerone. Nos repraesentavimus editionem Victorii [*atrienses ac topiarii stultitiae suae*] proxime accedentem ad exemplaria calamo exarata: cui et acquiescebat Gulielmius. Aldus nepos pedibus ibat in coniecturam Gifanii, [vid. Aldi annot. in annotatione, quae habet varietatem Codicum,] quam expressit in notis suis Suffridus, quae videantur. Ego post tot ariolos capillum non dimitto."

I. G. Graevius: „Cum in Victoriana et Gruteriana legatur sine sententia *atrienses ac topiarii stultitiae suae, quos signa —*; nec melius in optima Langii: *servi. Atrienses ac tu pari stultitia sunt*, utraque tamen vestigia verae lectionis retineat, rescripsi ex utraque: *servi, atrienses ac topiarii, pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae* etc. Hae duae voces *topiarii* et *pari*, propter easdem litteras vocum *piarii* et *pari*, causa fuerunt tantae depravationis. In aliis Codicibus perierant *topiarii*, ut ex Langiana constat, in aliis *pari*, ut in Victoriana. Ex utraque veram scripturam, ut existimo, hic restituimus et resposuimus, deleto quoque cum Langio verbo *stultorum* [post *familia*] quae ineptissime inculcata fuit a librariis et editoribus in initio periodi. Quod obducit Gifanius *atrienses* non fuisse servos honestiores aliis dicens, quia mediastinis accenseantur, id vero est futile et dudum explosum a Laur. Pignorio in Commentario de Servis." [v. Pignorium de Servis, Ed. Amst. 1674. 12. p. 458 sq.]

T. Popma (in libro de operis servorum, p. 93 sqq. Ed. Amst.

1672. 12.) „*Topiarii* inter praediorum rusticorum servos censentur, qui arbusculas virgultaque ductilia facili flexu in varias formas et figuras sollerti ingenio exprimunt et concinnant. — Hinc *topiarium opus* et ars ipsa *topiaria* dicitur. Cic. ad Q. Fratr. III. 1.“

I. A. Ernesti: „*Ut in magna familia* habet Ed. Colon.; Romana addit *stultorum*, ut et MSS. plures. Deleverunt recte Langius et Graevius. Si verbum hoc ex alio natum est errore scribarum, putem fuisse *servorum*, et post afuisse *servi.*“ — „*Sunt alii lautiores:* Sc. ii, qui artifices sunt, et qui *delicati* dicuntur atque etiam melius tractantur ceteris, quorum sordida et humilia sunt ministeria.“ — „*Atr. ac topiarii*: Sic edidi cum Graevio. Mire haec sunt vitiata in MSS. et Edd. pr. Ceterum *stultitia* mihi hic non placet. Nam non est sermo de stultitia, sed de servitute. Si tamen est a Cicerone, intelligendi servi sunt pares stultitia iis, quos ante dixit lautiores sibi videri, servis.“

D. Wyttenbachius, nihil de lectione in scholis monuit: ad verba explicanda haec attulit: „*Atriensis* servus dicitur is, qui atrium servat, homines extrinsecus adventantes, salutatores, intromittit.“ — „*Topiarius* in pictura dicitur, qui regiones et locos pingit, ut est apud Vitruv. de Archit. VII, 5. Tum ex arborum sequacium et flexibilium frondibus contexebant porticus, casas, tuguria, turres aliasque formabant res, item ex vitibus, hedera, acantho. Horum hominum in villis et hortis erat munus, tanquam artificum. Cic. ad Q. Fr. III. 1. Plin. H. N. XXII, 22. Firmicus Matern. Math. VIII, 10.“ — „*Signa* dicuntur universe opera artis corporea ad imitationem naturae composita, veluti statuae, picturae, opera caelata i. e. quae in plano exstant.“

A. G. Gernhardus ad v. *lautiores* laudat Cic. ad Att. XIII, 52: *libertis minus lautis servisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti.* Ad v. *Atrienses* ait eos imagines gentilicias, statuas, picturas in atrio positas curasse: aut (addit) ut Gronov. annot. ad Plaut. Asin. II, 1, 16: observabant atrium, ubi coenabant veteres: et suppellectilem aedium aut villae exponebant, et, ut omnia munda et integra praestarentur, curabant: coll. Serv. ad Virg. Aen. I, 726. De *topiariis*, qui hortorum ornamenta curabant: v. Cic. ad Q. Fr. III, 1, 2: *Topiarium laudavi: ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis.* Cum *atriensibus* iunctos eos vid. apud Plin. Ep. III, 19. [ubi vid. interprr. in Ed. Cortii et Longolii (Amst. 1734. 4.) p. 237 sq.] Ad v. *pari stultitia* haec Facciolati addit: „illi laborant, quos signa etc. pari, inquam, stultitia, ac servi topiarii et atrienses, qui se

putant lautiores. Ceterum tota haec periodus variis lectionibus turbatur." Ipse Gernh. Gifanii librum et lectionem probat, ita tamen, ut verba *atrienses ac topiarii* non eiiciat, sed uncinis includat: in Addendis tamen liberata vult, additque: „Equidem nunc verba *atrienses ac topiarii* intelligo *etiamsi appellantur* atrienses *servi vel* topiarii *servi*. Sed Gifanii lectionem *paris stultitiae* non probat, neque Withofii coniecturam, qui volebat: *sed tamen servi viliores aliqui, sic paris stultitiae sunt, qui* etc. Ibidem etiam, nullo addito iudicio, Th. Bentleii huius loci explicationem apposuit hanc: *atrienses ac topiarii* (servorum omnium summi et honestissimi), si lubet, sint, *quos signa* etc., *tam sunt servi tamen, quam qui tergunt, ungunt* etc.

God. Hermannus in censura Ed. Gernhardianae (Lpz. Litztg. 1819. 123. p. 978.) accuratius Gernhardum in hunc locum inquisiturum fuisse monet, nisi ei ignota fuisset I. I. Hottingeri de h. l. disputatio in Prolusione Turicensi a. 1790. PP. VIII. recusa in eius Opusculis p. 147—155. cuius quia paullo longior est disputatio, excerpere sententiam, quam describere verba, maluimus, additurі deinde Hermanni sententiam. Hottingerus igitur corruptelam non tam in verborum aliqua depravatione, quam in sententiarum totius capitis parum apta collocatione deprehendit: ad verba quidem a Graevio bene constitutum esse locum concedit, quamquam in verbis *pari stultitia sunt* durius omissam esse vocem *sic* vel *ita* contendit, quam exigebat particula comparativa *ut*, in superiori membro posita. Deinde transitum ab eo, *cui mulier imperat*, ad eum, qui nimia artificiorum cupiditate tenetur, tam durum esse, quam parum praevisum, nullo vel verborum vel sententiarum vinculo munitum: siquidem, qui legerit illa *atque ut in magna familia*, non exspectet rem novi argumenti, sed potius eorum, quae ante dicta sunt, vel confirmationem vel illustrationem. Intelligi autem vix posse, quorsum pertineat servorum cum stultis comparatio. „Eos, inquit, quos signa etc. nimio opere delectant, *pari* praedicat stultitia, et, quod merito mireris, *perinde pari*, *ut* servi alii sint aliis lautiores i. e. *haud pari* conditione: accedit, quod, *quos* hic *pari* cum ceteris *stultitia* dicit, *eosdem* paullo post contendit servitutis eius, quae est a stultitia, *locum* paene *infimum* obtinere." Universe aptam ait Hottingerus, utcunque vertas sententiam, comparationem non esse. Transpositione igitur sanandum censet locum hoc modo: „*An ille mihi liber, cui mulier imperat? cui leges imponit, praescribit, iubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? Poscit? dandum est: vocat? veniendum: eiicit? abeundum: minatur? extimescendum. Ego vero*

istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. *Pari stultitia sunt* [omisit H. *quos signa,*] *quos tabulae, quos caelatum argentum, quos Corinthia opera, quos aedificia magnifica nimio opere delectant. At sumus, inquiunt, civitatis principes. Vos vero ne conservorum quidem vestrorum principes estis. Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi, atrienses ac topiarii; sed ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent; sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, istius servitutis locum paene infimum obtinent.*" Quod vero orationem fecerit ita continuari, ut illato *sed* quaedam structurae perturbatio facta esse videatur, id satis frequens esse apud Ciceronem, qui, si inceptam rationem tenuisset, plena oratione fortasse ita fuisset scripturus: „Quemadmodum in magna familia sunt alii lautiores servi, alii minus honesti, ita plane et isti cupiditatum suarum servi alii aliam habent dignationem. Atque ut ii, qui signorum, tabularum, similiumque rerum curam habent, non honestissimum locum servitutis tenent, ita etiam earundem rerum cupidi istius servitutis locum paene infimum tenent." Quod si forte aliquis paullo fastidiosior non ferat (quamquam sint similes structurae de Off. 1, 30: *Quin etiam* etc., ib. III, 26. *Utile videbatur* etc., Tuscc. I, 1. *Etenim si* etc.), eos mutare iubet leni correctione *Et ut in familia* etc. Transpositionem autem ita in libros veteres venisse existimat: „Putabam, inquit, turbas istas verborum *puTO PARI* dedisse proximitatem. In quibus coalescentibus cum librarius sibi visus esset deprehendisse vocem *TOPIARII* inferius paullo exstantem, tum reliqua inde a periodi initio verba, sua sede mota, huc transtulit. Illud unum addo, quod si quid aliud unquam, liquido posse me affirmare arbitror, non id, quod libri omnes habent *ipsius servitutis* Ciceronem scripsisse, sed *istius servitutis*: *istam* nempe servitutem dicentem, quae ab istarum rerum est cupiditate." Hanc igitur Hottingeri disputationem Hermannus quamquam paullo audacius mederi loco censet, neque plane verum acu quasi tetigisse, ingeniosam tamen esse concedit: ipse autem suam ita sententiam expromsit: „Ad manum sunt duo Paradoxorum Codices, unus Lipsiensis, alter amici cuiusdam. In priore est: *Atque ut in magna familia stultorum alii sunt lautiores* (supra lin. *da*, ut voluisse videatur corrector *laudatiores) ut sibi videntur servi, sed sunt* (deletum est *sunt*, et supra lineam post *atrienses* posi-

tum) *servi atrienses actu pari sue stultitiae quos signa* —; in altero: *Atque ut in magna familia stultorum sunt alii lautiores, ut sibi videntur servi, sed tamen servi atrienses. Actu pari stulticie sue sunt. Quos signa* —. Quae sunt lectiones Codicum fere omnium. Merito viri critici *stultorum*, ut glossam, expunxerunt: merito item Gernhardus glossam esse existimat verba *atrienses ac topiarii.* Sed cum *actu pari* manifesto sit corruptum ex *ac topiarii*, facile intelligitur, *pari stultitia* correctoribus librariis deberi, veterem autem scriptionem *stultitiae suae* non esse abiiciendam. Quod si tenueris, eo ipso statim habebis lectionem veram, qua recepta omnia bene cohaerent: *Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi stultitiae suae sunt, quos signa — nimio opere delectant.*"

H. I. Borgersius vulgatam se ait tueri, locumque ita explicat: „Atque ut inter servos ii, qui meliore sunt conditione, quam ceteri conservi, minime tamen sunt liberi, sed servi, licet se servitio exemptos somnient; sic illi, *quos — delectant*, egregie falluntur, cum, ut servi in dominorum, ita ipsi in tabularum signorumque sint potestate. Hinc etiam intelligenda, quae sequuntur: *Mitto, unde — servum te esse iudico.* Comparatio igitur non est de *stultitia*, sed de *falsa eorum opinione*, qui, servientes, se liberos esse existiment."

Orellius exhibet lectionem Codicis Caroli Stephani: *sed tamen servi, sic ii pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae — nimio opere delectant.* Idem dicit, egregie disputasse de toto hoc loco Gifanium (in Coullect. Lucret. cuius supra exhibuimus disputationem), delentem verba insititia *atrienses ac topiarii* ante v. *pari*, quorum prius aliquis glossator desumpserit e seq. §. 38. *atriensem diligentem*, alterum a stolide docto effectum sit e perversa geminatione v. *pari stultitia* (pro quo sine causa Gifanius voluerit *paris stultitiae).* „Secuti sunt (ita pergit Or.) Gifanium Suffridus Petrus, Aldus Nepos, Gernhardus, qui tamen in Add. sententiam mutasse videtur. Sensus autem hic est: ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, v. c. medici, anagnostae, ab epistolis Graecis, cet. (non certe atrienses ac topiarii, infimi potius generis servi:) iique lautiores adeo interdum superbiunt stulteque se efferunt, ut servitutem se servire paene obliviscantur, quamquam servi nihilo minus sunt, atque quavis hora a dominis inter mediastinos amandari possunt, non minor sane est eorum stultitia, qui vere liberos se arbitrantur, etsi signorum, Corinthiorum operum cet. servi sunt, nimio opere quum talia eos de-

lectent. — Multos etiam sagacissimos viros haec brachylogia fefellit, v. c. Lambinum, Hottingerum. Corruptissimi autem sunt Codices." Hunc nos sequimur cum Ed. Teubn. Non quo absolutam rem esse credam, sed ne aliquid, cuius ad me notitia venerit, omisisse videar, addo duas coniecturas, quarum una est Herm. Liebaldti, Numburgensis, qui in Specimine Historicorum Romm. reliquiarum denuo collectarum, edito anno 1833 (Halis Sax.) in thesibus controversis N. XIV. hunc posuit: Cic. Parad. V, 2, 36. transpone mecum: *Atque ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur atrienses ac topiarii, servi, sed tamen servi: pari* etc. Alteram exhibuit eodem anno T. Baden, in libro, qui inscribitur *Neue Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. v. Seebode, Jahn u. Klotz*, II. Suppl. Bd. 3. Hft. in Commentatione, quam inscripsit: *Studien über Cicero.* Est ibi p. 357: „Orellius recepit, quod exhibet Codex C. Stephani, delevitque verba *atrienses ac topiarii*, quia hi quidem infimi potius generis servi, lautiores sibi videri non potuerint. Mihi vero verborum *sic pari* coniunctio περισσολογίαν orationi inferre videtur. *Atrienses* autem servos lautiores nonnunquam sibi visos esse docet locus Plauti Asinar. II, 2, 84: *Extemplo faciam facetum me atque magnificum, Dico me esse atriensem.* Ei autem adiungit Plin. Ep. III. 19, 3. *topiarium.* Quare existimo illam, quam amplexus est Orellius, lectionem iis deberi, qui offenderentur omissa comparandi particula ante *atrienses ac topiarii.* Sed desunt eae particulae et alibi et apud Horatium Epist. II, 3, 34. 42."

Iam duo nobis restant facienda: primum, cum in annotatione Codicum varietatem posuerimus, ut nunc Editionum haud minorem diversitatem enarremus, quarum nonnullae cum nullo plane Codice MS. conveniunt: deinde ut, quantum fieri poterit, brevissime, de virorum criticorum coniecturis vel lectionibus nostram qualemcunque sententiam dicamus.

Habent Edd. Ven. 1492. Hdlb. Par. 1512. Lugd. Dav.

Atque ut in magna familia stultorum sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi: si tamen servi atrienses actu pari stultitiae suae sunt: quos signa, quos tabulae cet. Ed. Asc. 1511: *Atque ut in magna familia stultorum sunt alii laut. ut sibi vid., servi atrienses, sed tamen servi actu pari stultitiae suae, quos signa* etc.

Edd. Ven. 1514. Arg. *Atque ut in magna fam., stultorum sunt alii lautiores, nec sibi videntur atriensibus impares.*

sed tamen servi atrienses actu pari stult. suae sunt, quos signa, quos tabulae etc.

Herwag. *Atque — fam. stultorum s. al. laut. ut s. vid. servi, s. t. s. atrienses, actu pari stult. sunt, quos signa.* Sic etiam Camer. sed omisso *ut* post *atque*.

Edd. Ald. 1517. 1552. Lambb. Goth. Sturm.

Atque ut in magna familia stultorum sunt al. laut., ut sibi videntur, servi, sed tamen servi atrienses, actu pari stultitia, quos signa, quos tabulae etc.

Ed. Par. 1543:

Atque ut in magna fam. stult., sunt alii laut. (ut sibi videntur) servi, sed tamen servi, Atrienses, ac tu: pari stultitia servi sunt quos signa, quos tabulae, quos caelatum arg. etc.

Edd. Ald. 1548. Boul. Cratand.

Atque — stultorum, sunt alii laut. (ut sibi vid.) servi, sed tamen servi. Atrienses ac tu, pari stultitia sunt, quos etc.

Ed. Aud. Talaei:

Atque, ut in magna familia, sunt alii laut., (ut sibi vid.) servi, sed tamen servi atrienses ac tu pari stultitia sunt, quos etc.

Edd. Lamb. Colon. H. Wolf. et marg. Aud. Tal.

Atque — familia sunt alii laut., ut sibi videntur, servi, sed tamen servi, ut atrienses: alii inferiore loco, ut mediastini: sic stulti quidem omnes, ut tu, pares inter se stultitia sunt, sed maior eorum stultitia est, quos signa, etc.

Ed. Sylburgiana:

Atque ut — familia stultorum, sunt alii laut. ut sibi vid. servi, sed tamen servi, atrienses, ac topiarii, stultitiae suae, quos signa etc.

Edd. Grut. Schrev. Gronovii:

Atque ut in m. stultorum familia sunt alii laut. (ut sibi videntur) servi, sed tamen servi, atrienses ac topiarii stultitiae suae: quos signa — etc.

Edd. Graev. Verb. Olivet. Ern. Facc. Borg. Nobbii:

Atque ut in magna fam. sunt alii laut., ut sibi vid., servi, sed tamen servi, atrienses ac topiarii: pari stultitia sunt, quos signa etc.

In diiudicandis virorum criticorum sive sententiis sive commentis paucis defungi licebit. Vix est quod dicamus, placere posse nemini rationem Victorii, Camerarii, Langii, ut mireris etiam, viros

ceteroquin elegantissimos et ingeniosissimos ita hariolari (nisi malis halucinari) potuisse. Non inepte Morisotus: quamquam fontem erroris non vidit. Lambinus iusto audacius rem gessit, de librorum scriptione parum sollicitus. Gifanius mihi cum Orellio ad verum videtur proxime accessisse, Codicis, quem inspexerat, nec tamen veteris, cuius varietatem exhibet Car. Stephanus, lectionem amplexus. Gruterum non moramur, qui h. l. iusto propius Victorii vestigia pressit. Graevius et qui eum secuti sunt, melius: sed antiquam glossam servantes, a sciolo inductam, Ciceroni exempla parum apta obtruserunt cum aliis. Bentleius non semel, et hoc quoque loco, audacior non tam in lectione mutanda, quam in sententia torquenda apparet. Hottingerus quod suasit, etiamsi paullo violentius transponendi licentia usus, viro egregio honori est, quamquam ei non magis adstipulari potuimus, quam G. Hermanno, viro summo, non quo displiceat eius lectio, sed quia praeferenda videbatur ea, quae, cum optima sententia, habet veteris libri auctoritatem non contemnendam. Liebaldtii autem coniecturam, quae transpositione sanare vult locum, ut non praeferimus nostrae lectioni, ita multum praestare censemus defensioni glossae, qua T. Baden tueri voluit servos *atrienses* ac *topiarios*, Ciceroni praeter necessitatem et contra iustam loci sententiam obtrusos. Mr.

EXCURSUS XI.

AD PARADOXON VI, 2.

— „*quis hunc non putet confiteri, sibi quaesito opus esse?*"

„Pro: *Quis te non putet confiteri, tibi quaesito opus esse?* Soloecismus est, quem neque deprehendit Erasmus, neque quisquam alius, quod sciam. Est enim veri simile, si hunc observasset Erasmus, quod ab eo fuisset diligenter adnotatus: quando etiam minutiora quaedam reprehendit. Quamquam in Ciceroniano Ciceronem in soloecismos scripsit incidisse *). Bulephori in hoc dialogo

*) Exstat Erasmi Roterodami Dialogus, qui inscribitur Ciceronianus, cuius ad manum est editio Lugdunensis, edita a. 1528. octonis, ad calcem Dialogi de recta Latini Graecique sermonis pro-

verba sunt: Quid? quod eruditi non negant, in Ciceronis scriptis inveniri soloecismos inexcusabiles? Quales et olim exciderunt, et excidunt hodie viris eruditis, dum, in varias res distracta cogitatione, magis sententiae praecedentis meminerunt, quam verborum, eoque fit, ut periodi clausula prioribus non respondeat. Quod genus sit: *Diutius commorans Athenis, quoniam venti negabant solvendi facultatem, erat animus ad te scribere.* Initio versabatur in animo: *volebam* aut *statueram:* post magis arrisit: *in animo erat.* Quae voces eundem efficiunt sensum, sed parum congruunt cum iis, quae praecesserant." Hactenus Bulephorus. In id vitii impegit etiam Rudolphus Agricola libro de Inventione dialectica secundo, capite primo: „*Principem*, inquit, *Graecae facundiae virum Demosthenem*, cum ad bellum contra Philippum Macedonum regem maiori apparatu atque cura gerendum populum hortaretur Atheniensem doceretque, quicquid incrementi magnitudinisque Philippi rebus accessisset, non tam illius esse viribus, quam desidia et inanibus Atheniensium concionibus effectum, in hanc inter caetera sententiam *locutus est*." Est enim haec vera lectio: non ea, quae vulgo circumfertur: *Princeps Graecae facundiae vir Demosthenes:* quam puto suppositam ab aliquo viro erudito, cui hoc persuaderi non poterat, ut Rudolphus Agricola tam foede lapsus esset. Atqui parens eloquentiae eam culpam vitare non potuit." Morisotus. Unde vides Morisotum significare, lapsum esse Ciceronem, nec vero corrigendum esse hoc Ciceronis παρόραμα, qui alibi quoque in similia inciderit. Alia autem fuit mens Thomae Bentleii, qui ita lapsum esse Ciceronem credere noluit, et librariis culpam tribuens ita sibi restituisse visus est Ciceronis manum, ut corrigeret supra: *qui denique omnia venalia — alienam, tuam* [pro *suam*] *sententiam* [nimirum quia paullo superius est: *qui* (videt) *tuas mercedum pactiones*,] nostro autem loco, eiectis vocibus *hunc* et *sibi*, pergit, vel potius Ciceronem scribere iubet cogitque: *quis non putet confiteri, quaesito opus esse?* Hoc vero est vim inferre scriptori. Fac ita scripsisse Ciceronem, ut eum scribere docuit Thomas incredulus: quis unquam ita correxisset vel contorsisset Ciceronis verba, ut personas mutaret et variis locis verba intruderet, quibus, quod non inerat, sive ἀνακόλουθον inferretur, sive enallage? Mihi quidem satisfacit ea huius difficultatis expediendae ratio, quam exposui in

---

nuntiatione. Quem Morisotus exhibet locum, is ibi legitur p. 170 sq. — Sed de eo libello deque iis, qui contra eum scripserunt, vide Noltenii Bibliothecam Latinitatis restitutae, annexam tomo posteriori Lexici Latinae Linguae Antibarbari, p. 172 sq.

annotatione ad v. *recordetur.* Cum vero Borgersius simillimam enallagen ex Or. Phil. II, 16. laudaverit eamque defensam esse a Garatonio ad eum locum dixerit, huc transferendum illum locum cum annotatione duximus, ut, quae huc faciant, collecta habeant lectores. Locus est: *Velim mihi dicas, — L. Turselius qua facie fuerit, —. Nihil scio, inquies, nisi quae praedia habuerit. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem. In multas praeterea pecunias alienissimorum hominum, eiectis veris heredibus tanquam heres esset, invasit. Quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, quum ipse hereditatem patris non adisses.* Hoc igitur loco Heusingerus (Io. Mich.), ab Heumanno monitus, legendum censuit: *tanquam heres esses, invasisti.* Ad quam coniecturam Garatonius, „Sic, inquit, solebat Heumannus: sed miror prudentis viri calculum additum. Huic criticae temeritati iam nos occurrere meminimus ad c. 31. in Pisonem, ubi vide. Similiter supra cap. 7: *tibi idem, quod illis accidit, contigisset. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. Hoc vero ne P. quidem Clodius dixit unquam: quem, quia iure fui ei inimicus, doleo a te iam omnibus vitiis esse superatum.* Item infra c. 31. *ergo ut te catamitum* etc. *perturbasti. Et domi quidem causam amoris habuit* etc. *productus autem* etc. *cum respondisses, te rei tuae causa venisse* etc. Pro Q. Roscio 1: *Quid ita non profers? non conficit tabulas? imo diligentissime. Non refert parva nomina in codicem?* etc. *quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet?* Sed omnia huiusmodi persequi longum esset." Addit Wernsdorfius: „Ernestus et Schützius immerito Heumanni coniecturam probarunt. Hic etiam eam in textum recepit." Non recepit Orellius.

Quod autem suam ad Or. in Pison. c. 31. Garatonius laudat annotationem, ea eiusmodi est. Dicit Cicero §. 78: *Te* (respondisti) *non esse tam fortem, quam ipse* [Torquatus] *in consulatu fuisset; aut ego: — me posse iterum rem publicam servare, si cessissem: — deinde ad extremum, neque se, neque generum, neque collegam suum tribuno plebis defuturum. Hic tu hostis ac proditor aliis me inimiciorem, quam tibi, debere esse dicis?* Ad haec Garatonius: „Facile heic esset dicam librariis scribere et emendare: *neque te, neque generum, neque collegam tuum,* ut similia haec fierent superioribus, unusque tenor Pisonianae responsionis exsisteret. Sed notanda potius est personae mutatio, quae a Latinorum consuetudine non abhorret. Ut heic a secunda ad tertiam, sic a tertia ad secundam oratio convertitur cap. 33. extremo, iterum autem a secunda ad tertiam capite 41. Vide locum Terentii He-

cyra I, 2, 70 ad 76. cui plura exstant similia, et praecipue II. Phil.•16." Locus c. 33. est: *tam infirmo*, *tam enervato reo* [i. e. cum reus tam infirmus *sit* reus]: *qui te ita gesseris*, *ut timeres*, *ne — videreris*, *nisi — exstitisses;* alter c. 41: *An tu — putas — — — qui se ipse condemnet?*

Unum addo, de quo locutus sum ad Tuscc. II, 12, 29. p. 492. Est ibi: *Quid me decipis*, *Zeno? — quum malum negas esse —. Nihil est*, *inquit*, *malum*, *nisi quod turpe — est. Ad ineptias redis.* Erant eo loco qui scribi vellent *inquis*. Sed monui ibi, quod similibus locis iam saepe factum est ab aliis, ubicunque pro *inquit* exspectes *inquis*, Ciceronem loquentem non alloqui adversarium ipsum, sed (dixi) ad unum vel ad plures auditores conversus, quid respondeat ille vel respondere possit, significat. Add. Cic. de N. D. I, 36, 100. p. 64 sq. ed. nostr. min. ibiq. annot.; Beier. ad Cic. Oratt. Fragmm. p. 112 sq. Nostro autem Paradoxorum loco recte monuit Ernestus: Est hic ἀνακόλουθος oratio: nam pertinent haec ad Crassum et ad initium: *qui videt domi tuae*. Itaque debebat esse: *quis te non putet confiteri*, *tibi* etc." Vides etiam ex varia lectione Codicis Ox. I., *hoc te* pro *hunc*, fuisse iam veterem aliquem correctorem, quem offenderet illud *hunc*, quique errorem, quem librarii esse crederet, corrigendum esse existimaret. Ceterum nihil huc facit, quod est in Ox. N. *hunc vere non* neque quod est in Drsd. 4: *quis non putet hunc conscium;* in Ox. ψ. *sub* pro *sibi*, in Ox. U. in quo propter similitudinem verborum exciderunt verba *esse? cui autem quaesito opus*, in Drsd. 3. qui non habet verba: *cui autem quaesito opus sit*, eodem errore. Est etiam *non putet hunc* in Cod. Gud. B. ibidemque *conscium*, ut in Drsd. 4. In Aldinis quoque Codd. est aliquid varietatis, unde fortasse Th. Bentleius suam petiit coniecturam: duo enim *hunc* omittunt (in quorum uno additum est): duo item, incertum autem num iidem, omittunt *sibi*. Ego in his quoque nihil nisi manum correctoris agnosco. Non abit in diversam a nostra sententiam Gernhardus, haec scribens: „Ab unius cogitatione et sceleribus deflexit oratio ad totum facinorosorum hominum genus, id quod quodammodo indicabatur verbis *Sullani temporis*, quibus vix opus fuisset, si unus Crassus notaretur."

EXCURSUS XII.

AD PARADOXON VI, 3.

— *non modo fructus ille est ad sumptus, sed etiam ad fenus exiguus.*

Sic edidi, ut nemo ante me, nec tamen meâ coniecturâ, sed lectione ex librorum varietate collata et quasi composita, ita, ut neque vim inferrem libris omnibus, ut fecit Lambinus, qui primus omnium veram loci sententiam vidit, neque me et lectores explicandâ plurimorum et scriptorum et editorum librorum lectione torquerem. Sed ut ipsi iudicare possint lectores, agedum de singulis deinceps videamus.

Non modo ad fructum ille est sumptus: [haec est lectio Edd. veterum et aliquot recentiorum, Ed. ap. Meus., Hdlb. Ven. 1492. 1514. Asc. 1511. Par. 1507. 1512. 1543. Arg. Lugd. Ald. 1548. Crat. Herw. Cam. Vict. Boul. Sturm. Grut. Graev. Gron. Schrev. Verb. Oliv. De Codd. infra videbimus] „Sententia est: Ille *sumptus* sexcentûm sestertiûm, qui in tectis auratis, solis marmoreis aliisque rebus insumitur, exiguus est *ad victum* et *ad fenus*, unde lucrum percipi possit: i. e. tanti reditus parvi sunt homini sumptuoso.“ Frc. Sylvius.

Hier. Wolfius, (qui in lemmate annotationis eandem habet lectionem quam Frc. Sylvius, in contextis ita: *non modo ad sumptum ille fructus est* etc.) haec: „Quidam vir non indoctus sic explicat hunc locum: „„Sumptus pecuniae his rebus impensae, non tantum reddit domino, quantum redderet pecunia, si fenori oblocaretur: tantum abest, ut fructum, qualis ex praedio percipi solet, reddat.““ Hactenus ille. Sed ego hanc esse puto Ciceronis sententiam: reditus illos adeo non sufficere ad tuendam rem familiarem et sumptus necessarios tolerandos, ut ne ad usuras quidem dissolvendas sit satis. Exemplo sit T. Annius Milo, Ciceronis cliens, qui auctore Plinio [H. N. XXXVI, 15, Sect. XXIV, 2. p. 742. ed. Hard.], tantum aeris alieni contraxit magnificentia et luxu suo, ut numerus eius iniri non posset. [*Eum ego inter prodigia humani animi duco*, scribit Plinius].“

Io. Morisotus (cuius Ed. prodiit a. 1547.) hoc lemma annotationi suae praeposuit: *ad sumptum ille est fructus*, scripsitque: „Non possum non mirari, locum hunc hactenus tam fuisse perversum. In omnibus enim extat: *non modo ad fructum ille est sumptus, sed etiam* etc. At Cicero non intelligit sumptum

esse exiguum, si cum fructu conferatur: sed vice versa. Cum (inquit) aurata tecta in villis facias et sola [perperam expressum est *fora*] marmorea, signa, tabulas, supellectilem et vestem infinite concupiscas, et vim pecuniae incredibilem des fenori: non modo ad hunc sumptum, sed etiam ad fenus, fructus ille est exiguus."

D. Lambinus: „*Non modo ad sumptum ille est fructus*] „Omnes libri veteres habent: *non modo ad fructum ille est sumptus* etc. Ego tamen lectionem vulgatam retineo." (Quos dicat Lambinus libros veteres, quos vulgatos, non accurate scripsit. Gernhardus Lambini annotatione lecta scripsit, se eam, quam dicat Lambinus vulgatam a se retentam, *(non modo ad sumptum ille est fructus)*, in nulla editione veteri, nisi in Lugd. 1556. reperisse: nos eandem in Lambb. et Goth., quae post Lambinianam genuinam (1566.) editae sunt, ut Ed. Aud. Tal. (1583. ap. Wechel.) *(non modo ad sumptum fructus est ille)*, Sylb. (ib. 1590.) *(non modo ad sumptum ille fructus est)*. Sed posteriorem hanc lectionem iam ante Lambinianam reperio etiam in Ald. 1552. et Car. Steph. 1554, quas si vulgatam habere lectionem dixit, non plane accurate eam reddidit. Ceterum neque illud plane verum est, esse in libris veteribus omnibus *non modo ad fructum ille est sumptus:* nam habent Ed. Crat. et Ald. 1517: *non modo ad fructum ille sumptus est.*

Aldus Manutius (nepos): „*Non modo ad sumptum ille est fructus*] „Ne cui posthac de huius loci sententia dubitare necesse sit, mentem Ciceronis aperiam. Ille, inquit, fructus, qui capitur ex praediis, id est sexcenta aurea, HS, tantum abest, ut sumptui sufficiat, qui fit in auratis tectis ceterisque rebus magni pretii, ut etiam si fenore augeatur, exiguus sit: i. e. sumptui tanto non sufficit. Approbat hanc lectionem meam antiquus liber." Utrum intelligat librum manu scriptum, an dudum editum non patet ex his verbis.

I. Gruterus: „*ad fructum ille est sumptus — exiguus*] Sic editi antiquitus, sic MSS. nostri aliorumque: voluit tamen Lambinus: *non modo ad sumptum ille fructus*, arripuitque Aldus nepos, quasi inventum in unis membranis, cum tamen viginti et amplius tuerentur scripturam priorem, quae hoc vult: tantum abesse ut sexcenta illa sufficiant ad sumptus domesticos, ut ne ad fenus quidem dissolvendum satis sint."

I. Facciolatus in Ed. Patav. 1720. et Veneta 1747. edidit ut ii, quos vulgatos dicebat Lambinus, vel potius ut Sylb. Ald. 1552. et Car. Steph. *non modo ad sumptum ille fructus est:*

et in posteriore annotavit: „Sexcenta illa non modo ad huiusmodi sumptus non sufficiunt, sed ne ad fenus quidem solvendum satis sunt. Sumptuosi enim ingentes pecunias fenore sumunt."

I. A. Ernestus: (exhibens Lambini lectionem) „Hic ordo vulgatus erat ante Lambinum [vides eum, ne inspectis quidem Edd., in verba Lambini iurare:] qui et servavit, etsi in libris scriptis et editionibus vett. repererat *non modo ad fructum — sumptus.* Sensus quidem illum ordinem requirit, hunc non: itaque restitui." Post Ernestum nullus editorum ad Gruteri veterumque Edd. plurimarum lectionum rediit.

D. Wyttenbachius (in scholis, reiecta vett. edd. lectione): „i. e., inquit, hic fructus vel reditus exiguus est, non satis magnus, non modo ad sumptum faciendum in re familiari, sed etiam ad fenus solvendum pro ea pecunia, quam ab aliis mutuo sumpseris." Venio iam, (nam Gernh. nihil addit, nisi sensu postulante se, cum Ernesto, Lambinum sequi) ad H. I. Borgersium, qui contendit legere omnes post Lambinum, *non modo ad sumptum ille est fructus*, sed etc. [quod quam verum sit, vides ex superioribus: videtur Borgersius non inspexisse Gruterum, Graevium, Gronovium, Schrevelium, Verburgium:] sic pergit: „qui quam bene de hoc loco meritus sit, poterit iudicari ex Cod. Vossiani Nr. 10. lectione, quam, ut verissimam, in textum recipere non dubitavimus: *Non modo fructus ille ad sumptus, sed etiam ad fenus, exiguus.* Quae lectio ob quatuor terminationes in *us* ansam praebuit variantibus. Cat. II, 8: *Quod si maturius facere voluissent, neque certare cum usuris fructibus praediorum*, ibique Muret. et Schütz."

Ego vero, cum viderem, veterem lectionem, a Grutero defensam, stare non posse, cum de reditu praediorum (de fructu) loquatur Cicero, non de sumptu; quo facto necessario *fructus* Subiecti locum tenere debuit: eundem enim *fructum* statim, de suorum reditu praediorum loquens, *vectigal* dicit, ex quo aliquid etiam redundet, non ex sumptu; cum reputarem, Lambini lectionem Codicibus certe non firmari, quamquam ad sententiam sit vera; eam amplexus sum, quae, paucissimis mutatis, neque verborum transpositionem postulans, unius libri boni (Vossiani), cui proxime accedit Suerin., nititur fundamento, ita tamen, ut, quod habent libri omnes, desideravitque Orellius, adderem, verbum substantivum *est*, ex Cod. Suerin.

Restat, ut de Codicum scriptione referam, qui non ad unum omnes habent illam veterum editionum lectionem: „*Illi — non*

modo ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad fenus exiguus": Est enim in Codd. Duisb. et Ox. E. *exiguum:* scilicet, ut ad *fenus*, quod antecedit, accommodetur. Propius ad veritatem, sed tamen facta verborum transpositione, Cod. Suerin.: *non modo ad sumptus ille est fructus.* Gud. A. *ad fructum ille sumptus est*, etc.; in Ox. U. *ad fructus* (pro *ad fructum) ille est sumptus*, quam scriptionem quodammodo favere ait Gernh. Lambinianae, nimirum ita, ut tamen transpositione egeat verborum *sumptus* et *fructus.* Drsd. 1. 2. habent *ad fructum est ille sumptus*, Drsd. 4: *non modo ad functum*, Drsd. 5: *sed etiam fenus*, omisso *ad.* Reliqui cum Edd. vett. plerisque ante Lambinum, quas enumeravimus, faciunt. Mr.

INDEX.

F.

G.

H.

I.

CORRIGENDA.

P. 30. l. 4. leg. *fer*untur.
— 32. - 8. — ver*eor*.
— 100. - 4. ab ult. leg. terreto.
— 162. - ult. *tela*, pro *tale*.
— 165. - 8. ab ult. l. *a* Tirone.
— 199. - ult. leg. *fe*cit.
— 248. - 20. ab ult. leg. Horten*si*um.
— 303. - 17. ab ult. leg. Samni*tium*.
— 326. - 16. rhetores, de-

Ceterum quod pleraque in hac editione expressa sunt emendatissime, debeo diligentiae viri doctissimi Alb. Lion, Phil. Doctoris, qui multa etiam, quae ego currente calamo, nunquam fere non interpellatus, minus accurate litteris consignassem, emendavit. Unum autem iam doleo, nimirum paragraphorum numeros in margine omissos: quod sero cum animadvertissem, corrigere non licuit. Minus tamen molestiae habebit ista omissio, cum ipsa libelli capita pleraque omnia sint satis brevia. Aliud etiam mutaturus, si licuisset, eram. Malebam enim totum libellum uno quasi tenore, neque annotationibus uniuscuiusque Paradoxi interruptum, describi, cum non potuerit annotatio subiici sermoni Ciceronis continuo. Sed vel sic habebunt lectores libellum litterarum chartarumque elegantia sese commendantem, quem nitorem debet curae bibliopolae honestissimi.

ETRURIAE

ORA MARITIMA.

Ad illustrandum Rutilii Namatiani carmen

delineavit

H. KIEPERT.

00000 5 10 20 30 *Milliaria Romana.*

